Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

ARS
BELLI ET PACIS.
SIVE
DE BELLO FELICITER GERENDO, ET PACE FIRMITER STABILIENDA.

LIBRI DVO,

AD PRÆSENTEM ROM: IMPERII STATVM ACcommodati, ex ejuſdem Receſſibus & Ordinationibus publicis, ſingulariter verò ex nuperâ Pragenſi Pacificatione, veterumq; inſuper ac recentiorum ſententijs & Hiſtorijs illuſtrati, cum triplici Authorum, diſcurſuum, & rerum indice.

AVTHORE

FRANCISCO DAVIDE BONBRA.
OFFENBVRGENSE BRISGOIO, I. V. D. ET
Sereniſs: Electoris Bauariæ, &c. Conſiliario.

Cum Facultate Superiorum.

STRAVBINGÆ,
Typis SIMONIS GALLI.
Anno M. DC. XLIII.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

SERENISSIMO PRINCIPI

FERDINANDO, MARIAE, FRANCISCO, JGNATIO, VVOLFFGANGO

COMITI PALATINO RHENI, VTRIUSQVE BAVARIÆ DVCI

Domino ſuo Clementiſſimo.

DE DIOGENE ILLO CYNICO GRÆCA NARrat hiſtoria; Eum, cum aliquando Athenienſes publicò in periculo ſollicitè concurrere, bellumque pro patriæ defenſione, non citra animorum perturbationem moliri videret, ne in publicâ illâ ſollicitudine ſolus nihil ageret, cum armis tractandis per ſenectutem etiam minus habilis eſſet, dolium, in quo ex instituti ſui more habitare conſueuerat, ſurſum deorſumq; voluere cepiſſe: Hoc factum vt inſolens, cum varij variè interpretarentur, prudentiores virum huncce acutiſſimum, hac ratione docere voluiſſe judicabant: In publico ſcilicet patriæ periculo, nullum ingenuum ciuem ocioſum ac ſecurum eſſe oportere, cum potius ſinguli ita ſe comparare debeant, vt ſi opere non poſſint, geſtibus ſaltem, aut quacunque re licet, ſuum in patriam propenſum affectum, iuuandæque Reipublicæ ſtudium, declarare nitantur.

Me Hercle, SERENISSIME PRINCEPS, quando SERENISS. ac Potentiſſimi Principis ac Electoris MAXIMILIANI &c. Veſtri Parentis Optimi, non tàm in bellicâ virtute generoſitatem, & crebras hactenus glorioſis eius auſpiciis nutritas de Imperij hoſtibus victorias, quàm pro ſtabiliendâ in communem Romanæ-Germanicæ Monarchiæ vtilitatem, pace ac tranquillitate, continuatos hactenus labores, ſump-

tus,& conſilia, liberius mecum perpendo, non eſt, quod SERENISS: MAXIMILIANVM Diogeni, Sed OCTAVIO potius AVGVSTO, Romanorum Imperatori meritiſſimo, conferre, & pro ſingulari eius in Chriſtianam Rempublicam amore, iure merito exæquare velim ac poſſim?

Quemadmodum enim, teſte Gueuarrâ, tantâ apud Vniuerſum Imperium OCTAVIVS gratiâ floruit, vt quoties tempore illo fatis Romanorum cuiquã concedendum eſſet, gratias Dijs ageret, quod antè, quam glorioſiſſimus iſte Princeps, quid mors eſſet, vſu & experientiâ cognoſceret, vitâ ſe priuare voluiſſent: Quin etiam teſtamentis inſuper cauerent, vt quotannis ex hæreditarijs reditibus, opima in omnibus totius vrbis Romanæ templis offerrent ſacrificia, quò vitam Principi in Neſtoreos vſque annos Dij prorogarent.

Sic quoq; SERENISSIME FERDINANDE, rari hodie in Imperio reperientur, qui vbi variarum Chriſtianæ Reipublicæ diſcordiarum radices & fomenta, ac fatales eius conuulſiones probè perſpexerint, ſi prurientes huiuſcemodi factionum diſſidentium æſtus imminui, aut planè extingui velint, qui non pro SERENISSIMO MAXIMILIANO, tàm indefeſsè ac conſtanter in ſalutem patriæ armis & conſiliis vigilante, ſe in vota precesſue effundent? Qui tanto Principi, & Electori potentiſſimo, ac pacis Promotori ſtrenuiſſimo, non tam ſecundiores rerum exitus, quam vegetiores corporis animique vires, in multos adhuc annos duraturas exoptabunt? Non enim dubium eſſet, ſi ſaluberrimum ſupra adducti Diogenis præceptum, & tàm pia bonorum Principum exempla imitati hodierni S. Romani Imperij Proceres ac Status, vnanimi omnes intentione, ac pro ſuâ quiſque virili anniteretur, non quidem, vt ſuâ concurſatione & clandeſtinis conſilijs, exorientes adaugeat tumultus, oleoque ardenti (ut prô dolor à nonnullis euenit) frigidam ſuffundat: ſed quo præſens potius, in Vniuerſæ Chriſtianitatis interitum tendens incendium extinguatur, quin pacatis breui animis Chriſtiano, ac per continuas tot annorum belligerationes penè exhauſto Orbi, neceſſaria & exoptata diu pax ac tranquillitas, tandem reſtitueretur.

Quamobrem ego, vt in rebus tàm arctis, etiam inane forſan dolium cum Diogene verſando, voti ſaltem mei compos, affectum meum teſtatum faciam, SERENITATI VESTRÆ,

(in quâ

(in quâ iam patriæ nunquam ſatis laudandæ virtutis ſemina auguſtiſſimè effloreſcunt) haſcé de Belli & Pacis arte, vigilias & lucubrationes meas ſubmiſsè quidem, non eo tamen animo dedicare volui, vt poſteaquàm SERENISSIMVS PATER, exacto feliciter aliquando ætatis curſu, SERENITATI VESTRÆ rerum ſummam commiſerit, potiores belli partes amplectatur, verum vt Principatus magis, & auitis armis, & paterno conſilio florentiſſimos, in pace honeſtâ glorioſè conſeruet ac amplificet.

Hæc enim ſola ars eſt, quæ & facere, & conſeruare Principem poteſt. Hanc velut monumentum in communem Reipublicæ vtilitatem erectum, SERENITATI VESTRÆ conſecro, atque hac inſuper inſcriptione ornatum, ſummis votis offero, vt Deus Ter Opt: Max. (à cuius potenti dexterâ publica Regnorum ſalus immediatè dependet) cum SERENISSIMIS, cariſſimis, ac deuotiſſimis ambobus PARENTIBVS, SERENITATEM VESTRAM, in Auguſtiſsimæ Domûs BAVARICÆ incrementum, ac in totius Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem & emolumentum, quam diutiſsimè incolumem conſeruare, ſancta deſideria ſuggerere, & ſalutaribus conſiliis felices euentus elargiri dignetur. Valeat Catholicorum Principum Decus FERDINANDVS diu, feliciterq; viuat. Straubingæ XII. Martij. Anno M. DC. XLIII.

SERENITATI VESTRÆ

ſubiectiſsimus

Franc: Dauid
Bonbra D.

PRAEFATIO.

VTrumq́ue belli & pacis ritè ſuſceptum ſtudium, ad Reipublicæ incrementum plurimùm ſemper conduxiſſe, eiuſq́ue ad multos annos ſtabilitam in ſucceſſoribus potentiam continuaſſe, veterum teſtantur hiſtoriæ: Sic enim de Romanorum Republicâ *Saluſtius*; domi inquit, militiæq́; boni mores colebantur, concordia maxima, minima erat auaritia, Ius, bonumq́; apud eos, non legibus magis, quam naturâ valebat, jurgia, diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebant, ciues cũ ciuibus de virtute certabant, in ſuppliciis Deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant: duabus hiſcé artibus, audaciâ in bello, vbi pax euenerat, æquitate, ſeq́;, Remq́; publicam curabant, &c. *& paulò poſt*. Sed vbi labore atque iuſtitiâ Reſpublica creuit, reges magni bello domiti, nationes feræ, & populi ingentes, vi ſubacti, Carthago æmula Imperii Romani â ſtirpe interiit, cuncta maria, terræq́; patebant &c. *De Coniurat. Catil. c. 9.*

Vnde Sulpicia, De Statu Reipub. & temporibus Domitiani, inter opera Auſonii canit.

Duo ſunt, quibus extulit ingens
Roma caput; Virtus belli, & ſapientia pacis:
Sed virtus agitata domi, & ſocialibus armis,
Deinde velut ſtadio Victor, qui ſolus Achæo
Languet, & immotâ ſecum virtute faceſſit.

Non enim ignauiâ magna Imperia continentur, ſed virorum armorumq́ue faciendum eſt certamen, *teſte Tacit.* 15. *annal.*

Et licet vtroque tempore, magnâ cum prudentiâ procedendum, imò in bello ſubtili conſilio & arte opus eſſe videatur, cum aliis in rebus errata nonnunquam ex poſtfacto corrigi poſſint, in bello autem delicta & errores emendationem non recipiant, ſed hos pœna ipſa eum damno è veſtigio ſubſequatur, & præſtò ſit ignauiæ ac imperitiæ vltor, qui hoſti delinquenti indulgere neſciat. *Patric. de regno ac regis inſtitut. lib. 9. tit. 3.* Maiorem tamen in firmandâ pace, quàm gerendo bello, perſpicacitatem requiri, vnanimis Politicorum eſt ſententia: *Canonbier. Introduct. ad politic. lib. 3 c. 12.* Ideoque eum verè optimum Imperatorem cenſendum eſſe ait. *D. Beſold. p. m. Profeſſor, & Hoſpes meus quondam venerandiſſimus*, Qui ex bello diuturno pacem conſtituere diuturnam, aut ex politicâ prudentiâ pace vincere nouit. *in tract. de iure pacis c. 4. n. 6.* quam artem Hiſpanos Belgis inducias, quibus ipſimet conſumerentur, concedentes optimè calluiſſe, & pacem Belgis magis, quàm bella etiam ſiniſtro fortunæ euentu geſta, nocuiſſe, cenſuit *Iuſtus Lipſius.*

Quamobrem ſummâ vtrumque negotium circumſpectione indigere, ac pacis belliq́; artes, tàm pro conſeruatione, quàm augmento Reipublicæ, valeroſo Principi neceſſarias eſſe, nemo facilè dubitabit. Ille enim egregius Imperator, regni fulcrum, regis dextera, Reipublicæ gladius appellandus eſt, qui nihil agit ſine ratione, & omnium, quæ agit, reddere ipſe rationem

poteſt; qui rerum, quæ bello accidunt cauſas nouit, & ex cauſis prudenti ingenio, quæcunque ſunt agenda, colligit; qui tempeſtiuè copias ſuas, vt hoſtem præueniat, in campum educit; nac coactus neceſſitate hoſtibus occurrit, ſed victoriæ & gloriæ auidus, animique ſecurus, aut in fugam illos conijcit, aut ad dimicationem vltrò compellit; cui non ſatis eſt, legionum in exercitu ſuo numerum, quotque millia ſub ſignis ſint, perſpectum habere; verùm etiam Tribunos ac Canturiones ſingulos, imò & milites, ſi ita fieri poteſt, nouiſſe, ut cum rei alicuius benè gerandæ occaſionam nanciſcatur, fortiſſimorum ex cohortibus ſingulis delectum inſtituere poſſit. Qui præteritarum ſemper rerum meminit, præſentium momenta ponderat, aliorum errores ſibi repræſentat, nec temerarius in periculum ac diſcrimen inuolat, ſed certo, maturoquè conſilio ea omnia conſiderat, quibus non magno negotio ad victoriam, aut ad patriæ defenſionem poteſt peruenire. Qui capto conſilio non gladium ſuſpendit, ſed exequi feſtinat, quod rerũ maximàrum momenta puncto temporis vertantur, & occaſio ſa tantum oſtendat, non moretur. *D. Vernulæ, de bello gerendo. Orat. 4.*

Verum ad perfectam huiuſmodi notitiam acquirendam, præter rerum experientiam (quæ cartè longum temporis ſpatium, & varios vtrinſq; fortunæ caſus expoſtulat) plurimum imprimis lectio hiſtoriarum, val vnius ſaltem principis, aut viri militiâ clari; rarum itam bello præclarè geſtarum diligens cognitio atque meditatio, quid nempè in ballo conſilii tenuerit, quæ victoriarum cauſæ vel detrimenti fuerint, quo & has fugere, & illas imitari poſſit, conferre videtur. Quemadmodum Achillis Alexandrum Magnum, Cæſarem Alexandri, Scipionem Cyri imitatoram fuiſſe Veterum tradunt annales. Et quid, quæſo, etiam iucundius, qnam in hiſtoriis verſari, quàm ſine labore vllo paſſim diuagari, omnas ſimnl locos intueri, omnibus ſine periculo interaſſe bellis, infinitum temporis ſpatium contrahere, complurimas res præclarè geſtas ſimul cognoſcere? quæ ab Aſſiriis, quæ â Perſis, qnæ â Medis, quæ â Græcis aut Romanis facta ſunt? Bello nunc tarreſtri, nunc marino, nunc concionis mediæ videri intereſſe conſiliis? Cũ Theſtocle in mari; cum Leonide in terrâ pugnare; cum Ageſilao traiicere; cum Xenophonte incolumem redire; amara cum Pantbeá; venari cum Cyro; regnara cum Cyaxare? *D. Lindenſpür. Sac. Cæſar. Maieſt. Conſiliarius Aulicus, & amicus meus honorandus, in tract. de arcan. Imper. Monarch c. 4 fol. 117.*

Quâ de cauſâ vt huiuſmodi ex crebrâ hiſtoriarum lectione, & quotidianâ militaris ſcientiæ experientiâ amergentes regulæ, congruo ſaltem, & ad id deſtinato tempore, in conſeruationem Status ac Boni Publici, ruminari, præſentiq; ac incurabili propemodum Reipublicæ malo applicari, priſtiniq; errores, tam ad præſentium cautelam, quam futurorum præuidentiæ cauſâ, in memoriam reuocari poſſint; (Quandoquidem ex mente ſubtiliſſimi *Cardani*, ſummum bonnm in hac vitâ, ex tribus præcipuè originem ducat; inuentis ſcilicet nouis, ſecretis, atque cautionum præceptis. *in libro ſuo ſingulari. De arcana prudentia ciuili. c. 15. fol. 55.*) non ſolum ex iis, quæ in caſtris aliquandiu ipſe vidi, ſed quæ hiſtoriarum quoq; repetitio pro exignitate ocii mai mihi ſuppeditauit, nonnullas veterum & modernorum comprobatas exemplis obſeruationes, ex quibus artem tam gerendi belli, quam componendæ pacis, tempori conuenientem, facilè colligere liceret, non quidem eâ perſuaſione par diſcurſus in lucem proferre placuit, quaſi eaſdẽ

aut

aut in omni occaſione promptas, vel intentioni ſuæ ſemper correſponden-
tes habere poſſibile ſit, cum illud Angelici potius, quam humani foret inge-
genii, hoc verò diuinæ modum prouidentiæ, ex temerariâ præſcripſiſſe ſu-
perſtitione videretur: ſed vt præſentes ſaltem ac futuræ, & res quidem e-
uentu dubiæ, magis compoſitè diſponi, illudq́; quod vel initio ignorabatur,
aut præpoſterè nonnunquam inceptum fuerat, emendari, & ne res malè
conſulta vires & augmenta ſumat, prudenti quodam impediri iudicio, adeo-
q́ue ipſum malum (quemadmodum *Dionyſ: Halycarnaſæus* de Romanis inſi-
nuat) radicitus tandem extirpari poſſet. *lib:6 Antiquit: Roman*:

Optimum ſiquidem eſt, non ſolum ex aduerſis, ſed ex erratis quoq; fru-
ctum colligere, eumq́; triplicem maximè: vt ex malo ſcilicet bonum elici-
as: vt impoſterum conſtanter abſtineas, edoctus huiuſmodi non tantum
ab eo erroris, aut occaſionis, ſed etiam cuiuſcunque ſimilis genere orta eſſe:
vt noxę deniq; quam paſſus es, ita occurras, quatenus eam multiplici nume-
ro reſarcire valeas. Qui enim, *teſte Cardano*, ſic ſtuduerit, magnâ ex parte ab
aduerſis alleuabitur, & quæ nec ſarciri, neq; poſthac vitari poterunt, æquo
animo ferenda eſſe, addiſcet *d. lo c. 19 fol m. 63.*

Cæterum hoc vnum ſupereſt, quod â te impetrare cupio, Benigne Le-
ctor, ſcilicet, vt antequam de meâ operâ, fortaſſis â te nunquam perlèctâ, â me
verò ob tenuitatem ocii, ſucceſſiuo quidem tempore, magno tamen labore
congeſta, ſententiam feras, recorderis eorum, quæ Romanorum eruditiſſi-
mus *Varro in lege Maniâ* ſcripſit. Neque in bonâ ſegete, nullum eſſe ſpicum
malum, neque in malâ, non aliquod bonum. Impudens eſſem, ſi peterem vt
omnia probares, inuidus & æmulus tu, ſi reiicis cuncta. Vale itaque, & ſi
quid in hiſcé libris meis ſiniſtrum deprehenderis, liberè ac ſine offenſione
emenda, cæteroſq́; occurrentes Typographiæ defectus (vt poſterior pagel-
la indicabit) tuâ humanitate & fauore ſupple.

APPROBATIO.

EGo Sylueſter Kelmair, SS. Theologiæ Licentiatus, Ec-
cleſiæ Collegiatæ Electoralis SS. Iacobi & Tiburtij
Straubingæ Decanus & Canonicus, teſtor me libros du-
os de Arte Belli & Pacis, Authore Franciſ. Dauide Bonbra.
I. V. D. Conſiliario Electorali compoſitos, diligenter legiſ-
ſe, & nihil in iiſdem inueniſſe, quod Sanctæ Fidei, vel bonis
moribus repugnet, ſed potius ex fundamento juxta commu-
niorem ſententiam claſſicorum Doctorum, in commune bo-
num Chriſtiani populi, & ad firmam totius Imperij pacem
ſtabiliendam accommodatos, ideoq; typis excudendos dig-
nos eſſe cenſeo. Anno currente M.DC.XLII. Vigilia Om-
nium Sanctorum.

Sylueſter Kelmair idem
qui ſupra.

Nomi-

NOMINA AVTHORVM, QVIBVS HI DISCVRſus illuſtriores, & ampliores redditi ſunt.

A.

Aciaiolus de Carolo Magno.
Adrian. de reſtitut.
Ærodius rer. iudicatar.
Agellius Noct. Atticar.
Agricola de ætate ineunt. officia.
Albertin, der Kriegßleuth Weckuhr.
Alciat. Paradox.
Alexandri Genial. dies.
Althamer: ad Corn: Tacit: Germaniam:
Althuſii Politica.
Amartani Mars Gallicus.
S. Ambroſii Opera.
Amiratus ad Cornel. Tacit.
Ammian. Marcellinus.
Amniſtia Pragenſis.
Annales Galliæ.
Pet: de Andlo De Roman: Imperio.
Anonymus de l' intereſt des Princes & Eſtats de la Chreſtiente.
Appian. de ciuil: Roman: bellis.
Argenton: de bello Neapol:
Arioſto.
Ariſtotel: Opera.
Arniſæus de Maieſtate.
Aruma, ad Aur: Bullam:
S Auguſtini Opera.
Aurea Bulla Caroli IV. Imp.
Ayala de iure & offic: bellic:

B.

Baldi Opera.
Barleduc de fortificat:
Barnab. Briſonius de formul:
Bartoli Opera.
R. P. Becan: Analogia Vet. & Noui Teſtam.
Beebt. de ſecurit. & ſaluo conduct:
R. P. Bellarmini de Laicis:
Bellay des memoir.
Belloni obſeruat.
Belli Laurea Auſtriac:
Bembi hiſtor: Venet:
ernegger. ad Lipſ.
erlichii Concluſ: practicabil:
Bernhard: de Noua militia:
ſoldi Opera Politica.
Beuther. ad Tacit. de morib. German.
Boccalini rigguagli di Parnaſſo. Item: Pietra di Paragone.
Bocerus de bello: Item de iure collectar.
Bodin. de Republ. item Method. hiſtor.
Boerii quæſtion.
Bonfin. rer. Hungar.
Boterus de mod: opt: admin: Imperii. Item de detti
Bozius de Imperio virtutis.
Brunus de Legatis.
Bruſon.
Buchanus de Anglia.
Burgundus de bello Belgii.
Busbequius de bello Turcic.
Buſii diſquiſit: politic:
Buxtorff ad Aur: Bull:
Bzouii annales.

C.

Caballini centur.
Cæſar de bello Ciuili & Gallico.
Caietanus.
Caleſat. de Equeſt: dignitat:
Camerarii meditat. hiſtorica.
Campanella de Monarchia Hiſpan.
Canonhier Introduct: ad polit: Taciti.
Cardanus de arcana pruden. ciuili.
Carionis Chronica.
Carpzouius ad l. Reg: Roman:
Carue Kriegs Reißbüchlein.
Caſmanni ſyſtema politic.
Caſſiodori Epiſt.
Caſtellan. de Officio Regis.
Caſſanæi Cathalog. gloriæ mundi.
Chronica Chronicorum Eccleſiæ.
Chytræi Orat. de Carolo V. Imp.
Ciceronis Opera.
Ciſneri Orat. de Conradino.
Clapmarius de Arcan: Rerumpubl.
Coleri deciſion:
Cominæi hiſtor. Neapol.
Coneſtag. de Portugal. & Caſtiliæ coniunct:
Connani Comment: in ius Ciuile:
Le Conſeill d' Eſtat.
R. P. Contzen Politic:
Corſet: de Priuileg: Pacis:

Cotta memorabilia.
Couarruuiæ Opera.
Cragius de reb: Lacon:
Crantz:hiſt.Saxon.
Crauetta conſil:
Crugeri diſput. polit:
Cuiacii Opera.
Curtii hiſtoria Alexand:

D.

Dambauderi pract. crimin.
Danæi politica.
Dares Phrygius de Excid.Troian.
Decius in Ius Canon:
Deciani Reſponſa.
Dillichius de Fortificat.
Dion.hiſtor.
S Dionyſius de Diuin:Nominib.
Diſputationes Baſileenſes.
R.P.Drexelius.De Tripl:cultu:
Duarenus de Nuptiis.
Dubrauii hiſt: Bohemica.
Duri de Paſcuo Aulico-Politic:

E.

Egidius de regim:Princip:
Baro Enenckel de Priuilegiis Parentum. liber. & milit:
Ens Epidorpid:
Eraſmus in Adagiis.& in Chiliad:
Euripides in Chreſphonte.
Euſebii hiſtor:Eccleſ:

F.

Facii axiomata polit:
Faietz de victor:regis Gothor:
Farinacii conſil:
Fauchet. de origine Equitum.
Fauſt:conſ:pro ærario.
Fazel:de reb: Siculis.
De Ferraria de regim:ciuit:Florent.
Ferret:de re militari:
Feſch de Foederib:
Flitneri Nebulo Nebulonum.
Flori hiſtoria.
De Fluctibus Microcoſmus.
Folietæ Elogium Claror:Ligurum.
Forſtneri hypomnem:polit & ad Tacit.
Fridenrichs politic:
Frodoard. Chronic.
Frontini ſtratagem.
Froſſard.hiſtor.
Fulgoſius.
Fürſtliche Tiſchreden.

G.

Gail:obſeruat:Item de Pac.publ.Item de arreſt.
Galenus de adminiſtrat.anatomia.
Gellius Noct: Atticar.
Gentillet. aduerſ. Machiauel.
Gentilis de bello.Item de aduocat.Hiſpanica.
Gerardi quæſt:polit:
Geuther de Conſeruat.Imperii.
Geufreus de Aula Turcica:
Girard hiſtor: Gall.
Gnodel de Ruſtico tumultu in Germania.
Goclen quæſt: Ethica.
Grotius de iure belli.
Gudelinus de pace.
Gueuarra Fürſt. Weckuhr.
Guicciardini Hiſtor:Ital.
Guidon Pap:quæſt:
Guntherus.
Guttier de Gabellis.

H.

Halicarnaſſeus de Antiquit: Roman:
Hegii quæſt.
Heluicii Cæſar Victorioſ:
Herodotus.
Hippocrat.de locis affect.
Hippol de Collib:De Principe.
Hoenon diſputat.polit:
Holländiſch Kriegßrecht:
Homeri Iliad.
Hopin.de iure Protect.

I.

Innocent.III. De contemptu Mundi.
Iornandes de reb:Geticis.
Ioſeph.de Antiquit: Iudæorum.
Iouii hiſt.& Elogium Princip.
Iſidorus.
Iſocratis Orat:pro Pace.
Iunii quæſt. polit.
Ius Canon.& Ciuile.
Iuſtini hiſt:ex Trogo.

K.

Keckermanni ſyſtema Politic.
Keller de Officiis Iuridic.polit:
Kirchnerus de Republ.
Klock de Contribution:
Knichen de ſubtili & regio Territorii Iure: Item de Saxon:non prouocandi iure.

NOMINA AVTHORVM.

L.

Lanctantii Inſtitut: Diuin:
Lamprid: in Alexand: Seuero.
Lanſii Orat: contra Gall: contra German: pro Hiſpan: pro Europ:
Lather: de Cenſu:
Laudenſis de fœderib: Item de repræſaliis.
R.P. Layman: S I Theolog: Moral:
Lehmanni Chronica Spirenſ:
Lencci obſeruat: polit:
Leo Imp. De apparatu Bellico:
Leuini Lemnii Exhort: ad vit: Opt: inſtituend:
Limnæus de iure publico.
D. Lindenſpir: de arcan: Imper: Monarch:
Lipſii Politica. Item de magnitud: & militia Romana.
Liuii Opera:
Lucanus.
Lucret de rer: nat:
Ludolphus de Zelo Veter: German: Princip:
Lundorpii continuatio ad Scleidan:

M.

Machiauelli Princeps: Item Hiſt: Florent:
Magalottus de Securit. & ſaluo conduct:
Magerus de aduocat: armat:
Magnus de hiſt. Gothica.
Maioli Dies Canicular.
Card: Mantica de Tacit: & ambig: conuent:
Matthieu hiſt: Galliæ.
Marnix reſolut: Politic:
Marſelaer De Legatis.
Martha de Iurisdictio.
Maſſon: annal: Franciæ.
Maſtrilli deciſion.
Meieri annal: Flandriæ:
Melandri Iocoſeria.
Menoch: de arbitrar: Iud: quæſt:
Mercurius Gallicus.
Middendorp: quæſt. Theolog. polit.
Miræus de Ordine Equeſtrium.
Molanus de fide hæreticis ſeruand.
R: P: Molina De Iuſtitia & Iure.
Monſtre hiſtor. Gall.
Montaigne des Eſſais.
Montluc Commentaire militair.
Morla Emporium Iuris.
Morus de Republ. Vtopia.
Mynſing. Reſponſa, & Centuria.

N.

Natta de Principe.
Nicephori Eccleſiaſt. hiſtor.
Nolden de Statu Nobil.
Norderman de iure Princip.
La Nouë diſcurſ. ad Guicciardin.

O.

Obrecht de militari diſciplina.
Oldendorp de iure ſingulari.
Oſorius de Regis inſtitut.
Otto de iure publico.
Ottonis Friſingenſ. Chronica.
Ouidii Metamorphoſ.

P.

Panormitan. de reb geſt. Alphonſi
Panthaleon. de Viris illuſtr. German.
Papon. de arreſtis.
Pappus Von dem Hollendiſchen Kriegſrecht.
Paruta diſcurſ.
Paſchalius de Legat.
Paſquier des recherches.
Paterculi hiſtor. Roman.
Patricius de Regis inſtitut.
Paurmeiſter de Iurisdiction.
Peck. de iure ſiſtendi.
Pelei hiſt. de Henrico Magno.
Peregrin. de Iure fiſci.
Perez in Aphoriſm.
Perodin. de vita Tamerlan.
Petrarcha Opera.
Petronius.
Peuceri Chronica.
Piccardi Deciſion.
Pighius in Hercul: Prodic:
Pindari Opera.
Mod. Piſtoris Conſilia.
Platina de Optimo Ciue.
Plato de Legibus & Republ:
Plinii Opera.
Plutarchi Opera.
Poliani Stratagemata.
Polybii hiſtor.
Prageriſcher Fried.
Procop. de bello Perſic: & Vandal:

R.

Ranzouius de bello.
Rebuffi Praxis benefic: Item ſuper Concordat: Franciæ.
Regemorteri Sermones politici.
Reichs Abſchiedt.
Reincking de regim: ſacul: & Eccleſiaſt:

Reiſſner de ſtratagem: & reb: Sanctis.
Reütter von der Kriegsordnung.
Rhodigii Lectiones Antiquæ.
Richter axiom. politic.
Ritter de Rebellibus.
Rittershuſius de iure victoriæ.
Rocca de diſcorsi di guerra.
Roderici Epiſcopi Zamorenſis Speculum omnium Statuum.
Roſaus de Inſtitut: Princip.
Roſenthal de feudis.
Rövenſtrunck von Anlagen.
Ruland. de Commiſſariis.

S.

Sabellicus in Exemplis.
Sacra Scriptura.
Salluſtii Opera.
Saluianus de Prouidentia Dei.
Schanderbegii hiſtoria.
Schenck de feudis.
Scherbius ad Politic. Ariſtotel.
Schleidani Comment:
Schönborn Politica.
Schröder de iure belli.
Senecæ Opera.
Sigonius de Regno Italiæ.
Signorol. de decem tranſitib: ex Gallia in Ital:
Silius Poëta Ital:
Siluii Epiſtolæ, & de reb: Alphonſi.
Simanca de Republ:
Sirturus ad Lipſium.
Soranzius in Ottomanno.
Specklie de Architect: Munition:
D: Speidelii Notabil: Iurid: hiſt: polit: & Synopſis hiſtor. vniuerſ:
Stainburſt de reb: Hibernic.
Stapleton: de Magnitud: Eccle: Rom:
Staricii Heldenſchatz.
Statuta Equeſtris Ordinis S: Stephani Pap: & Martyr:
Stephani de Iurisdictio
Steurin: de architect: munit:
Stobæi ſermones.
R. P: Strada de Bello Belgico.
Stumpffii Schweitzer Cronick.
Suetonius de vita Principum.

T.

Taciti opera.
Tarafa de regibus Hiſpan.
Tertullian. Idololatr.
Textoris Theatr. Philoſoph.
Theſoro Politico.
Tholoſanus de Republ.
D. Thomas de Aquino, De regimine Principis.
Thuani hiſtor.
Thucydidis hiſtor. Græca.
Traduccius in Turca Vincibili.
Triſmegiſtus de natur. Deor.
Turpin. de Carolo Mag.
Card. Tuſchus.

V.

Valerius Maximus.
Vanderburg hiſt. Sabaud.
Varro de vita Pop Rom.
Vaſquii controuerſ. illuſtr.
Vegetius de re militari.
Ventura de Valentia Parthen. litigioſ.
Vernulæi Orat: de bello.
Virgil: de Inuentorib: rer.
Virgil: Ænead.
Vitschind. de reb: Saxon.
Volateran: Antropologiæ & Philol.
Vultei Iurisprud: Rom.

W.

Waremund: ab Erenberg de fœderib.
Waſſenbergii Comment: de Bello.
D. Wurffbain Relat: Hiſtor: Habſpurgo: Auſtriaca.

X.

Xantippus ad Polyb.
Xenophontis hiſt: Græca.

Z.

Zinanus de ratio: opt: imperandi.
Zuingeri Theatrum, & de armis, ac fortificatione.

Elen-

ELENCHVS DISCVRSVVM
LIBRI PRIMI.
DE ARTE BELLI.

Diſcurſus. I. Quid ſit bellum, & quo iure introductum? fol. 1
2. Quot ſint ſpecies bellorum: Vbi de bello Ciuili. fol. 5.
3. De obiecto artis bellicæ, in quibus ſcilicet conſiſtat: & qualiter in ſuſcipiendo bello deliberandum ſit. fol. 15.
4. De contrariis belli, Iniuſtitia nempe, & Temeritate. fol. 21.
5. De eſſentialibus belli requiſitis; vbi de Authoritate Superioris. fol. 29.
6. De iuſtis belligerandi cauſis. fol. 32.
7. De Occultis belli cauſis. fol. 42.
8. De mediis, & fine iuſti belli. fol. 51.
9. De cauſis, & origine grauiſſimorum, & recentiorum quorundam Europæ bellorum. fol. 55.
10. De belli denuntiatione. fol. 68.
11. Adminiſtratio belli in quibus conſiſtat. fol. 73.
12. De apparatu bellico, vbi de pecunia, ærario, & commeatu. fol. 80.
13. De armis & munitionibus. fol. 92.
14. De Ducibus belli. fol. 107
15. De militibus, eorumq́; ſpeciebus. fol. 125.
16. De Diſciplina militari, & ſtipendiis promptè militibus ſoluendis. fol. 140.
17. De Fœderibus, & ſubſidiis bellicis. fol. 159.
18. De vicinis, tempore belli in gratiâ conſeruandis. fol. 168.
19. De conſiliis ante pugnam, & inuocatione Diuina: vbi de ſignis magna bella præcedentibus. fol. 177.
20. De conſiliis directis, vbi variæ regulæ circa hoſtem ſeruandæ. fol. 186.
21. De conſiliis obliquis, ſiuè de variis ſtratagematum ſpeciebus. fol. 198
22. De obſidione, caſtris, & excubiis. fol. 208.
23. De velitationibus, acie, exhortationibus, pugna, & prœlio. fol. 233.
24. De conſiliis poſt pugnam, vbi de clade, & dubio belli euentu. fol. 246.
25. De victoria, victis, ac captiuis: & de crudelitate fugienda. fol. 252.
26. De præda, & præmiis militaribus. fol. 265.
27. De Priuilegiis militum. fol. 270.
28. De gloria bellica; item de populis, ac viris illuſtribus, & bellicoſis. fol. 277.

)*(3 ELEN-


ELENCHVS DISCVRSVVM

LIBRI SECVNDI

DE ARTE PACIS.

Diſcurſus I. De prudentia bellica, quæ verſatur circa modum finiendi bellum. fol. 1.
2. De incommodis belli. fol. 4.
3. De laude, & fructibus pacis. fol. 7.
4. Quod omnes pacem expetant. fol. 10.
5. De promotione pacis. fol. 12.
6. Quod propter pacem multa fiant, ac remittantur. fol. 21.
7. Quando, & quot modis pax fiat, ac quibus mediis ea nonnunquam euenerit. fol. 27.
8. Quod Oratio ad Deum, præcipuum pacis ſtabiliendæ ſit remedium. fol. 33.
9. Quis pacem facere poſſit. fol. 41.
10. Inter quos pax fiat, & qui ſub illa contineantur. fol. 44.
11. Quibus perſonis tractatio pacis ſit committenda. fol. 50.
12. Quotuplex ſit pax, vbi de induciis, & de Amniſtia. fol. 54.
13. Quod tempus tractationis pacis inſidiis plenum ſit. fol. 56.
14. Conditiones & pacta pacis benè aduertenda eſſe, & quinam ab Amniſtia excepti ſint. fol. 58.
15. Vt pax ſit tuta. fol. 62.
16. Vt pax ſit diuturna. fol. 69.
17. Fœda pax reiicienda eſt. fol. 73.
18. Quando pax ſit nulla. fol. 80.
19. De variis pacificationum ſpeciebus. fol. 83.
20. De Legatis, & eorum officiis. fol. 107
21. De ſaluo conductu legatis præſtando. fol. 112.
22. De ſocietate. fol. 115.
23. De Neutralitate. fol. 121.
24. Qualiter pax in Republica, fideſq́; data ſeruanda ſit. fol. 126.
25. Quando pax publica fracta cenſeatur, & de pœna eorum. fol. 131.
26. De Oſoribus pacis, perfidis, eorumq́; interitu. fol. 136.
27. Quomodo tempore pacis Reſpublica reſtauranda foret. fol. 139.
28. In pace etiam de bello cogitandum eſſe. fol. 153.

DISCVR-



☞

- *Ars militaris* docet,
  - *Locorũ muniendorum modũ*, qui eſt
    - Naturalis, *quando ſuperficies ſeu loci ſedes eſt aut*
      - Super ſcopulũ eleuata, ita vt ſit quaſi inacceſſibilis.
      - Aquis profundiſſimis naturaliter circumſepta.
      - Tum altis ſcopulis, tum aquâ naturaliter munita.
    - *Artificialis*, quando ſuperficies aliqua eſt vel
      - *Mera arte figurata*, eſtque vel
        - *Simplex* in qua tria ſunt notanda, ſcilicet eius
          - *Figura* Geometrica.
            - Regularis, *qua eſt vel*
              - *Tetragonalis.*
              - *Pentagonalis.*
              - *Hexagonalis*
              - *Heptagonalis.*
              - *Octogonalis.* &c.
            - Irregularis *vel* Trapezæa, *qua variatur ſecundum locum.*
          - *Partes*
            - *Interna*, ut
              - *Parapetta.*
              - *Courtina.*
              - *Baſtio*, cuius tres ſunt partes.
                - *Caſſematta.*
                - *Ilia ſeu Flanci.*
                - *Humeri.*
              - *Contraſcarpa.*
            - *Externa*, ut
              - *Foſſa*
                - *Sicca.*
                - *Aquâ repleta.*
              - *Rauellina.*
              - *Banquetta.*
          - *Subiectum*, ſiue materia.
            - *Terra benepræparata.*
            - *Lignũ*
              - *Magnum.*
              - *Paruum.*
            - *Lapides*
              - *Magni.*
              - *Paruuli.*
        - *Compoſita*
      - *Tum arte tum naturâ delineata* quæ etiam eſt vel
        - *Simplex.*
        - *Compoſita.*
  - Locorum munitorum obſidendorum & expugnandorum rationem.
  - Exercitus eiuſq; partium ordinandarum methodum.
  - Machinarum militarium inueniendarum ingenium.

DISCVRSVS. I.

QVID SIT BELLVM; ET QVO IVRE INTRODVCTVM?

Bellum actionem eſſe hoſtilem, ad iniuriam de- **1. Quid ſit bellum.**
pellendam, vel vindicandam, à magiſtratu vi ar-
miſq; contra hoſtes, pacis retinendæ, vel conſe-
quendæ cauſa, legitimè ſuſceptam & admini-
ſtratám, definit. *Couar. in c. peccatum, part. 2. §. 10. De reg. iur.*
in 6. Keller. de offic. iurid. polit. lib 2, c 31. in princ.

Quod quidem paulò aliter deſcribit Plato dum ait, Bellum **2.**
propriè eſſe, quod contra extraneum & peregrinum ſuſcipi-
tur; quod autem ciues ipſi, aut cognati populi contra ſeſe mu-
tuò gerunt, ſeditionem, & rixam duntaxat, non autem pro-
priè bellum appellari. *lib. 5. De Republ.*

Belli autem notatio ſiuè Etymologia, quæ ſit, variant Au- **3. Vnde dictum.**
thores. Alij enim, vt *Priſcianus & cæteri Grammatici*, dictum putant
bellum ex eo, quod minimè bellum, id eſt; bonum ſit; ſiqui-
dem multa incommoda & mala adferat bellum, & eo ſemel
exorto, nunquam ferè priſtina pax renaſcatur, ſed regna fa-
tali hâc concuſſa Erynnide, ſubinde bella ex bellis parturire
ſoleant, nec facilè coiat ſocietas; quæ ſemel rupta eſt; quaſi
pugnam cum Lernæa quadam hydrâ, cui capite vno reſecto,
aliud aliudq; duplicatur & accreſcit, ſuſcepiſſe viderentur.
Schönborn. politicor. lib. 6. c. 1. Alij verò, ex eo appellatum volunt bel-
lum, quod ſit bellum, id eſt bonum; quandoquidem ad ha-
bendam pacem comparatum ſit.

Et certè neutra hæc notatio planè contemnenda eſt, cum **4.**
diuerſo reſpectu bellum ſit & bonum & malum; bonum re-
ſpectu finis, cuius gratia mouetur bellum, qui finis eſt, tum
pax & vitæ tranquillitas; bellum enim geritur, vt pax acquira-
tur, mali coërceantur, & boni ſubleuentur. *Can. Noli exiſtimare. 23.*
quæſt. 1. tum etiam recuperatio bonorum à ſcelerato hoſte no-
bis ereptorum. *Can. Dominus noſter. verſ. Sic, gens 23. quæſt. 2.* hoſte, in-
quam, eo, qui nullo alio cogi poteſt modo, vt reddat ablata.

5. Quidam *vt Feſtus, & ſecuti eum,* belli vocem tractam aiunt â bellua, quod belluarum ſit, non hominum, in mutuum exitium congredi, & mutuo laniatu ſe conficere *Middendorp. in quæſtionibus ſuis Theolog. & politic. quæſt. 5. fol* 88.

6. Cœterum probabilius eſt, belli nomen à Græcis petitum eſſe, quo telum ſignificant. *§. Item lex Cornelia. verſ. etſi hanc ſignificationem. Inſtit. De public. iudic.* Bellum enim telis geritur, id eſt, omnis generis armis infertur. Atque hanc notationem placere quoque videtur. *Franc. Connano l. 9. Commentar. iuris Ciuil. c 5. n 1.* Et quia Etymologia hæc ex cauſa eſt, & quidem cauſa inſtrumentali, meritò cæteris præferri debet. *Bocer. de bello & duello. c. 1 n. 2.*

7. Bellum itaque & bonum & bellum eſt, ſi belli finem contemplemur, quia pacem ac tranquillitatem perſequitur, & vim atque iniurias hominum coërcet. Malum autem & non bellum eſt, ſi mala, quæ in eo proueniunt, ſpectemus. At malum non per ſe, ſed per accidens: quia bellum per ſe non propter malum, ſed bonum ſuſcipitur & geritur. Bonum vtique, pace & tranquillitate vitæ frui, vim item & iniurias ſceleratorum hominum repellere, & bona ſibi erepta vindicare Belluinum nequaquam eſt; res ſuas bello juſto repetere. Ratione vel jure vtimur contra eum, qui rationem & ius omne violat. Non verbis, ſed armis hoſtes vincuntur; neq; ſine viribus tuta ſapientia eſt; vt ait *Plato in Epiſt.*

Bellum malũ eſt per accidens.

8. Sic *Bodin. de Republ. lib. 7. c. 5.* Deum memorat, quibusq; nationibus & populis aduerſarios ſuos, vt periculorum in officio continerentur, dediſſe: quemadmodũ Iſraelitici populi exempla abundè teſtantur: Vnde *S. Auguſt. contra Manich.* Quid culpatis, ait, bella? An quia moriuntur homines, quandoq; morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendiſſe timidorum, non religioſorũ eſt. Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atq; implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſint ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis jure culpantur. *Caſman. in ſyſtemate polit. c. 34.*

Quælibet natio ſuos aduerſarios habet.

9. Bellum autem ex jure diuino & jure gentium introductũ eſt; nam ipſe Deus præcepit, vt bella gerantur. *Ioſ. cap. 8. verſ. 1.* Dixit Dñus Ioſuæ: Leua clypeum, qui in manu tua eſt, contra vrbẽ Hai, quoniam tibi tradam eam. Imò Deus ipſe aciem inſtruxit. *Deuter. 20.* Quin Spiritus Sanctus hoc nomine laudat veteris Teſtamenti Heroas, Gedeonem; Barac, Samſonẽ, Iepthe, Dauidẽ, quod fortes facti ſint in bello; & caſtra euerterint exterorũ: *in Epiſt. ad Hebr. 11. v. 34. Crüger. diſput. polit. 10. th 58.*

Quo iure introductum ſit.

a Quod

Quod verò ex jure Gentium bellum æquè procedat, appa- 10.
ret ex *§. ius gentium. Inſtit. de iure natur. gent, & ciuilis l. ex hoc iure. l. manumiſſiones ff. de Iuſtit. & Iure.*

Sed controuertunt Doctores, An bellum omne, vt iuſtum, 11.
ſic & iniuſtum iure gentium introductum ſit? juſtum bellum
æſtimandum eſt, maximè ex parte eius, qui juſtè indixit illud,
& qui juſtè ad bellum indictum ſe obtulit. Si ex juſta aliqua
cauſa & authoritate Imperatoris bellũ quis indixerit, vel ipſe
Imperator ex juſta cauſa denuntiauerit, bellum illud dicitur 12.
juſtum ciuibus Romanis. Ex altera parte, qui belligerando
iniuſtè reſiſtit, juſtum eſſe non poteſt in veritate, licet in opi-
nione ſit: cum enim hoſtes ſibi ſint contrarij, contraria jura
neceſſe eſt, vt habeant, quorum vnum juſtum ſit, alterum in-
iuſtum. *Baro Enenckel, de priuil. parent. & liberor. priuil. 1 part 9. n. 27.* Vt ſi duo
Principes ob aliquam Prouinciam, quam quilibet eorum ſuã
eſſe cenſet, bello decertent, reuera alteruter ſolummodò Iu-
ſtitiam ſibi fautricem habere poteſt, & quidem ille tantũ, cu-
ius ea Prouincia eſt propria: alter verò iniuſtitiam in veritate
fouet; ſiquidem contraria ſint juſtum & iniuſtum, & ipſi
Principes ſint contrarij hoſtes.

An iniuſtum bellum, ſit etiam ex iure gentium.

Quid ſit bellum iuſtum.

In dubio tamen vtrinq; juſtum eſſe poteſt, ſcilicet Politicè, 13.
vbi ſi cauſa & finis ſpeciem habent juſti, ſufficere putatur, ſe-
cundum tradita *Alciat lib 2. Paradox. c vlt. Gentilis de bello lib. 1. c. 6.*

Verum vt rectè ſentit *Couar. in d. §. 10. n. 6.* in veritate vtrinq; ju-
ſtum eſſe non poteſt, tunc enim accedentes ex vtraq; parte ad 14.
bellum eſſent innocentes, atq; adeò ex natura rei non poſſent
ſe inuicem interficere, quod cum natura belli juſti manifeſtè
pugnat. Vt itaq; ab vna parte juſtum, ab altera iniuſtum ſit,
neceſſe erit; ſiquidem apud Deum iuſtitia ex credulitate non
pendeat.

Quomodo vtrinque iuſtũ bellũ eſſe poſſit.

Quocirca ad ſupradictam quæſtionem communiter Do- 15.
ctores reſpondent, juſtum bellum eſſe iuris gentium diſpoſi-
tiuè, iniuſtum verò occaſionaliter: ſicut poſt *Vaſquium lib. 1. controuerſ. illuſtr. c 9. n. 5 & 7.* refert *Bocer. de bello c. 1. n. 13.*

Hinc Chriſtianis bellum gerere permiſſum eſſe, vnanimis 16.
eſt Theologorũ, Politicorum, ac Iuriſconſultorum ſententia.
Couar. d. §. 10. in fine. R. P. Adam Conzen. lib. 10. politic. cap. 3. Hænon. diſput. polit. theſ. 1. Bodin. lib 5. de repub c. 5. Gerard. quæſt. politic. dec. 7. quæſt 1.

An Chriſtianis bellũ gerere liceat.

Huic tamen contradicunt Anabaptiſtæ, & cum ijs *Tertull.* 17.
tract. de Idololatr. & Lactant. 5 Inſtitut. diuin 22. & 29. Aiunt enim illi, ho-
minis Chriſtiani mores ad lenitatem humanitatemq;, non ad

truculentiam debere eſſe compoſitos,ſæuum & inexplebilẽ in bellis eſſe animum,vindictæ cupidum, immitẽ,& varias ad peccandum illecebras ſuppeditari: vexari innocentẽ, ali improbitatẽ,omnia rapinis,cædibus, ſtupris commiſceri, laxatis pudoris & verecundiæ vinculis,morum ſanctitatem & caſtimoniam profligari,patriam deniq; ex libertate in ſeruitutem, ex florenti rerum ſtatu in cineres redigi,adeoq; totã conſumi. Quò conferre videntur,quæ hac de re *Caſman, in Syſtemate vitæ politicæ.c.36.* tradidit.

18. Antiqui hoſtes,inquit,vocabant perduelles, qui ſunt,quibus cum eſt bellum.Romani appellarunt hoſtes,qui nec Prouinciales,nec confœderati populo Romano erãt,adeoq; omnes barbaros, qui nullo jure ad Romanũ Imperium pertinebant.Romani aduerſus Romanos pugnantes,pugnã,non bellum,ſed ſeditiones dixêre: Barbaris & Exteris arma inferẽtes, bellum hoſtibus ſuis ſe inferre dicebant.Antonino Imperatori,qui omnes,qui in orbe Chriſtiano ſunt,ciues effecit Romanos,hoſtes ſunt,quicunque Chriſti fidem profitentur. Et ex Chriſti lege,omnes Chriſtiani inter ſe ſunt fratres: Ergo inter Chriſtianos nullum ita(Romano more)bellũ geritur; ſed arma Chriſtianorũ pluſquã ciuilia ſunt, nulli magis inter ſe hoſtili animo digladiantur,quãChriſtiani.Chriſtiani non in Turcas & Tartaros, non in Chriſti & Chriſtianorũ infenſiſſimos hoſtes,ſed in Chriſtianos fratres ferrũ ſtringunt; parricidium dicitur,ſi frater interficiat fratrem,Chriſtianus Chriſtiano cõiunctior eſt,quã frater:Chriſti vincula & Spirit⁹ firmiora ſunt, quã naturæ:O quanta parricidia Chriſtianorũ: oculus contra manũ,pes aduerſus ventrẽ. Ah quanta turpitudo, abſurditas, & impietas Chriſtianorum non re,ſed nomine ſuperbo,quod Deus auertat. *Hactle*

19. Verũ enim verò,nihil iſta officiunt, quo minus concludatur Chriſtianũ hominem bona conſcientia bellũ gerere:*Roder. Goclen. in quaſt.Ethic q 55 f.388* Non enim aberrauerit, ſi & ipſius Dei mandatis obtemperauerit, & ſanctorum veſtigijs inſtiterit, vimq; truculentiorẽ ſibi illatam,defenſionẽ legitima auerterit:Nam hoc ratio doctis,neceſſitas barbaris, & mos gentib⁹, & feris natura ipſa præſcripſit,vt omnẽ ſemper vim,quacunq; ope poſſent,á corpore,á capite,á vita ſua propulſarent. *Cicer.pro Milo* Sanè iure optimo gladiũ magiſtratus gerit. Et ideo illum vſurpare poteſt,tam contra ciues,quàm hoſtes.Inimicos quidem diligere debemus: ſed non ita,vt amicos & Rempublicam noſtrã negligamus, ſicq;pugnandũ eſt pro fratribus no-

ſtris,

ſtris, pro filijs, filiabus, vxoribus, & domibus noſtris. *Nehem. 4. verſ. 14.* Non magis hoſtes diligere debemus, quàm noſtros; nō iniuſtè oppreſſi, minus amandi ſunt, quàm opprimentes. Iudæi etiam contra Iudæos juſtè pugnârunt. Ergò & Chriſtiani contra Chriſtianos. *R.P Becanus, de Analog. Vet. & Novi Teſtam. c. 17 q. 4.* Fuſè *Molina, de Iuſtit & Iure tom. 1 tract. 2. diſput. 99. fol. 405. & ſeqq.*

DISCVRSVS. II.

QVOT SINT SPECIES BELLORVM: VBI DE BELLO CIVILI.

REiectâ multifariâ bellorum diſtinctione; quæ ratione obiecti, finis, ſubiecti, aut adiuncti temporis & loci fieri ſolet. *Schönbor. politic. lib 6 c. 2.* veræ belli ſpecies duæ ſunt: aliud enim eſt bellum internum, quod plerumque Ciuile dicimus, eò quod inter ciues ipſos geratur. *Cicer. lib. 5 Epiſtol. Famil. epiſt 12.* 1. Species belli duæ

Aliud Externum ſiuè hoſtile bellum, quod Imperator Romanus peregrinæ alicui genti, vel quod peregrina gens Populo Romano indixit. *l hoſtes: 24 ff. de captiuis & poſtlim. reuerſ* Quod enim his in locis de Populo Romano dicitur, intelligendum hodie eſt de ipſo maximè Romanorum Imperatore, in quem populus lege Regiâ, omne ius ſuum & poteſtatem tranſtulit. *§. ſed & quod Princip: Inſt. de iure natur. gent. & ciuil.* 2. Bellum Externū.

Ciuile igitur bellum eſt, quod populus eidem Imperio ſubiectus inter ſe gerit. Vt ſi in Imperio Romano Princeps contra Principem, Ciuitas Imperialis contra Ciuitatem Imperialem, Comes contra Comitem, vel Ciuitatem inſurgat, & bellum moueat. *l vnic. in Princ. C. de caduc. tollend.* Tale erat olim Romæ inter Marium & Syllam, Pompeium & Cæſarem. *Buſius diſquiſit politicar 9. th 16.* 3. Bellum Ciuile.

Hinc tripliciter bellum ciuile contingere docent Politici: Primùm, quando in eâdem Republica diuerſæ factiones inter ſe diſſident, quas qui concitant, fouentq; factioſi dicuntur. *Lipſius lib. 6. polit c. 3.* Secundò, quando ſuperior in inferiores tyrannico more verius ſæuit, quám imperat, Tyrannus dictus. Tertiò, quando inferiores aduerſus ſuperiorem iuſurgūt, qui ſeditioſi & Rebelles nuncupantur. *Mynſ. decad. 11. Reſp i. n 6. vbi n. 27.* aduerſus tales iuſtam belli ſuſcipiendi cauſam eſſe docet: Et in his præcipuè deteſtandi ſunt Perduelles, qui nefariè datâ operâ aduerſus Principem & Statum machinantur, eumq; quantum in ipſis eſt, ſubuerſum eunt. *Vult. lib. 1 Iuriſp. Rom. c. 47.* Hiſque accēſendi ſunt iniuſſu Principis diffidantes. *Aurea Bulla Tit. 14* 4. Bellū Ciuile, quot modis fiat.

Et

Et pacis publicæ violatores ; Welche den gemeinen Frieden im Reich Teutſcher Nation in Religion: vnd Prophanſachen brechen dem Religion oder Landtfrieden zu wider handlen / oder zu handlen vnderſtehen/ꝛc. *Receſs.Imp.Ordin p.2.tit.9* de quibus videatur *Gail de pace publ lib.1 per tot.*

5. Ciuile bellũ externo peius eſt.

Et certè *Plato* de ciuili bello loquens, illud peregrino longè periculoſius, adeoque ad ciuile reſtinguendum, bella externa ſuſcipienda eſſe, docet *lib.1. de legibus*.

6. Externa bella proſunt quãdoque.

Nam externa & longinqua bella, ſæpè non modo non noxia, ſed etiam vtilia & neceſſaria ſunt, vt Iuuentus, quæ otio & voluptate corrumpitur, per laborem in caſtris, vſu militiam addiſcat: quâ in re potiſſimum ſpectanda ſunt populariũ ingenia, an ad bellum ſua ſponte & natura prona ſint &c. Tum enim neceſſario huiuſmodi homines armis occupandos & exercendos eſſe, quò natura eos ducit, ne externi belli inopia ſecum ipſi decertent, multorum liberioris politiæ authorum eſt opinio: *de qua re pluribus ego infra.*

7. Varia inclinatio ad bellũ Ciuile.

Cæterùm cum multa hominum ſint genera ; ſic diuerſa ſæpius ratione Ciuile bellum exoptant: alij enim amore Reipublicæ, vt benè conſtituatur: alij ambitione: alij auaritia: alij odio regentium: alij ſuæ partis tuendæ, etiam inani & oſtentatorio ſtudio, arma quærunt: Ex quibus facilè bellum internum excitari poſſe apparet. *Thucyd. lib.3. Tacit. lib 2.*

8. Sic plurimæ olim gentes ab vtraque parte Athenienſium, ſcilicet & Lacedæmoniorum contra Siciliam, & pro Sicilia conuenerunt, partim vt Athenienſibus in ea occupanda adiutores eſſent; partim vt cum cæteris illam tuerentur ac defenderent, non adeò iure cauſæ vel cognatione moti ; vt ſe coniungerent, ſed vt quemque caſus aut neceſſitas impulit, vel vtilitas inuitauit. Idem *Thucyd. lib.6. f.722.* quæ ſententia etiam apud *Lucanum* eſt.

Quemq; ſuæ rapiunt ſcelerata in prælia cauſæ,
Hos polluta domus, legeſq; in pace timendæ,
Hos ferro fugienda fames, mundiq; ruina,
Permiſcenda fides &c.

9. Leuiſſimæ cauſæ ciuilium bellorũ.

Imò ex rebus etiam leuiſſimis, diſcordias ſæpè ortas eſſe, quæ velut ſcintillæ flammas excitando, bellorum poſtremò ciuilium incendia præbuerunt maxima, tradunt Hiſtorici. Sic enim *Procopius* ætate Imperatoris Iuſtiniani, de colorum varietate in Imperio factionem ortã fuiſſe, vt ſinguli pro aliquo, aris ſocijſuè dimicarent, memoriæ reliquit, *in Hiſt. de Bello Perſico.*

10. Sic etiam Florentiæ bellorum inter optimates initia cepe-

runt ab eo, qui ex Bondelmontorum gente nobiliſſima, nouas nuptias ſibi quæſierat, diuortio facto cum priore ſponſa; hinc Nobilium familiarum inter ipſas ôdia, diſſidia, cœdes, quæ ciuitatis ſtatum funditus euerterunt.

Eadem ex cauſa graue bellum Ardeates inter ſe excitauerunt, quod mater filiam nobili, tutores autem plebeio collocare vellent: ſed cum nobilitas â plebeis fuſa ac fugata eſſet, Romanos acciuit, plebs Ardeatum ad Volſcorum opes aſpexit. *Liui. l. 4.* 11.

Status item Mileſeorum ab Ariſtocratia in popularem abijt, dum certaretur nobiles inter ac plebeios, vtri duarum pupillarum tutelam conſequerentur. *Ariſt. lib 5. polit.* Bellum autem ſacrum, quod Phocenſium Reipubl. non conuerſionem, ſed interitum attulit, ab vnius virginis collocandæ controuerſia originem habuiſſe dicitur. Quin etiam Ætoli & Arcades mutuis duellis ſe ipſos diutiſſime attriuerũt, ob vnius apri caput; Sicut Carthaginenſes & Byzatij propter leuiſſimum Myoparonem. 12

Heluetij quoque bellum grauiſſimum aduerſus Carolum Burgundionem Ducem (quod non aliter, quam ipſius Ducis occaſu finem accepit) ea de cauſa ſuſceperunt, cum Heluetiis currus pellium ablatus eſſet. *Bodin. de Republ. lib. 4. c. 1. n. 386.* 13.

Ita quoque Syracuſis, cum duo Corriuales de amaſio inter ſe certarent, cæteris initio quidem riſum ciebant; mox tamen ciues vniuerſos armarunt, ac tantis dein odijs & animis pugnatum erat, vt ferociſſimis quibuſué cæſis, plebs armata pulſis optimatibus imperium arripuerit.

Apud Græcos verò olim nimiam tributorum exactionem, vel coactionem ad militiam, egentibus occaſionem præbuiſſe defectionis & rebellionis, legere eſt *in Thucyd. lib. 1. fol. 95.* Nam aliæ alijs, inquit, cauſæ erant cur deficerent, ex quibus præcipuæ fuerant, ſi vel propter inopiam tributa pendere, vel militare recuſarent. Nam Athenienſes acerba tributa exigebant, & moleſti erant ſocijs, ad tale imperium antea non aſſuefactis, nec malè tractari volentibus cum his violenter agebant, & aliàs etiã acerbius, quàm ante imperabant, neq; æqualiter vnà militabant. 14 Nimia tributorũ exactio cauſa græci belli.

Inngleichem iſt das Königreich Böhmen / ſo ohne das / wegen der von Anno 1608. herrührender Vneinigkeit beeder Herrn Brüder / Käyſers Rudolphi vnd Königs Matthiæ in übelem Zuſtandt ſich befandte / im Jahr 1611. in noch gröſſere Vnruhe geraten / allein we-

gen deß Paſſawiſchen Kriegsvolcks / welches Rudolphus ins Kö-nigreich/vnd gar in die Statt Prag kommen lieſſe/dann die Burger/ vnd ander auffrühriſch gemein Geſindlein/ ſo wol in der Alten: als newen Statt/ haben alßbald zu den Waffen gegriffen / ſeind in die Clöſter gefallen/ſolche außgeplündert/vnd 14. Franciſcaner Mün-che ex ordine obſeruantium ; im Cloſter S. Mariæ ad Niues, grewlich vnd jämmerlich nidergehauen: Wie ſie dann gleichmäſſig zwo reiche Abteyen / ein Dominicaner: vnnd ein Frawen Cloſter gäntzlich außſpolirt/ vnd die Geiſtliche Perſonen därinnen übel zuge-richtet: biß endtlich König Matthias mit ſeiner Macht ſich dahin be-geben/vnd hingegen das Paſſawiſche Kriegsvolck widerumb von dar abgeführt/die Böhmiſche Cron von dem Keyſer/ vnd den Ständen deß Reichs vberkommen/vnd dardurch im Königreich zimbliche Ru-he geſchafft hatte. *Heluic. in Ceſare Victor. lib. 5. pag. 139.*

15. Ciuilia bella in initio ſtatim ſopienda.

Priuſquam igitur ex eiuſmodi ſcintilla incendium conceptum ſerpere poſſit, aut frigida infuſa, aut ſuffocatione reſtingui oportet. *Bodin de Rep. d. lib. 4. c. 7, n. 472.* Nullum enim, ſecundũ ſupradicta, dubium eſt, quin eiuſmodi Reipublicæ ciuilibus bellis implicitus ſtatus, omnium periculoſiſſimus ſit, ac hominum manſuetam prius naturam efferet, & vitia crudelitatemq; in fortitudinem & virtutum nomina, magno errore commutet, ſicut prudenter diſcurrit. *Thucyd. in deſcript. ſeditionum Græciæ. lib. 3.*

16. Cautè in ſopiendo proceedendum.

Verum cum ingruente bello ciuili à magiſtratibus ſumma cum prudentia proſpiciendum ſit, ne per alia mala, & quidem deteriora illis, quæ imminent, remedeantur, ſiquidem hoc non liberare, ſed euertere Rempublicam eſſet. *Cicero Epiſt. 17. ad Brutum.*

17. Princeps, an alterūtri parti, accedere debeat.

Idcircò non inconuenienter à Politicis quæri ſolet, An Principi conueniat, orto diſſidio, aut bello ciuili, alterius partis ſe præbere ducem vel caput? Et quidem minimè conſultum eſſe videtur: metuendum enim ea ex re foret, ne ſe ipſum in exitium aut diſcrimen deducat: quod omninò futurum eſt, ſi pars altera ſuperior exiſtat. Sic perijt Henricus VI. Angliæ Rex, cum ſe Lancaſtriæ factionis Ducem aduerſus Hyorchos gereret.

18. Niſi tamen factio aliqua, directè in necem Principis, aut euerſionem Reipubl: coniurauerit: tum enim neceſſitas exigit, ſumma omnino vi, turbam perduellem compeſci: nam ſi eo caſu otioſus ſeditionis ſpectator eſſe malit, etiam ignauiſſimum quemque in caput proprium excitabit, ſeque ip-

sum

ſum protinus in extremam rei ſummam videbit deturbatum

Principis tamen obuiam ire tutius erit, adeò vt quidem, ſiuè aduerſus ipſum, ſiuè Rempub. ſeditio moueatur, authores tumultus protinus obruat. Sic Etheocles Lacedæmonius cum Chium inſulam aduerſus Athenienſes præſidio militari teneret, & milites occultè decreuiſſent inſulæ inuadere principatum, coniurationis verò teſſeram arundinem fore, ſecretò reuelatum eſſet Imperatori, ipſe ſuis ſtipatus vrbem obire cœpit, ac militem primum arundine ſibi obuium, occidit, repenteque ſe omnes occiſurum, qui arundinem geſtarent, edixit. 19.

Vel etiam inter partes diſſidij cauſas, ſummâ prudentiâ & authoritate amoueat, adeoque viros etiam alios, virtute & probitate præſtantes, qui populi motus orationis dulcedine compeſcant, adhibeat. Vnde *Homer. Iliad. 9. ſic canit.* 20.

Flagitioſus is eſt ſceleratus, inutilis, excors,
Quiſquis amat populis bella inteſtina mouere,
Quæ mala tanta ferunt ſecum, cauſaſq́; malorum,
Innumeráſ ſine fine ferunt ciuilibus armis.

Et licet in bello ciuili Victoris in captiuos perduelles clementiam, & eorum liberalem dimiſſionem, tractationem, & ad ſe inuitationem, multum ad contrariæ partis exercitum diſſoluendum, & ad ſe potrahendum poſſe referat *Polyb. lib. 2.* Ideoque *Plutarchus,* conſilium Catonis, neminem extra pugnæ ardorem interficiendū eſſe ſuadentis, prædicet *in Cat. Vtic. fol. 380.* Quo etiam Rodericij illius *(referente R. P. Famiano Strada. Soc. Ieſu.)* ſententia ſuper profectione Regis Hiſpaniæ & caſtigatione rebellium Belgarum contra Ruigomeſium lata, collimaſſe videtur. Vt enim Rodericus Principis erat intelligens, quaſi probaturus eam partem, quâ Regis ſecuritati conſulebatur, ſermonē excepit; ac paulatim eò deflexit, vt intempeſtiuum diceret, quietas obſequenteſque populos armis laceſſere, ſimulque finitimos hæreticos ad opem ſociorum pronos irritare. Cauendum eo maximè in loco belli ciuilis incendium, vbi circa ſint, qui illud alant, procul qui extinguant: Quamquam ne extingui quidem poſſe ſine ruina victoris. Nimirum inter ciuiles vrbium, hominum, fortunarum ſtrages, adimi demum Principi, quidquid victis perit. Quantumcunq; peccatum â Belgis ad eam diem, â Regis ſorore abundè fuiſſe correctum. 21. Clementia Victoris in captiuos, bellum Ciuile quandoque diſſoluit.

ſubactumque: & ſi quid vincendum ſupereſſet, animos vtriq; eſſe non corpora, at illos non armis, ſed beneficiis expugnari. Id verò, & clementiæ Principis accommodatius, & Belgarũ ingenijs, de quibus veriſſimè dictum à Carolo patre; Nullos eſſe populos (modò paternè habeantur) qui ſeruitutis nomen magis execrentur, magis patiantur. *De bello Belgico. par. 1. lib. 6. pag. m. 383.*

22. Non imprudenter tamen *Cicero* ijſdem, qui in ipſos bellorum ciuilium authores ſuperatos ſunt clementes, nunquam defutura fore bella ciuilia, prædixit *in Epiſt. 2. & 15. ad Brutum.* Atque ſic in authores criminum tutius, quam in multitudinem ipſam vindicari, conſentit. *Veget. de re militari. c. 4.* nam & raritas pœnarum corrigit magis. *Senec. lib. 2. de ira. c. 10.* & plebem omninò animis deijcit. *Dio. lib 2.*

23. Oratio Romanorum ad Coriolanum.

Qua de re inſignem Romanorum Legatorum ad Marc. Coriolanum (qui injuſtè Româ pulſus in Volſcos exulatum abierat) habitam orationem adferre placuit. Cum enim Vrbẽ obſideret, & miſſi ad eum quinq; Oratores de pace eſſent, omnes Conſulares, & ei ante exilium gratiſſimi; M. Minutius vnus ex legatis, concedentibus collegis, ita exorſus eſt: Non ignoramus Marci, affectum te iniuria à plebe, apud quam nefarij criminis reus peractus, injuſtè è patria pulſus es: nec miramur, ſi indignè fers hoc infortunium. Sic enim naturâ comparatum eſt, vt læſus ei, qui ſe læſit, infenſus ſit. Illud miramur, non diſcernere te, in quos vindicare debeas, nec moderatè pœnas exigere; ſed eodem loco habere innoxios, amicos, & inimicos, mouereque naturæ leges immobiles, & confundere fas, ne tui quidem ipſius memorem, quis, aut è quibus natus ſis. Venimus à Repub. legati, è Patricijs natu maximi, tuiq; ſtudioſiſſimi, afferentes violati juris expoſtulationem, mixtam precibus, accepturiq; viciſſim conditiones pacis, quas velis renunciari populo: ſimulque monituri, quid in rem tuam fore putemus.

24. Ac primùm vt de jure dicamus, conſpirauit in te plebs à Tribunis irritata, conatique ſunt te indamnatum necare, ij, quibus terrori eras. Id ne fieret, nos Senatores prohibuimus. Poſtea à Tribunis dies tibi ad populum dicta eſt, quod in ſenatu plebi malè dixiſſes: reſtitimus hic quoque, nec paſſi ſumus te, vel ſententiæ dictæ, vel orationis habitæ pœnas luere. Poſtremò cùm de te judicium

populo

populo permiſſum eſſet,tunc quoq; ſenatus tibi adfuit, multis pro te fuſis precibus. Quid ergo tibi mali fecimus nos patricij? Cur nos bello petis, quorum tantum fauorem in tua cauſa expertus es? Imò ne plebem quidem vniuerſam te expulſum voluiſſe, ſatis apparet, quando omnium ſuffragijs damnatus non es, quamobrem ne his quidem jure eſſe hoſtis potes, à quibus abſoluebaris. Sed ut nos omnes odio apud te digni ſimus, quid de te meritæ ſunt fæminæ ac pueri? quam aduerſum te concionem habuerunt? cuius eorum ſuffragio ejectus es? quibus nunc imminet periculum captiuitatis, aliarumque miſeriarum, quæ ſolent evenire vi captis vrbibus.

Deindè quà injuriâ laceſſitus monumenta maiorum, aras deorum, templa, delubra, quonam merito ipſorum offenſus, ſpolias, exuris, ſubuertis? Equidem indignum arbitror viro, cui quantulacumque virtutis cura eſt, vel amicos cum inimicis confundere, vel iram in delinquentes implacabilem gerere, eos præſertim, qui iam ſatis pœnarum luerint. Præterea tuum eſt, præſenti potentiæ fauore numinum adiutæ, moderari; cogitareque quàm mutabiles ſint fortunæ vices, quàm nihil in rebus humanis ſtabile. Licet autem tibi nunc honeſtiſſimis conditionibus pacem componere, & in patriam, toties armis abs te defenſam, reuerti, atq; honeſtiſſimam nominis tui memoriam relinquere. 25.

Quod ſi ſimultatem exercere pergas, aut fruſtra laborabis populi Rom. potentiam, præſertim Volſcorum ope, ſubuertere, aut ſi voti compos euadas, haberis omnium mortalium miſerrimus: matricida diceris, filiorum interfector, patriæ malus genius: nec ad ſacra, nec ad epulas, nec ad domeſticum larem, admittet te quiſquam juſtus ac pius: ac ne ipſis quidem carus eris, in quorum gratiam iſta feceris. 26.

Hæc & alia reputans Marci, reſipiſce; deſine meminiſſe acceptæ à patria iniuriæ; & lætus revertere domum, ad amplexus matris gratiſſimos, officia conjugis ſuauiſſima, ſalutationes liberorum dulciſſimas, teq; ipſum reſtitue ornamentum ingens patriæ, quæ te tantum virum educauit & genuit. Hæc legati ad Marcium, qui cum eius animum non flexiſſent, perfecère matronæ, vt mater ejus & vxor, duos paruos ex Marcio ſecum filios ferentes, in caſtra irent, & quam armis viri defendere vrbem non poſſent, mulieres precibus lachrimiſque defenderent. Vbi in caſtra 27.

ventum eſt, mater, vxor ac liberi ab earum amplexibus pendentes, fletuſque ab omni turba mulierum ortus, & comploratio ſui patriæque fregêre tandem virum. Complexus inde ſuos dimittit: ipſe retrò ab vrbe caſtra mouens, bellum patriæ inferre deſijt.

28. Exempla calamitatum Ciuilis belli.

Cæterum quantumuis plurima calamitatum, ex bellis ciuilibus exorientiũ exempla, niſi recentia ipſi experti eſſemus; in medium proferre liceret.

29. Ciuile Bellum inter Marium & Syllam.

Duo tamen maximè inſignia è memoria antiqua breuiter repetere libet: Ciuile nimirum bellum, quod inter Marium & Syllam exortum, Vrbem & vniuerſam penè Italiam plurimo ciuium ſanguine impleuit. Nam cum inuicem vterque Româ potitus eſſet, fœdum in modum alter in alterius amicos victoriam exercuêre. Ita multi innoxij atque illuſtres viri proſcripti & interempti ſunt. Sed inter ea, quæ eo bello contigerunt, maximè memorabile & lugubre fuit, quòd prælio, quo apud Ianiculum, aduerſum Cinnam pugnatum eſt, ignorantes concurrerunt duo fratres, alter ex Pompeij exercitu, alter ex Cinnæ. Pompeianus victor cum occiſum à ſe hoſtem ſpoliaret, agnito fratre, ingenti lamentatione editâ, rogo ei extructo, ipſe ſupra rogum ſe transfodit; & eodem igni conſumptus eſt.

30. Ciuile bellum inter Pompeium & Cæſarem.

Sed multò etiam plures mortales omni genere calamitatis abſumpſit funeſtum illud inter Pompeium & Cæſarem accenſum bellum: mox à Triumviris, Octauio, Antonio & Lepido, aduerſus Brutum & Caſſium continuatum: ac demum inter Octauium & Antonium finitum. Quòd quidem, cum triginta duos annos duraſſet: tam latè fuſum eſt, vt totum probè orbem, quàm longè patebant Imperij Romani fines, commouerit. Tantam certè cladem inflixit, vt ab initio ejus vſq; ad quartum C. Cæſaris conſulatum, centum ſeptuaginta millia ciuium Romanorum conſumpſerit. Et quota hæc fuit pars eorum, qui & poſtea, & per reliquam Italiam, atq; omnes Prouincias, extincti ſunt? cum enim bellis ciuilibus tantum ſanguinis perditum fuerit, tot hominum millia perierunt, vt eorum numerus iniri non poſſet.

31. Deteſtabilis ſocietas Octauii cum Antonio

Sed inprimis atrox & deteſtabilis ſocietas illa fuit, quam iniit Octauius cum Antonio & Lepido, qui ſe Triumviros Reip. conſtituendæ, cum ſummo Imperio in quinquennium renunciârunt. Nam cum proſcriptionem ac cœdem inimi-

corum

corum ciuium edi vellent; vt inimicos vlciſcerentur, amicos quoque prodebant. Cæſar cùm pro Cicerone ſeruando aliquamdiu certaſſet, eum tandem deſtituit, vt ſæuitiæ & odio Antonij gratificaretur: cum ei viciſſim Antonius L. Cæſarem auunculum ſuum, quem Octauius oderat, condonaret: Lepidus Paulum fratrem. Quâ permutatione quid immanius fuit? cum non ſecus occiderent quos traderent, quàm quos accipiebant? Eâ igitur proſcriptione, Triumvirorum juxta amici ac inimici, plurimi equites, CXXX. ſenatores, interempti ſunt. Sed ne Antonius quidem tantam immanitatem, cuius præcipuè author erat, inultam ferret, contracto aduerſus Octauium bello, nauali prælio, ad Actium victus, ſe ipſum gladio tranſegit: ſæuitiam in Ciceronem & alios ſæpius expertam, in ſemetipſum vertens. & Lepido.

Quid Belgio & Galliæ nocuerint bella inteſtina, notius eſt, quàm vt debeat commemoratione repeti: Vnde Gallicus ille Hiſtoricus Girard. ſub Carolo VI. Franco-Galliæ Regnum ferè interiiſſe his verbis ſcripſit. *Les guerres inteſtines auoient fait mourir, la moitie des hommes de France, & plus de vingt. cinq mille meſnages forcez par la calamité du temps, auoient abandonné la Normandie, & s'eſloient retirez en Bretagne, la où ils auoient eſté bien receuez ès villes voiſines de la Normandie, pour y exercer le meſtier de drapperire lib. 20. fol. 692.* 32. Bella Ciuilia Belgii & Galliæ.

Similiter Carolo V. imperante diſſidia in Religione multiplicata fuiſſe, & quidem in Germania noſtra, bellum apertũ (quod Smalcaldicum vulgò vocarunt) exindè originem traxiſſe; refert *D Speidel.* Reuerendiſs: Epiſcopi Auguſtani Conſiliarius, amicus meus ſummè honorandus: *in Synopſi Beſoldiana hiſtoriæ vniuerſ. pag. m 500. & ſeq.* 33. Bellum Smalcaldicum.

Et quamuis A. Chriſti M.D.LII. Paſſauiæ, ac poſt M.D.L.V. Auguſtæ, pax quædam certis limitibus definita fuerit, gliſcente tamen odio; omnibus ex partibus vulnus illud refricabatur: An. enim M.DC.X conuentus quorundam Statuũ Imperij reformatæ Religionis, initio anni Halæ Sueuorum, quem Vnionem vulgò vocarunt, habitus fuit. Vnde viciſſim quidam Romano-Catholicorum Principum Herbipolis ſtrictæ confœderationis, Ligæ vulgò dictæ, fundamenta jecerunt. Cuius occaſione præſens in Germania bellum enatum, & hactenus ab exteris quibuſdam Principibus nutritum fuiſſe, multorũ eſt opinio. De quo *Amarcanus in Marte Gallico lib. 2. c. 6 & ſeqq.* 34.

Et certè vnicus Magdeburgenſis Tragœdiæ caſus, quamlibet ciuitatem mouere poſſet, ne ſuis freta viribus facilè rebel- 35. Magdeburgenſis

Ciuitatis exitium.

lioni aſſueſcat:cùm illa ad inuidiam munita & potens, tot Imperatoribus impunè contraria, quorum impetus ſemper eluſerat, ad extremum non vno letho perierit. Et illa tot mercatorum palatia, quæ opportunitate loci paulatim ſurrexerant, tot pulcherrima opera, quæ ſingula illuſtrare vrbes ſingulas potuiſſent, dies vna ſtrauerit. Imò inter maximam vrbem & nullam, inter Germaniæ oculum & fœda rudera, inter ad id temporis virginem & vi conſtupratam, paucæ duntaxat horulæ interfuerunt: ſummæ mutationis breue tempus: ſic quicquid longa ſeries multis laboribus, multâ Dei indulgentia ſtruxit, id ne totus quidem dies ſpargit ac diſſipat. Adeoque longam properantibus malis moram dedit, qui diem dixit Reipublicæ euertendæ ſufficere, cum ſuffeciſſe horulas experti fuerimus. *Waſſenberg. de ſecundo bello Magdeb. p. 232.*

36. Externi ſolent fouere rebelliones

Et huius quidem ciuitatis ruinam, Exterorum quorundã ad rebellionem incitamenta promouere: vt enim ſupra inſinuatum & experientia quotidiana nimis manifeſtum eſt, plerumq; ab Exteris Principibus eiuſmodi rebelliones tam diu foueri, ac tacito quodam ſtratagemate nutriri, donec mutuis attritas diſcordijs vires ſine negotio occupare poſſint. *Ariſtot. 5. politic.*

37. Hoc modo Ancini & Ardeates olim, cùm de agro rixarentur, populum Romanum eum ſibi adiudicaſſe, refert. *Plin. lib. 3.* Dum Robertus Bruſſius & Balliolus de regno Scotiæ contenderent, Eduardum Anglum, illud ſibi pro feudo vendicaſſe. *Author eſt Buchan. lib 8.*

38. Vt tandẽ Statꝯ ſim. perii concordent.

Faxit tamen SS. Trinitas, vt ordines Germaniæ, vel tandem vnanimi conſenſu, religione & libertate communi, vigore Receſſuum Imperij, ſaluâ, omnes bellis ciuilibus præcidant neruos: ne diminuicem ſe oppugnent, prædæ aliquando fiant externo hoſti: ſicut Imperio Conſtantinopolitano accidiſſe, omnium Hiſtoricorum referunt monumenta.

DISCVR-

DISCVRSVS. III.

DE OBIECTO ARTIS BELLICÆ, IN QVIBVS ſcilicet conſiſtat,& qualiter in ſuſcipiendo bello deliberandum ſit.

VNiverſa artis bellicæ præcepta, ad hæc tria capita,quomodoſcilicet,bellum ſuſcipiendũ,gerendũ,atq; finiendum ſit,ſummariè reduci poſſunt. *Lipſius politic. lib.5 c. 3.* 1. Triplex obiectum belli.

Ac inprimis, cum nullum mortalium ſtudium pluribus excipiatur incommodis, ſicut bellum: etiam atque etiam proſpiciendum eſt ijs,qui rerum potiuntur Orbis Monarchis,ne temerè atq; inconſultè ad arma conuolẽt,neq; acquieſcant rerum nouatoribus, nunquam non bellaturientibus,non ob aliud,niſi quod ex plebis ferè extrema calamitate,meſſem non partiendo,ac opimum lucrum facere conſueuerunt; ſed vim potius ponant in deliberationem. 2. Ne temerè ſuſcipiatur.

Bonus enim Princeps nunquam omninò bellum ſuſcipiet,niſi cum tentatis omnibus, nulla ratione illud evitari poſſit; Et tunc proxima cura erit Principis, vt quàm minimo ſuorum malo,quàm minimo Chriſtiani ſanguinis impendio geratur,& quàm poteſt ocyſſimè,finiatur: Et dum verè ſupputabit,quanti conſtiturum ſit bellum, ac num id,quod bello deniq; petitur,tanti ſit valoris, etiamſi certa ſit victoria, quæ tamen non ſemper, licet optimæ cauſæ,fauere ſolet. Sic enim referente *Suetonio.c. 25.* Cæſar Auguſtus dixiſſe fertur:Bellum nunquam,niſi cum maior emolumenti ſpes, quam damni metus,oſtenderetur,ſuſcipiendum eſſe. 3. Prius omnia tentanda,& conſideranda.

Expendat curas deniq;,ſumptus,pericula,moleſtũ,&longũ apparatum. *Simanca de Republ. lib. 9. c. 25. n. 8.* & *Molina d tract.2. diſp 102.* aduertendum eſſe memorant, ne Princeps in bello inferendo non minus erga ſuam Rempublicam, quàm alienã , cui illud inferre parat, ſit iniuſtus: vbi ſcilicet prudẽtis arbitrio,tale bellum futurum eſſet in detrimentum maximum ſuæ Reipublicæ,quia vires non habet ad ſuperandum, vel quia cum modico ſuæ Reipublicæ,boniq; communis emolumento , ſubditos ſuos maximis periculis & detrimentis exponet, reditus publicos in eo conſumet,Rempub. nouis tributis, & exactionibus grauabit &c.Sanè culpa erit lethalis,contra juſtitiam

aduer-

aduerſus ſuam Rempub. ejuſmodi bellum ſuſcipere, ſi commodè ab eo poſſit abſtinere. Reſpublica namq; non eſt propter Regem, ſed Rex propter Rempub. vt illam defendat, adminiſtret & gubernet, non ad ſuum arbitrium, vanitatem & commodum, ſed ad Reipub. commune bonum: quo fine adductæ gentes præfecerunt ſibi Reges ac Principes, atq; eis id jus, quod habent, poteſtatemque tribuerunt. Hinc rectè *Ariſt. 4 Polit. c 10* hoc conſtituit diſcrimen inter Regem & Tyrannum, quod Tyrannus in proprium commodum & quæſtum: Rex verò in commune ac publicum bonum Rempub. adminiſtret. *Canonher in diſſert. polit. pag. m. 192.*

4. Diu cunctandum eſt.

Cùm nuſquam oporteat, inquit Octauianus, Principem præcipiti eſſe conſilio, tum haud alibi cunctatior erit, aut circumſpectior, quàm in ſuſcipiendo bello, quod alijs ex rebus alia naſcantur incommoda; ſiquidem ex bello ſemel ſuſcepto, omnium bonarum artium oriatur naufragium, omnium malarum rerum pelagus exundet. *Sextus Aurel. Victor. in Cæſare Auguſto.* Deinde quod nullum aliud malum hæreat tenacius, bellum è bello feratur, è minimo maximum, ex vnico geminum, ex ludicro ſerium, & cruentum naſcatur; & alibi nata belli peſtis in proximos etiam, imò in procul etiam diſſitos, propagetur locos.

5. Exhinc *Thucyd.* ſuper deliberatione belli Siculi. *lib. 6.* accommodatè monet, cum de quouis bello ſuſcipiendo prudenter & diu deliberandum ſit, tùm verò præſertim de eo, quod eſt longinquum & periculoſum: id eſt, quod adverſus validum ac bellicoſum hoſtem, & à nobis procul gerendum eſt, ſæpius deliberandū: Imò amentiam eſſe eos adoriri, quos neq; victor in officio retinere poſſis, & ad quos poſtea ab ijs ſemel victus, regredi nequeas.

Vnde etiam Carolus V. Imperator, cum Legatum Venetum quidam detulerat, quod tarditatem & lenitudinem ipſius culparet, nihil inde offenſus, nunquam mundum à bellis quieturum & reſpiraturum eſſe dixit, ſi ea celeritate, quam res & cauſæ plerumq; poſtulant, bella ſtatim moueret. *David. Chytra. in Orat. de vita & morte Caroli V.* Prudentiſſimum ſanè reſponſum Imperatoris, qui rei huius experientiam habebat exquiſitiſſimam: nec tam laudem & gloriam ex prælio, quàm commodum inde quærebat publicum, & animæ ſalutem.

Et

Et certè omnia prius experiri, quàm armis contendere, ſapientem decet, *teſte Terent.* Bellum enim ex atrociſſimis remedijs eſt, quæ adhibenda non ſunt, niſi id extrema poſtulet neceſſitas. *R P. Contzen. l. 10 politic c. 2.* Qua in re exemplum olim præbuerunt Corcyrenſes, qui adjunctis ſibi Lacedæmonijs & Sicyonijs legatis, Corinthum venerunt, hortantes Corinthios, vt præſidium atq; nouos colonos ex Epidamno abducerent, quoniam nihil juris in Epidamnios haberent: Sed ſi Corinthij omninò eam ciuitatem ſibi vendicare mallent, paratos ſe eſſe judicio cum ipſis diſceptare coram ciuitatibus, de quibus inter vtroſq; conueniret, vtris deinde Colonia adjudicata foret, vt illi eandem retinerent. Delphici etiam oraculi arbitrio, tantum ne bellum fieret, ſe rem permiſſuros eſſe affirmarunt, *Thucyd. l. lib. 1. fol. 36.* Eodem modo Romani, *ſecundum Varronē l 2. de vita pop. Rom.* Feliciales legatos res repetitum mittebant quatuor, qui ſi poſtulata impetraſſent, fœdus cum ijs feriebant, ſi minus re deliberatâ bellū indicebāt. De horū Ceremonijs vide *Petr. Meſſiā in varijs ſuis lect p. 4. c. 2.* ſub titulo. *Les ceremonies, que les Romains vſoient deuant, qu' eſmouuoir guerre.* Vide etiam diſcurſum *Scip. Amirati ad Cornel. Tacit 9. lib. 5.* 6.

Huius vero maturæ deliberationis, qualiter nempè priuſquam tertium & vltimum bellum Punicum ſuſciperetur, in Senatu Romano, diu multumq; inter M. Porticum Catonē, & Scipionem Naſicam, Senatus Principes (quorum alter ſapientiſſimus vir in ciuitate, alter optimus etiam à Senatu habebatur) varijs ſententijs certatum fuerit, exemplum memorat *Liuius:* Cato quippè, vt bellum indiceretur Carthaginenſibus, qui exercitum ſpecie contra Maſaniſſam Regem, re ipsâ contra Romanos comparatum in finibus haberent, fortiſſimis rationibus ſuadebat. Naſica contradicente, legatos mitti Carthaginem placuit, qui ſpecularentur quid agerent, caſtigato eorum ſenatū, quod contra fœdus exercitum, & nauales materias haberent. Sed Giſco Amilcaris filius, homo ſeditioſus, qui tunc in Magiſtratu erat, ita Senatum; ſuadendo bellum concitauit, vt legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit; Id nuntiantes, infeſtum jam Senatum, Carthaginenſibus infeſtiorem fecerunt. Cum Cato ſuaderet, vt ijs bellum indiceretur: Naſica nondum juſtam ſibi cauſam bellandi videri, & nihil temerè faciendum: Catonis ſententia peruicit, vt cum Carthaginenſibus, quod contra fœdus naues haberent, & extra fines exercitum eduxiſſent, quodq; Maſaniſſæ ſocio arma intuliſſent, bellum gereretur. 7. Conſultatio grauis ante Bellum Punicū.

8. Sed bello indicto, diuerſis quoq; ſententijs, inter eos cer-
tatum eſt, de tollenda aut ſeruanda Carthagine. Cato delen-
dam eſſe cenſebat, quod grauis aduerſaria, & priſtinis cladib9
erudita immineret Romæ, & ſubinde fidem frangeret. Naſi-
ca ſuadebat relinquendum, tum vt metus hoſtilis in bonis ar-
tibus Ciuitatē retineret: Externum timorem maximum cō-
cordiæ eſſe vinculum; tum ne Romanæ iuuentuti deeſſet ma
teria acuendæ virtutis. Medio inter vtramq; tēperamento ſe-
natui placuit, vt parceretur Carthaginenſibus, ſi primū armis
traditis, deinde claſſe exuſtâ, & relicta vrbe, mox procul à ma-
ri. X. milliarib9, nec minus remoto loco oppidū conderent. Id
cū Conſules in Africam tranſuecti, ex authoritate Patrū impe-
rārent, indignitate rei Carthaginenſes ad bellandū compule-
runt. Ita tertium bellū initum eſt; & Carthaginis ipſius exci-
dio terminatum.

9. Veneti qualiter deliberēt. Qualiter etiā celeberrima Venetorū Reſpub. in ſuſceptione
armorū conſulere, & per aliquot dies grauiter deliberare ſole-
at, tradit *Phil. Cominæus in hiſt. Neapol. l. 4 & l. 5 c. 15.* Quocirca *D. Beſol. p. m. de*
Iur. bel c. 5. n. 5 meritò inquit, tuetur Venetorū famā *Kirchnerus*, qui
malè à nonnullis audiūt, quod bellorū omnes cauſas ſtudio-
ſiſſimè declinent, quod illata difficillimè ſuſcipiant, ſuſcepta
pace finire omnibus modis conentur. *diſput. vlt. hypoth. 2.*

10. Conſiliarij Principis non ſtatim bellum ſuadere debent. Atq; ideò ſi Princeps ob leuē aliquā contumeliā, quā ſe læ-
ſum exiſtimat, de bello ſuſcipiēdo conſiliū petiturus ſit, Con-
ſiliarij officiū nō erit præcipitare in reſpondēdo, (quandoqui-
dē res bellicæ prudenter perpendendæ, & matura deliberati-
one decernēdæ ſint) *Mambrin. Roſæus de Inſtit. Princ. c. 34.* Sed ſub au-
11. rato potius throno inter piſtromata de bello cōſultare, atq; in
acie ſe verſari credat, ac eo animo ſit, quo ille cuius aures circa
ſtrident emiſſa tormētis jacula: nā ſi conſulentis interdum qes
vni9 ſclopi globulo terreretur, multò ſedati9 bella decerneret.

12 Lepidum huius rei exemplū. Rectè q; Princeps Outopian9, cū magno numero Conſiliarij
de bello cōſultarent, iamq; Senat. conſult. pro bello ſubſcri-
bendū eſſet, clàm conſtituit, vt ex oppoſita Cenaculo turri,
per vitreas feneſtras in conclaue iacularētur milites, ſine pe-
riculo tamen eorū, qui adeſſent; ſed poſteaquā Conſiliarij in-
genti pauore, volitare ſpeculariū fragmina viderent, mox om-
nes diffugere & tuta ceperunt quærere; Tunc Princeps quidē,
vt in periculo interriti cōſiſterent, ſed fruſtra monebat: vicit e-
nim timor verecundiā, & ſol9 in periculo, vt putabāt, Princeps
deſtituitur; Ille ciuiliter timori ignoſcens: Nemo inquit bellū
ſuadeat, niſi q & ferre pericula poteſt, me in periculo deſtitui-

tis, verbo-

verbo Leones, te Lepores. Et ſanè periculoſi Conſiliarij ſunt, qui cùm in pace nil ſuſtinere poſſunt, tamen bellum ſuadent. *Plutarch. in Phocion. f. 304.*

Hæc errata quotidiè cernimus, & olim ſimilia fuiſſe repetit *Thucyd. lib. 2.* Dum ſecuri inquit ſunt, fortes ſententias pronũtiant, dum in metu, medio etiam in opere deficiunt. Atque hanc in rem ſunt nonnulli docti homines, loquitur Viues ad Adrian. Papam, qui proximi & probati Principibus, magnaq; apud illos authoritate, cum de bello conſuluntur, ita de juſto & injuſto bello diſſerunt; vt facilè ex eorum oratione anſam Principes, alioqui in ſuos affectus proni & præcipites, arripiant, exiſtimandi quodlibet bellum, modo placeat, juſtum eſſe. Qui ſi aliter cenſerent, ac diſputarent, injecta in Principum animos religione, cohiberent ac reuocarent homines ad arma procliues, & affectionibus impulſos. Sic quoque *Tacitus,* Excitant & ſuadent ait, pleriq; ex aula, aut alij feroces turbidi, quos dixeris in id natos, vt neq; ſibi quieſcant, neque alios ſinant. Non raro Peregrini aut Exules, qui ſua ſpe aut metu cunctantem in arma propellunt. *lib 3 Hiſtor.* At tu, inquit ibid: in tali re ſcito, conſilium ob omnibus dari, ſed periculum paucos ſumere. Vno aduerſu ictu languebunt omnes, qui primò alacres, fidem atque animum oſtentabant. *Idem lib. 1.* Nam ſuaue bellum inexpertis, at qui guſtauit, valdè contremiſcit animo, quoties aduentans illud videt. *Pindar. apud Stob.* 13. Aulicorũ præcipitantia in ſuadendo bello.

Hæc tamen non aliter intelliguntur: quàm vbi iniuſta bella momentur, aut ob res minimi momenti, & aſini, quod dicitur, vmbram, ea ſuſcipiuntur: præſtat quippè, quemadmodũ Trajanus dicere conſueuit, bellũ juſtum, ſimulatæ paci. Laudantur equidem & cõmendantur Principes cordati, magnanimi, & ſeduli in tuendis ijs, quæ hæreditario jure à maioribus ſuis ad ſeſe ſunt deuoluta. Cum enim impetuntur & infeſtantur ab alijs, nec pacem & tranquillitatem in regno aliter habere poſſint, tam læſuri eſſent exiſtimationem & Rempub. ſuam, non defendendo ſeſe, & propulſando iniurias, quàm is, qui eos impugnat, conſcientiam ſuam lædit offendendo. 14. Iuſtũ bellum non tanta ope habet deliberatione.

Hinc plurimũ mihi Platonis verba placent, dum inquit: Nec minus laudandos eſſe pacificos, nec vltra modum vituperandos belligerentes: fieri namq; poſſe, vt bellũ quis pacis conſequendæ cauſa ſuſcipiat: & contra qui pacẽ colit, belli mouendi finem propoſitum habeat: nec id quidẽ immeritò: præſtat 15. Medium inter vtrumque tenendũ.

namque breue bellum ob pacem longam, quam breuem pacem ob diuturnum bellum expetere. *Roſseus d. cap 34 fol. m. 312.*

16. Ante bellum Deus innocandus.

Neceſſitate itaq; ſuſcepta bella, ante omnia Inuocationem Dei requirunt, qua ſcilicet exorſurus orat Dominum exercituum, vt animum ipſius & ſubditorum, ad ſalutaria & neceſſaria Eccleſiæ & Reipub. excitare, & ab omni temeritate & injuſtitia abducere. *1. Samuel. c. 23.* vt à partibus ſuis eſſe & ſtare; conatus regere & fortunare, brachio fortitudinis exercitum ſuum armare, victoriamq; concedere dignetur. *Iudic. cap. 2, 8.* Ita Aſa Rex pius Deum invocauit dicens: Domine non eſt apud te vlla difficultas, vtrum in paucis, an pluribus, adjuua nos Deus noſter, in te enim & in nomine tuo habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Exterruit itaq; Dominus Æthiopes coram Aſa & Iuda, fugeruntque Æthiopes. *2. Chron. c. 14.* Sic etiam acutiſſimus ille *Plinius in Paneg.* ait. Nihil ritè, nihil prudenter auſpicari homines, ſine Dei immortalis ope & auxilio.

Siquidem præuiâ hac invocatione euenire ſolet, vt cum magnatibus & viris prudentibus, ac rei militaris peritis, ſuper omnibus ac ſingulis, quę in conſiderationem maximè ducenda ſunt, eo melius deliberare, & exinde maximum lucrum, tum rei exequendæ adjumentum, & rei ex conſilio geſtæ lætum, vt *ait. Herodot.* exitum, conſequi poſſit.

17. Primò ſuas & ſuorũ vires deliberet

Prima etenim deliberatio erit, quâ Dominus belli in ſe, & ſua, cum conſiliarijs deſcendit explorans, quas per ſe habeat vires; quæ auxilia aliundè à cognatis, à ſocijs, & amicis certò ſperare poſſit: Bello quippè inchoaturis, & veteres ſocietates obſtringendæ ſunt arctius, & nouæ comparandæ. *Thucyd. lib. 2.* Hic igitur primùm proprias vires benè diſcutiat, anne ex ſibi ſubiectis totum exercitum, vel maiorem eius partem colligere poſſit: ſubiecti enim maiori fide & ſtudio quandoque præliari, Externus verò miles ſolam ſpectare pecuniam, & ſæpe periculo non carere ſolet.

18. Secundò qualiter ſocios habere poſſit.

Deinde ſi proprijs viribus diffidit, videat ſummâ induſtriâ, vt ſocios ſibi adjungat; at non quoſuis, ſed potentes, quorum ſocietas non oneroſa, ſed auxiliaris exiſtat. *vt ait, Commin.* Præuenire ſtudeat amicitiâ populos, & hoſti eripiat, qui fortes ſunt & ſtrenui: In ſocietatem contra hoſtem aſciſcat, qui eum aliqua ex cauſa infenſè oderunt. *Polyb. lib 4.*

19. Exploratores optimos quomodo adhibere poſſit, delibe-

ret, Obſeruet, quid agant, aut moliantur Vicini, & prouideat, ne Vicini vllam nocendi facultatem habeant. Si vult, aut neceſſitas conſtringat vti extero milite, cogitet vt maximè fideles ac candidos, & ſuis numero pauciores, quantum poſſibile eſt eligat, & quidem quo loco ſint colligendi.

Tertiò, Quid moliantur Vicini.

Altera deliberatio ſpectat ad hoſtes, quo ſint ingenio, quibus facultatibus, atque viribus hoſtes, eorumq; ſocij, & quanta auxilia comparare queant: Non temerè ijs credat, qui vires hoſtium per contemptum diminuunt. *Herodot. l 7.* ſed omnia potius metuat, & plena difficultatibus atque periculis ſibi perſuadeat. *Thucyd l. 2.* In hoſtili terra, ait, manentes, ſemper præſenti eſſe animo, ac diligentius ſibi cauere, ac excubias agere, & omnibus periculis proſpicere oportet. *In Oratione Archidami.* Deliberet qua ratione hoſtium auxilia, aut ad ſe transferre, aut ne hoſti ſubueniant, procurare poſſit.

20. Quartò, qualis ſit hoſtis, eius & ſociorum vires.

Conſideret item, quæ ſit ejus regionis, quam debellare cōſtituit, natura, quæ loca, qui aditus, quæ ciuitates, quæ arces expugnandæ ſint: quibus expugnari poſſint vel non: quibus inſtrumentis & machinis bellicis: quanto cum ſumptu & tēpore expugnatio fieri queat: Hæc & alia ita prouiſa, maximè conducunt ad veram belli artem, ejuſque expeditam adminiſtrationem. *Herodot. lib 7. Caſman. in ſyſtemate vitæ polit. c. 38. Althuſ. in polit. c. 35 fol 577. Quæ ſingula in ſubſequentibus fuſius explicabuntur.*

21. Quintò, quę ſit regionis inuadendæ qualitas.

DISCVRSVS. IV.

DE CONTRARIIS BELLI, INIVSTITIA nempè & Temeritate.

IN ſuſcipiendo bello, Injuſtitia omnis & Temeritas abeſſe debet *ſecundum Lipſ. lib. 5. polit. c. 3.* Injuſtitia quidem maximè, ſunt enim & belli, ſicut pacis jura, juſteque ea non minus, quàm fortiter gerenda atque ex jure gentium definienda ſunt. *Facius axiomat. politic. 1.* Sic *Cicero* in Republica vel maximè jura belli (quæ *Tacit. 4. Annal. c. 33.* belli commercia vocat) conſeruanda eſſe, ait *1 Officior.*

1. Bellum iniuſtè & temerè non eſt ſuſcipiēdum.

Hanc injuſtitiam, ſicut ſup: diſc. 1. inſinuatum eſt *S. Auguſtini. contra Fauſt. lib 22. c 66.* hiſce verbis explicat. Nocendi cupiditas, inquit, vlciſcendi crudelitas, implacatus & implacabilis a-

2. Quæ ſit iniuſtitia belli.

nimus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſunt ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis jure culpantur.

Cujuſmodi injuſtitia etiam tunc apparet, quando controuerſia per arbitros ſopiti quidem poſſet, ad arma tamen confeſtim nulla ratione conuolatur. *Alber. Gentilis de Iure belli. c 3. R P. Contzen. lib 10. c. 5. § 3.* Cum enim bellum medium quoddam ſit ad pacem, ſed valdè graue & periculoſum, ideo nō eſt id mox inferendum, cum cauſa exiſtit, ſed pax prius alijs rationibus procuranda, nimirum pacificè petendo ab hoſtibus debitam ſatisfactionem, nec prius ad arma deueniendum, niſi nulla, quàm in armis, ſpes ſit relicta, *Bodin lib. 5. c. 5. n 571.* Et *S. Auguſtin. epiſt. 207 ad Bonifacium.* Pacem habere inquit, debet voluntas, bellum neceſſitas.

Verum huius Iniuſtitiæ cauſa ſub prætextu plerumq; ſpecioſo defendi. *Comin. lib 3. c. 1.* & quaſi minimè in ambitione, auaritia vel ira, latitatet, palliari ſolet. *Salluſt. in fragment. Tacit. 4 hiſtor. c. 74.* Tam verum eſt; *inquit Thucyd.* juſtitiam in bellis ſuſcipiendi requiri, vt ij etiam, qui bellum ambitioſè, aut auarè alijs inferunt, ac proinde in juſtum, ijdem prætextum tamen ſui cœpti juſtum, captent aliquem, nimirum ſuam vtilitatem, definientes eſſe juſtitiam. *lib. 5.*

Præcipua igitur, & vetus quidem bellandi cauſa eſt, profunda Imperij cupido & diuitiarum in magnis animis, ingeniiſque gliſcens. *Cicer. 1 Officior.* Tyrannus enim qui, *vt loquitur Iornādes de reb. Geticis,* optat mundi generale ſeruitium, & ambitum ſuum brachio metitur, ſuperbia licentiam ſatiat, juſque faſque contemnens, hoſtem ſe exhibet naturæ cunctorum.

Hinc Hannibalem armatum ad Scipionem dixiſſe feruht: optimum fuiſſe, eam patribus mentem à Dijs datam eſſe, vt vos Italiæ, nos Africæ imperio contenti eſſemus.

Et certè nullum dubium eſt, quin huius auaritiæ impulſu Romani plurima quandoque bella ſuſceperint, ſicut *Petronius* de ijs refert dum canit.

Si qua foret tellus, quæ fuluum mitteret aurum,
Hoſtis erat; fatisq; in triſtia bella paratis
Quærebantur opes.

Plura de his vide apud *Senec. epiſt. 94. Flor. lib. 4. c. 4. Valer. Max. lib. 9. c. 11. Tacit. 14 annal. c. 1. in fine.*

Tu Pericles, dic quæ te cauſa ait *Thucyd.* mouerit, vt fune-

ſtiſſi-

ſtiſſimum illud Peloponneſiacum bellum ſuſciperes. An non tua ambitio, pertinaciæ & præcellendi cupiditas? Verâ hæc, niſi fallor, cauſa fuit: Interim vt fieri ſolet, prætextus erãt, Megarenſium proſcriptio: excluſio à portubus: & Potideæ obſidio. *lib. 1.*

Ambitio Alexandri Magni.

Eodem inanis gloriæ ſtudio & cæca regnandi cupiditate Alexandrum adeo, vt nuilis finibus contentus eſſet, nulloque pacis munere oblectaretur, inſtigatum fuiſſe dicunt. Qua de cauſa Scytharum Legati ad illum miſſi hiſce verbis alloquebantur. Si Dij habitum corporis tui, auiditati animi parem eſſe voluiſſent; Orbis te non caperet, altera manu Orientem, altera Occidentem contingeres; Et hoc aſſecutus, ſcire velles, vbi tanti nominis fulgor conderetur; ſic quoque concupiſcis quod non capitur, ab Europa petis Aſiam, ex Aſia tranſis in Europam: deinde ſi humanum genus omne ſuperaueris, cũ ſyluis & nubibus, & fluminibus, feriſque ac beſtijs geſturus es bellum, quid tu ignoras arbores magnas diu creſcere, vna tamen hora extirpari? Stultus eſt, qui earum fructus exſpectat, & altitudinem non metitur, vide ne dum ad cacumen peruenire contendis, cum ipſis ramis, quos comprehendis, decidas. *Curt. lib 7. p 167. Keller. de Offic. iur. polit. lib. 2. c. 31 f m. 614. Schönborn. polit. lib. 6 c. 4.*

9\. Nefaria Machiauelli opinio.

Meritò ergò nefaria Machiauelliſtarum opinio, quod ex ſola nempè vtilitate bellorum cauſæ quærendæ ſint, reijcienda eſt. *Regemorterus ſermon. polit. fol. 105.* Et improbum illud fuit Gallorum dictum, qui cum Hetruriam inuaderent, à Romanis interrogati, ecquo jure id facerent? Ius in armis ſeſe ferre, & omnia virorum fortium eſſe, ferociter reſponderunt. *Liu. li. 5.*

Deteſtanda etiam eſt Tragici illius Poetæ Euripidis ſententia: Oportet ait, eum, qui ocio quietus eſſe nequit, quique rebus ſuis, nequaquam contentus eſt, ſed alijs injuriam adferre vult, non Ægynetas patriam fugientes, & regionem tanquam aues mutantes inuadere, quos vincere nullum operæ precium eſſet, nullaque honoſtæ laudis gloria, ſed eos perſequi, quorum victoria, opes, potentiam, imperium ac gloriam adferre poſſit: vt ſi juſtitiæ jacturam facit, eam non paruo lucro, ſed maximis quibuſdam præmijs compenſet.

Cuius injuſtitiæ ſe ipſum inſimulat, & ſe etiam teſtem inducit C. Cęſar, cum ex eodẽ Pœta tranſlatum verſum recitat: *Si violandum eſt ius, regnandi cauſa violandum eſt, aliis rebus pietatem colas.*

Hinc Barbarorum quoque eſt, non anxiè, quid jus, quid

injuria ſit, diſquirere, ſed quid vires quærant, aut patiantur, & jus ſuum omne, in armis conſiſtere arbitrari.

Quapropter hujuſmodi iniuſta vel ambitioſa bella machinantes, exoletum vetuſtate odium ſuorum, in eos, quos aggredi volunt, technis & artibus refricare & renouare, exemplo Accij Tullij, Volſcos, contra Romanos excitantis, optimè perſpectum habent. *Liuius lib. 2. Decad. 1.* Neq; curare ſolent, quod tales iniuſtæ machinationes, infelices plerumque ſucceſſus, & tragicos exitus conſequantur. Quemadmadum Reſpublica Romana Democratica, ob paucorum ſanè ambitionem euerſa eſt, non enim Craſſus, Cæſar, & Pompeius, inſatiabili fame imperandi perciti, prius quieuerunt, quam mutatum bellis ciuilibus Reipub. ſtatum vidiſſent.

Nec obſtare videtur, licet quandoq; etiam juſtiſſimos ſuperare, palmamq; victoriæ ab iiſdem reportare contigerit, ſiquidem eiuſmodi victoria minimè ſolida ac ſtabilis eſſe ſoleat: conſueuit enim Deus immortalis ijs, quos pro ſcelere vlciſci velit, ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem, quo grauius ex rerum mutatione doleant concedere. Hinc ſcitè *Xenophon*, malos inquiebat, in re bellica, malam, bonos autem bonam ſequi fortunam, proinde Lycurgi leges ſe laudare, quod non fortunæ, ſed virtuti inſeruire, nec tam victoriæ, quam recti & honeſti rationem habere videantur. *Franc. Patricius, De regis inſtitut. lib. 7. tit. 6.*

Alterum belli vitium Temeritas eſt, quæ etiam ordinariè triſtes & infelices exitus; exemplo Cambyſis temerè exercitum in Æthiopes & Ammonios ducentis, habere ſolent. *Herodot lib. 3.* Et hæc temeritas ex leui & exigua moti belli cauſa, damnis & periculis à ſuſceptione belli prouenientibus minimè correſpondente, facilè elucescit. Stultum ſiquidem eſt aureo hamo piſcari, hoc eſt maiores impenſas facere, maioraque pericula ſubire, quàm ſint ſperata, ex bello etiam feliciter confecto, commoda.

Atque hujuſmodi belli inter Carolum Burgundum & Heluetios geſti (vt ſupra dictum eſt) cauſam fuiſſe memorat. *Comin.* quod nempe Comes Romuntius mercatori cuidam Heluetio, cum per ipſius ditionem iter faceret, currum pellibus ouium onuſtum ademiſſet: ſubjungens, quod niſi Deus Carolum planè deſtituiſſet, non credibile eſſet, illum pro re tam exigua, bellum ſuſcepturum fuiſſe: præſertim cum &

Hel-

Heluetij amplas proponerent conditiones, & propter ipſorū agri tenuitatem, nulla vel vtilitas magna, vel gloria ex eo bello ſperari poſſet: nec enim tam celebre tum erat Heluetiorum nomen, nec illæ facultates, quæ hodierno die: qui primo fuerunt ad Carolum de pace miſſi Legati, & deprecatores inter alia demonſtrabant, tantam eſſe ipſorum penuriam, vt calcaria & æquorum fræna per ipſius exercitū plus deberent æſtimari, quàm omnis ea pecunia, quæ ex ipſorum agris cogi poſſet. *lib. 7. c. 1.*

Similem ſuſcepti belli temeritatem narrat *Stumpf. lib. 12.* der Schweitzer Cronick *cap 35.* quod ſcilicet Anno Chriſti 1467. Nobilis quidem Alſatus, propter octodecim denarios, wegen ſechs Plappart / bellum denuntiauerit Milhuſo Rauracorum oppido, illudq́; etiam intulerit. 14.

Plura huiuſmodi ſummæ temeritatis exempla memorat *Anton. de Gueuarra*, in der Fürſtlichen Weckuhr/ dritten Theil. *fol. m. 67.* quæ etiam huc adnotare placuit.

Als Xerxes (ſchreibt er) einſmahls vber der Malzeit ſaß / ſetzte man jhm ſchöne wolſchmeckende Feygen auß Græcia für/ darauff fieng er an/ von freyen Stuck/ vngenötigt vnd vngezwungen/ bey den vnſterblichen Göttern/ vnnd ſeinen Vorfahren zu ſchweren/ daß er fortan niemahlen wolte Feygen eſſen/ die in ſeinem Lande weren gewachſen/ ſondern zu Athen in Græcia. Vnd gleich wie er diſes hat geſchworen/ alſo hat ers im Werck vollzogen/ dann er rüſtete ſich alßbald mit aller Kriegsmacht Græciam zu bekriegen / keiner andern Vrſachen halben/ als damit er ſich daſelbſt erſättigen möchte an den Feygen. Alſo daß er diſen Krieg hat angefangen/ nicht allein als ein leichtſinniger Fürſt/ ſondern als ein geſchleckiger/ vnd laſterhafftiger Menſch. 15. Alia temerarii belli exempla.

Titus Liuius ſchreibt/ daß die Frantzoſen / nach dem ſie den Welſchen Wein koſtet/ alßbald haben zu den Waffen grieffen/ Italiam zu bekriegen/ ohne einige andere erhebliche Vrſach/ alſo/ daß die Frantzoſen an ſtatt deß Italianiſchen Weins/ hingaben jhr eigen Blut. 16.

Dem König Antigono hat einsmahls getraumet/ was geſtalt König Mithridates ein Sichel in der Handt hatte / vnd mit derſelben (inmaſſen die Bawren thun) gantz Italiam abmehete. Hierüber erſchrack er dermaſſen/ vnd fiel jhm eine ſo groſſe Forcht ein / daß er bey ſich beſchloſſen/ den König Mithridatem vmbzubringen. Alſo daß diſer vnſinnige König von eines närriſchen Traums wegen/ die gantze Welt hat in Harniſch gejagt. 17.

18. Als die Longobarder noch in Vngarn waren/ hörten ſie ſagen/ daß in Italia gar ſüſſe Früchte/ wolgeſchmackigs Fleiſch/ köſtliche Wein/ ſchöne Frawen/ gute Fiſche/ vnd eintemperiertes Wetter verhanden weren/ darauff fiengen ſie alßbald an/ nicht allein nach diſen obbemelten Dingen zu verlangen/ ſondern ſie rüſteten ſich auch mit euſſerſter Macht Italiam zu bekriegen. Alſo daß die Longobarder/ nicht ſeynt in Italiam kommen/ auff Meynung ſich zu rechen über ihre Feinde / ſondern ſich deſto beſſer zu erluſtigen in den wollüſtigen Laſtern.

19 Die Carthaginenſer vnd die Römer/ waren ein lange zeit gute Freundte/ aber alßbald ſie erfuhren/ das in Hiſpanien groſſe Bergwerck von Silber vnd Golde waren/ ſo fiengen ſie an einander zu bekriegen/ vnd zu verderben/ keiner andern Vrſachen halben/ als damit ſie frembde Gütter möchten rauben/ vnd mit Gewalt an ſich bringen. O geheime Vrtheil Gottes ? O vnerforſchliche Gütigkeit deß Allerhöchſten/ wie magſt du ſolches gedulden/ wie kanſt du ſolcher Boßheit ſo lang zuſehen ? daß nemblich der eine Fürſt keiner andern Vrſachen halben/ als was jhm deß Nachts im Bette traumet/ der ander/ vmb das er die Schätze auß Hiſpanien rauben möge/ der dritte/ damit er Feigen eſſen möge auß Græcia: das gantze Land haben erfüllet mit Fewr vnd Schwerdt. Eadem hæc exempla latino ſermone refert. *Roſæus de Inſtitut. Principis. pag. m. 311.*

Similium etiam belli cauſarum exempla memorat *Doctor Martha Neapolitanus, de iurisdictione p. 1. c. 39. n. 15.* Iuſta belli, *inquit,* cauſa fuit æſtimata raptarum mulierum, Helena rapta à Priamo Trojano, Græci ingentem compararunt claſſem, & pugnarunt cum Troianis annis decem, menſibus ſex, diebus 12. ad Troiam, & corruere ex Argiuis 886. millia, ex Troianis vſq; ad oppidum proditum ſexcenta ſeptuaginta ſex millia, vt ſcribit *Dares Phrygius in lib. de excidio Troiano.* Item bellum Lacedæmonium propter ſtupratas virgines contra Meſſanos, initiũ inteſtinorum bellorum totius Græciæ, *Oroſius in lib. 1. c. 21.* Item bellum Iantino Regi Scytharum Darius Rex Perſarum intulit, cum eius filiæ nuptias non obtinuiſſet, armatiſq; ſeptingentis millibus hominum Scythiam ingreſſus, tandem amiſſis nonaginta millibus aufugit. *Iuſtinus in lib. 2. hiſtoriæ ex Trogo.*

Item fuit motum bellum inter Moſcum Regem, & Regem Sueciæ Ioannem III. ſopitum vix anno 1582. ex eo ortum, quod cũ Moſchus graui bello preſſiſſet Polonos, bonamque Lituaniæ partem ſub ſuum imperiũ adiunxiſſet, venit ad pacis conditiones, ſi ſibi Catharina Sigiſmundi Polonorũ Regis

filia daretur in matrimonium, quæ cùm ipſum refutaſſet,& collocata fuiſſet Ioanni Duci Finlandiæ, Moſchus acerrimũ fecit bellum, quod finitum fuit Moſcho cedere coacto, quia bellũ injuſtum erat,& pollicente ſummo Pontifici, ſe contra Turcam & Tartarum Chriſtianis Principibus coniuncturum; *Ita ſcribit Ericus Faletz in panegirito de victoria Regis Gothorum, impreſſa Viennæ Auſtriæ Anno 1582. Huc vſq; Dr. Martha. fol. m. 121.*

Cæterum temerè & leuiter ſuſcepta bella, (vt ſuperius inſinuatum eſt) infeliciſſimos ſemper exitus habuiſſe, ſacræ & profanæ teſtantur hiſtoriæ. Illos Reges, qui Palæſtinam, terram promiſſionis, occupabant, cæcitate percuſſit Deus, quod pertinaciter Ioſuæ reſiſterent, & temeraria bella paci præferrent, vt omnes abſque vllâ miſericordiâ extinguerentur. 20. **Temeraria bella infelicem exitum habent.**

Ioſias Rex Iſraëlis, ab initio quidem probus, ſed cum bellum contra Regem Ægypti, pacem petentem, temerè & ex fiducia humanarum virium, quaſi nihil ob pietatem aduerſi euenire poſſet, ſuſcepiſſet, in pugna graui ictus interijt. 21.

Porus Rex, qui apud ſuos potentiſſimus habebatur, cum ab Alexandro Magno facilè ſuperatus, cur adeò temerè belli fortunam contra eum experiri voluiſſet, interrogaretur: reſpondit Porus. Neminem me fortiorem putabam, meas enim vires noueram, tuas nondum expertus, fortiorem te eſſe, belli docuit euentus. *Middendorp. quaſt 5 fol 29.* 22.

Belli injuſtitiam & temeritatem ſingulariter etiam Regibus diſſuadet *Amiratus lib. 2. de Regis inſtitut. fol. m. 960.* vbi inquit. Sed jam ad bellicam fortitudinem veniam, cuius officia latius in Regis vita patent, propterea quod bellum is ſuſcipere ac ſuſtinere totius Reipubl. nomine debeat. Fortitudinem autem bellicam juſtæ belli cauſæ faciunt, non vires, aut animus. 23. **Bellica fortitudo Principis qualis eſſe debeat.**

Nam vel injuſtiſſimi quique ſæpenumero validiſſimi ſunt: ferorum etiam animalium permulta ſunt robuſtiſſima, non tamen fortia, quod ratio, iuſtitia, delectus, conſilium, cogitatio, deliberatio, cæteraque fortitudinis propria eis deſint, quibus hæc virtus carere multò minus poteſt, quàm anima corpus, ratione ue animus hominis.

Iuſtæ autem belli cauſæ erunt, non tantum, *vt arbitratur Marc. Tullius*, ſi primum hoſtis quis judicetur, aut ſi id repetendis 24. **Iuſtę belli cauſæ.**

de rebus ſuſcipiatur: ſed ſi facta Reipub. iniuria ſit vindicanda, ſi bona vſurpata repetenda, ſi pro communi ſalute & commoditate ciuium pugnandum. Cum enim aliter ſtare Reſpubl: quam bello ſæpè geſto, nequeat: *vt eleganter in primo de legibus libro Plato ſub Cliniæ perſonâ docet:* neceſſe profectò eſt, bellum ijs de cauſis, quas dixi, ſuſcipi, ne injuriæ, contumeliæ, audaciæque hominum injuſtorum eadem pateat.

25. Opinio eorum, qui bellũ à Chriſtiano gerẽdum eſſe negant.

Et quanquam non deſint, qui bellum à Chriſtiano Principe negent gerendum, quod in hoc charitas ſumma, ſummaque patientia erga omnes eſſe debeat: vel illa ſaltem, quæ à populo Hebræorum, atq; à ſanctiſſimis Imperatoribus contra barbaros tyrannoſque bella geſta ſunt, docere poſſunt, juſte aliquando bellum & ſuſcipi, & geri poſſe: præſertim cum Deus Rempubl. nolit perire, aut deſeri, aut leges, & inſtituta populorum æternæ legi non repugnantia, mutari; id quod à doctiſſimo ſanctiſſimoque viro D. Auguſtino, vt omnia, ſubtiliter diſputatur.

26. Iniuſtæ belli cauſæ.

Itaque cum aliquando jure Chriſtianus Princeps bellum gerere, & ijs de cauſis, quas dixi, ſuſcipere poſſit, ac debeat, nunquam is cupiditatem, auaritiam, ambitionem, iramúe ſuam in eo ſuſcipiendo, ne injuſtam ejus faciat ſuſceptionem, ſequetur: quod à pleriſque principibus fieri non ſemel cernimus, dum ij vel nominis ſui gloriam amplificare, vel regnum propagare, vel æmulos ſibi principes ſubijcere, vel iram ſuam maleuolentiamq;, incommodo publico vindicare ſtudent.

27. Principẽ cum Reſp. ſeu ſtatibus ſuis ſuper bello ſuſcipiendo deliberare decet.

Quapropter non eſt vllo pacto improbanda eorum ſententia, qui ſuſcipiendi belli conſilium, & authoritatem omnium, principibus ſolis non concedant, cum aliquid etiam arbitrio ac deliberationi ipſius Reipubl. cuius cauſa bellum geritur, tribui oporteat. Nec enim æquum eſt, aut principis boni dignum officio, bella ſuorum commodorum, aut cupiditatis cauſa Republ. inuitâ, & reluctante ſuſcipere, nec illam ob cauſam dimitti, ſi Reſp. ipſa poſcat id, ac requirat.

28.

Ergo ne bellum Principes aliquando injuſtè gerant, non tantum juſtas illius cauſas ſequantur, ſed populi etiam ſubiecti ſibi, conſenſum, & authoritatem, nec vllum niſi ab eo approbatum, adminiſtrent. Quid enim à Principe diſtet tyrannus, ſi pro arbitratu ille ſuo, quacunq; de cauſa bellum indicere, cum è Repub. non ſit, & ei fortaſſe noceat permultum, refragantibus ſæpe ciuibus, gerere velit? Siquidem hoc etiam,

Platone authore tyranni eſt, & ejus, qui commoda ſua publicis anteponat.

Nam ſi tam probus, tamque publici commodi, ſtudioſus rex eſſet, vt non interdum ira, cupiditate, ambitioneue, duceretur, committerem illi profecto belli gerendi deliberationem; at cum communem aliquem Principem, quales pleriq; nunc ſunt, fingamus, adjungenda illi eſt Reipubl. quoque, ſeu ejus procerum omnium authoritas, vt ſine ipſa nihil agere poſſit; cum hac in re bono regni communi, non priuato ipſius ſit conſulendum. *Hotom.*

DISCVRSVS. V.

DE ESSENTIALIBVS BELLI REQVISITIS: vbi de Authoritate ſuperioris.

AD legitimum bellum hæc tria requiruntur. Authoritas ſuperioris, juſta cauſa, & finis. 1. Tria requiſita ad bellum legitimũ

Bella enim quantumuis juſta ex cauſa, tamen non niſi ex conſenſu, & conſilio principum, ſunt à magiſtratu ſuſcipienda, vt eos ad ea paratiores habeat. *Herodot lib. 7* Ordo ſiquidem naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas, atque conſilium, penes Principem ſit. *S. Auguſt. cont. Fauſt lib 22. c. 75.* 2. Authoritas ſuperioris.

Aut certè penes eos, qui in quaque Repub. loco Principum ſunt. Sic Romæ authoritate Patrum plebs decernebat bellũ; Vnde *Liuius lib 6.* Bella, inquit, vel non abſque populi conſenſu ſunt ab Ordinibus decernenda: vel ex ipſo populi ſcitu ſunt indicenda, quo & juſtè & maiori animo gerantur. 3.

Et ſane olim ante legem Regiam, Populus Romanus indicendi belli ius habuit *l. 24 ff de Captiu. & poſtlim. reuerſ.* vnde comitijs populi centuriatis, id eſt maximis, decernebatur. *Clapmar. de arcã. Rerumpl. lib. 1. c 20.* Nam ſi quis priuatim, ſine publico ſcitu, pacẽ bellumue feciſſet, ſecundum ſanctionem Platonis capitale erat. *lib. 12 de legib.*

Poſtquam verò lege Regia populus omnem ſuam poteſtatem Principi conceſſit, cœpit jus illud belli indicendi ſoli Imperatori competere, cui belli paciſq; arbitrium eſt relictũ, & in crimen læſæ Majeſtatis incidit, qui bellum Imperio, ſine Cæſaris licentia mouet. *l. 3 ff ad l. Iul. Maieſt.* 4.

5. Hoc autem indicendi belli jus, vt & reliqua omnia majeſtatis jura, Summo Principi ex natura Majeſtatis in ſe conſiderata competit. Sed ex pacto & conuentione, tanquam de accidenti, à jure illo ſuo ſalutem patriæ concernente recedit, poteſtatemq; hanc cum Electoribus communicat: vt hodie ex nouis Imperij conſtitut: non indicatur bellum, niſi Cæſaris & Electorum ſuffragijs. *Heig. p 1 q. 12. n. 29 Daniel Otto de jure publico. c. 21. q. 17. Becer. de bello. c. 3 n. 6. allegans Scheidan. lib. 1. Comment. f 21.*

Welches dann auch in dem newlichen Pragerischen Friedenschluß per expreſſum hiſce verbis repetirt worden/ das nemblich nach erlägter Beruhigung/ keine einige Kriegsverfaſſung/ im H. Rö: Reich/ weder vom Haupt noch Gliedern/ zuwider der Kayſerlichen Wahl Capitulation, den Reichs Abſchieden/ und Craysverfaſſungen/ fürgenommen werden ſolle. Licet enim *vt ait Elias Schræder*, ſolus Princeps de cauſa belli, num juſta aut iniuſta ſit cognoſcere, bellumq; pro libitu & arbitrio ſuſcipere poſſit; illud tamen Ordinum Regni conſilio & authoritate irrequiſita non præſumat. Cum nec Romæ arma mouere licebat, niſi cauſam Fecialium juſtam pronuntiaſſet collegium: *In Iur. bel. delin. concl. 1.*

6. Reſidet etiam hodiè hæc authoritas belli indicendi, pro vt communiter ſtatuitur, in omnibus Principibus, & populis, qui in temporalibus ſuperiorem non habent; Non autem in ijs, qui ſunt ſub Regibus immediatè, cum qui alijs ſubſunt, haud ſint capita Reipublicæ, ſed potius membra. *D. Beſold. p. m. d. c. 5 n. 3.*

7. Hunc in modum *Molina*, Ejuſmodi, *inquit*, authoritas eſt in Principe, qui ſuperiorem in ſuo principatu non recognoſcit: Eademq; ratione eſt in Republica libera, quæ ſuperiori non eſt ſubiecta, quales ſunt Venetorum, Genuenſium, & ſimiles aliæ Reſpublicæ. Alij vero Domini temporales, qui ſuperiorem recognoſcunt, & quorum dominium pars eſt alicujus integri principatus, vt Dux Brigantinus in hoc Luſitaniæ regno, Albanus in regno Caſtellæ, & alij ſimiles, nec non Ciuitates, quæ partes ſunt alicujus integræ Reipublicæ, vt Olyſippo, Toletum, & aliæ ſimiles, authoritatem non habent mouendi bellum offenſiuum abſq; ſuorum Principum voluntate. Hac in re DD. omnes conueniunt. *D. Thomas & Caietanus. 2. 2. quæſt. 40. artic. 1.* & plurimi alij, quos citat d. Molina. *De Iuſt. & Iure. to. 1. trac. 2. diſp. 100. n. 2. & ſeq.*

8. Hujuſmodi tamen authoritatem, non requiri ad bellum

defenſi-

defenſiuum, ſed ſolum ad offenſiuum, præter ſupradictos etiam optime monet Reuerendiſs: Cardinalis *Bellarm. lib. de Laicis c. 15. in princ.* Hincque aiunt, ſi in mora periculum ſit, tacitum conſenſum ſuperioris adeſſe præſumi. *Card Tuſchus lit. B. concl. 35.* nec enim alicui adimi poteſt defenſio naturalis. Defenſiuum non eget authoritate.

9. Qualiter Electores Imperii, hoſtē ex eo repellere, vel bellū gerere poſſint.

Vnde ſi Turca, vel peregrina quædam gentium colluuies, ditiones Romani Imperij deuaſtaret, & Imperatoris copia haberi non poſſet, vel eandem reprimere ceſſaret, integrum Electoribus eſſe, habere delectum, & hoſtes ê finibus Imperij repellere; tradit præter *Schönborn. d. lo. Matth. Stephani. lib. 2. de Iuriſdict. p. 1. c. 4. memb. 2. n. 54. & ſeqq.*

Aliâs etiam hoc in caſu Status Imperij ad defenſionem parati, prius id Imperatori ſignificare tenentur. Sie ſollen die Kayſ. Mayeſt: ihres Vorhabens/vnnd was ſie darzu verurſacht/in Schrifften vnverzüglich/ vnd in Vnterthänigkeit der Sachen wiſſens zu haben/verſtändigen vnd vorgewiſſen/vnnd nichts deſtoweniger/mit der vorgenommenen Gegenwehr/diſer Ordnung gemeß/fürtſchreiten. *Receß Imp. Auguſt. de anno 1555. §.* Vnd ſollen in oberzehlten.

Quin & Principes Imperij ſubditos ſuos inobedientes, contumaces, refractarios atque rebelles, armatâ inuadere poſſunt manu. *Gail. de pac. publ. c. 2. n. 70.* Nec non aliorum in auxilium ſuſcipere expeditionem, contra illorum ſubditos rebelles. *Receß. Imp. Auguſt. De anno* 1536. *§.* Deßgleichen ſoll.

Vt & contra Bannitos Imperij ad juſſum Cæſaris, wann jhnen die Execution wider vnd gegen die Aechter anbefohlen. *Receß. Imp. Ratisbon. de anno* 1567. *§.* So halten wir.

Plura de hac quæſtione, quando Germaniæ Principes propria authoritate, ſimpliciter bellum mouere queunt. *Vide apud R. P. Contzen. lib. 10. c. 4. n. 10.*

Et certè Romani ſupradictæ legis obſeruantiam adeò coluerunt, vt Cæſarem, quia aduerſus Gallos injuſſu Senatus ac populi bellum geſſit, Cato Vticenſis reum facere voluerit, cenſueritq; in ſenatu, Legiones Romanas domum reuocari, Cæſarem verò Gallis dedi oportere. *Plutarch. in Caton. min. in comparat. Craſſi.* Et valdè exaggerant hoc, Manlij Aſiæ Proconſulis accuſatores, *apud Liuium lib. 38.* Gallo-Græcis, inquit, bellum illatum non ex Senatus authoritate, non ex populi juſſu, quod quis vnquam de ſua ſententia facere auſus eſt? 10. Romani quam ſeueri hac in re fuerint.

DISCVR-

DISCVRSVS. VI.

DE IVSTIS BELLIGERANDI CAVSIS.

1. Iuſta cauſa.

QVemadmodum Superioris authoritas, ſic & juſta cauſa, (quæ à belli principio diſtinguitur) ad bellum ſuſcipiendum neceſſaria eſt: Eſt enim belli cauſa, ratio illa, quæ in deliberatione de bello ſuſcipiendo proponitur, facitq; vt bellum decernatur: principium verò belli, eſt prima in bello iam decreto actio hoſtilis, id eſt in hoſtem tentata: *Polybius lib. 3.*

2. Et certè juſtam belli cauſam præ cæteris neceſſariam eſſe, cenſuit *S. Bernhardus. De noua militia.* Si bona *inquit*, fuerit cauſa pugnantis, pugnæ exitus malus eſſe non poteſt, ſicut nec bonus judicabitur finis, ſi cauſa non bona, & intentio non recta præceſſit.

Atq; hoc Romani multis exemplis, cũ ſe alienis bellis ſine jure & legitimo titulo immiſcere nollent, comprobarunt: cũ enim Samnites (gens opibus, armiſque valida) Campanos adverſo prælio in fugam vertentes eò coëgiſſent (vt quia nulla propinquior ſpes erat) ad petendũ Romã auxiliũ, idq; Legati in ſenatum Romanũ introducti, multis verbis docuiſſent, quàm vtilis Romanorum rebus Campanæ ſocietatis foret acceſſio, quantum vrbis amplitudine, quantum agri vbertate cæteris ſuperiores eſſent; ea omnia Romanorum fore, neque vllam fore coloniam, quæ Campanos obſequio & fide erga ipſos ſuperaret: itaq; à Romanis amicitiam in perpetuum, auxilium in præſens petere.

Nihil tamen per huiuſmodi Orationem à Senatu Romano, quàm vt Legatos ad Samnites ſocios atq; amicos, præcatum mitterent, ne vis Campanis fieret, impetrare potuerunt. Ad ea Princeps legationis (ſic enim domo mandatum attulerat, *inquit Liuius*) Quandoquidem, inquit, noſtra tueri adverſus vim atque iniuriam, juſtâ vi non vultis, veſtra certè defendetis: Itaque populum Campanum, vrbemq; Capuam, agros, diuina, humanaq; omnia in veſtram, Patres Conſcripti, populiq; Romani ditionem dedimus, quidquid deinde patiemur, dedititij veſtri paſſuri. Tum in Senatu iam fides agi viſa, deditos non prodi: bellumque adverſus Samnites ſuſceptum eſt,

quod

quod ſine juſto titulo Romani à Campanis in ſe nunquam vertiſſent.

Hinc *S. Auguſtinus quæſt. 207 ad Bonifacium Comitem*; Bellum, *inquit*, debet eſſe neceſſitatis, vt liberet Deus à neceſſitate, & conſeruet in pace; non enim pax quæritur, vt bellum exerceatur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur: Igitur bellum ſuſcipiendum non eſt, niſi prius juſtum ſit, nec ne, in concilio Conſcientiæ maturè diſquiſitum fuerit. 3. Bellū debet eſſe neceſſarium.

Atque hac in re ſummè deprædicatur Rex Hiſpaniarum Philippus II. quod cum bellum in Luſitanos moliretur, jus ſuum ante omnia diſputari à Theologis & Iureconſultis ſuis fecerit, deq; eo certior factus, tunc demum copias ſuas promouerit: *teſte Coneſtagio. lib. 4 fol. 212 & lib. 5. fol. 248. & ſeqq.* 4. In concilio conſcientiæ prius diſquiratur.

Sic Carolum VIII. Galliæ Regem, priuſquam Neapolitanam expeditionem ſumeret, Præſides Parlamentorum, cū Cancellario & Principibus regiæ ſtirpis, in Concilium aduocaſſe, juſſiſſeque an aliquid juris haberet in Siciliam & Neapolim deſpicere: poſtquam verò inſpectâ illi proſapiâ & ſtirpe Regum Siciliæ & Neapolis, eorumque teſtamentis, huiuſmodi regnorum hæreditatem ad Regem pertinere ſtatuiſſent: ex eo reſponſo ſuſceptam expeditionem tradunt. *Annal. in Anno 1403.* 5.

Verum, quandoquidem prædicta juſta belli cauſa, tantopere ab omnibus melioris notæ hominibus recommendata, hodiernis temporibus apud nonnullos penitus exterminari, & ſicut ſupra de priſcis Gallis Italiam quondam deuaſtantibus inſinuatum eſt, Ius in gladio ferri videatur, operæ pretium erit, vt doctiſſimum illum Louanienſis Academiæ Publicum Eloquentiæ Profeſſorem, *D. Nicol. Vernulaeum, quid nimirum ipſe in Oratione ſua, de bello feliciter gerendo* hac ſuper re ex cancellis ſenſerit, attentius audiamus.

Non aliter geri bellum feliciter poſſe, *inquit*, quàm ſi eius juſta ſit cauſa, nec acies inſatiabilis ambitio propellat, nec arma crudelis cupiditas acuat, nec injuria in latrocinium & vaſtationem erumpat. Imperatoriam aciem non armis, ſed juſtis conſtare cauſis debere, iam olim Theodoſius Imperator aſſerebat. 6. Grauis Oratio de iuſta belli cauſa.

Adeò non bellum eſt, ſed latrocinium, vbi juſta deeſt cauſa; non triumphator eſt egregius, qui prouincias aliorum terra marique potentiſſimo exercitu nequaquam laceſſitus pre- 7.

mit,ſed prædo eſt,& publicus graſſator. Quam ob cauſam Alexandrum Magnum Poëta Lucanus prædonem, togatæ Philoſophiæ Princeps *Seneca lib. 1. de benefic.* latronem,quod quietas ſine cauſa gentes ſuis armis infeſtaret, appellarunt.

8 Sanè,quemadmodum S. Pauli Comes, Cominæo teſte, dicebat,qui in bello vincere cupit,videat vt cauſæ, belliq; à ſe ſuſcepti æquitate,ſuis à partibus Deum habeat. Non eſt ſatis numeroſo milite plurimas implere regiones, meli? paruâ manu bona cauſa triumphat. Nō eſt ſatis ad victoriarū trophæa, & triumphorū ſplendorē aſpirare;jactantis eſt ingenij, vt Auguſtus Cæſar aiebat,ob triumphalē pompæ ſuperbiam & lauream corollam ciuium,vitas ac ſecuritatem velle periclitari.

9. Multi cum bellum apparaſſent, quam cauſam haberent, in ipſo belli apparatu ceciderunt. Inquieta & inſatiabilis alios vexandi cupiditas,ſuo ſanguine ferè ſemper extinguitur. Impunè Principum populorumq́ue pacem turbare non licet, fatumq; ſibi accerſit,qui in aliorum fata ſolo furore ruit.

10. Maximū ſcelus iniuſtum bellū inferre. Audeo dicere,nullum grauius ſcelus eſſe,nullū deteſtabilius in orbe malum, quam bellum injuſta cauſa mouere,& in aliorum perniciem armatâ tantum manu graſſari. Etenim ſi homicidia,ſi furta,ſi incendia,ſi adulteria, diuinarū humanarumq; legum authoritate damnantur,quanti criminis obſecro, reus ille judicandus eſt,qui non vnum aliquem, ſed tot hominum myriades injuſto bello trucidat? quanto flagitio ſe contaminat,qui non domum vnam,ſed regiones integras deuaſtat,incēdit,libidini,auaritiæ,crudelitatiq; peruias facit? qui in agros ſolitudinem,in vrbes lanienam,in templa Diuorum furorem & impietatem inducit? qui ſanctiſſimum juſtitiæ tribunal armis opprimit,qui juſtos bonorum ſuorum Dominos de poſſeſſione viderurbat,qui matronarum virginumúe pudicitiā inſanâ militum libidine expugnat,qui religioſum Diuinæ Maieſtatis cultum,impiò & ſacrilegò auſu ſubvertit?

11. Hæc bellorum grauiſſima ſunt mala, quorum omnium diuina vindicta reum illum citat,qui aut nullâ ,aut injuſtâ cauſa in arma prouolat, & innocentibus,quietiſq́ue populis bellum infert. Ab eius anima tot miſerorum hominum animæ, quas crudeliſſimo ferro ſæuiſſimæ militum manus expulerunt,repetentur,ei tot immania graſſantium cruentis enſibus legionum ſcelera imputabuntur.

12. Conquerebatur nō immeritò olim ſapientiſſim? *Seneca Epiſt. 96.*

hoc modo. Homicidia compeſcimus, & ſingulas cædes? quid
bella & occiſarum gentium glorioſum ſcelus? Non auaritia,
non crudelitas modum nouit. Ex Senatusconſultis, plebiſq;-
ſcitis ſæua exercentur, & publicè jubentur vetita priuatim.
Hæc inſania quædam eſt ruentium in peius ſæculorum, qua-
ſi verò, quod leges damnant, id arma excuſent, quod ſcelus in
Republica eſt, in bello & caſtris ſit virtus.

Numerate, ſi placet, eos inter Annalium memorias, qui in- 13.
juſta, nullaq; de cauſa bella ſuſceperunt; nullis ea, aut certè per Iniuſta
paucis inulta fuerũt. Illuſtria in hiſtoriis nomina ſunt, & quæ- bella mo-
dam priſci æui Numina, Nicaſtor, Antiochus, Hannibal, Pir- uentes à
rh', Xerxes, Cræſus, Iugurtha, Craſſus, Mithridates, & alij ſex- Deo ſem-
centi, qui quia injuſto bello ſatisfacere ſuæ ambitioni volue- per pu-
runt, funeſto exitu gloriã obſcurarunt, & vitã terminauerunt. niti ſunt.
Quæſiuerunt illi hoſtes, ſed victores inuenerunt; ad gloriã &
immortalitatem adſpirarunt, ſed in mortem infelici temerita-
te corruerunt.

Nolo iam noſtrorũ temporum luctum renouare; penè ad- 14
huc Germania, Bohemiaq; ſanguine redundãt, albent adhuc
oſſibus Hungaria, Italiaq;, plures aliæ regiones nondũ puras
& ſine ſanguine fluuiorum ſuorum aquas aſpiciunt; interim
bellorum iſtorum authores non ſine ferro ceciderunt: iſtæ tot
certaminum tam injuſtorum faces, aut non ſine veneno ſuo
ſunt extinctæ, aut terra obrutæ jacuerunt. Nimirum fauere
Deus impiis non poteſt, nec iſtos inauſpicatos bellorũ cona-
tus glorioſa victoria coronare: imò ipſa rerũ natura, ſi iniqu-
ũm eſt ferrum, refugit, & quodamodò ſe ſe ſubducit. Nec eſ-
ſet Deus, & ſine Numine tota huius vniuerſi volueretur ma-
china, ſi impunè ſtare poſſet hominũ injuſtorum improbitas.

Non inficias eo, nonnullis aliquando ſub initium felicitatẽ 15.
arridere, dum aut nova regna quærunt, aut perfidia in ſuos Re- Quamuis
ges aſſurgunt, ſed pœnas dabunt ambitionis, luctuoſo exitu tales ab
temeritatẽ ſignabunt, ſuis & alienis excident, aut fortaſſis jam initio ali-
exciderunt. Veriſſimè magni animi Heros Coriolanus Ro- quando
manos ſuos monebat, id primum & ante omnia curarent, vt felicem
piam & juſtam belli cauſam acciperent. *Halicarn. lib. 8.* Nã quem- progreſ-
admodum diſertiſſimus Græcorum Demoſthenes ait, ſicut ſum ha-
in domibus & navigiis, rebuſq; ſimilibus, quæ ſubſternuntur, buerint.
firmiſſima eſſe, ita in actionibus cauſas ac fundamenta opor-
tet juſto ac vero congruere.

16. Nec aliter loqui Latinorum Princeps Oratorum *Marcus Tullius* potuit, qui injuſta illa eſſe bella declarauit, quæ ſunt ſine cauſa ſuſcepta. *lib.3 de Repub.* Id cum non ignorarent Priſci Romani, in quibus ſincera adhuc & innoxia paſtoriæ ſectæ integritas hærebat, juſta ſemper & pia cum exteris gentibus bella ſuſceperunt. Vndè cùm Rhodiorum Legati pro ſuo populo in Romana Curia perorarent, illis ſine inuidia hanc gloriam libenter tribuerunt. Certè quidem vos eſtis Romani, inquiebãt, qui ideo felicia eſſe bella veſtrà, quia juſta ſunt, præ vobis fertis, nec tam exitu eorum, quod vincatis, quàm principijs, quod non ſine cauſa ſuſcipiatis, gloriamini. *Liuius lib. 45.*

17. *Iuſtitia cauſæ erigit milites.* Profectò non tanta aliquando eſſet prouentium in arma militum alacritas, niſi animos cauſæ bonitas, & neceſſitas adderet: Quippè

Frangit & attollit vires in milite cauſa,

Quæ niſi juſta ſubeſt, excutit arma furor.

Hac freti Principes non hoſtes, ſed ſuorum animos numerant, & audent pro ſui regni incolumitate vitã ponere, quod glorioſius ſit media inter hoſtium arma ſanguinem fundere, morique, quam ignauam & precariam vitam ducere. Hac animati milites infra virtutem ſuam pericula omnia reputant, dumque bona conſcientia ſe ſe arma induere, & gladios ſtringere ſciunt, non dubitant humanum ſanguinem effundere, quo ferrum ſine cauſa purpurare eſt nefas: Et quis neſcit hac cauſæ juſtitiam miraculoſas à Deo victorias obtinere, veriſſimeque dictum,

Non vi aut numeris, tandem bona cauſa triumphat?

18. Hæc eſt illa cauſæ juſtitia, quæ Gedeonem trecentis tantum militibus ſtipatum, cæſis centum & viginti Madianitarum millibus victorem effecit. Hæc eſt quæ Betulienſibus fugato Aſſyriorum exercitu, & Holoferne fœminea manu obtruncato triumphum attulit. Hæc eſt quæ Theodoſium parua & imbelli manu aduerſus Eugenium & Maximum pugnantem glorioſiſſima lauro coronauit. Iuſta cauſa contra innumerabiles Vandalorum copias Beliſarius arma ſtrinxit & vicit. Gothorum immanem exercitum aggreſſus eſt paruis copijs Narſes & profligauit. Terribilem Ruſſorum aciẽ longè impar inuaſit Ladiſlaus & proſtrauit; In Coſtroem nimia elatum multitudine paruum exercitum Heraclius eduxit, &

triumphi

triumphi inſignia reportauit: in Mauros penè innumeros Pelagius, Ramirus, Ferdinandus vix exiguis inſtructi copijs mouerunt, & in ſe victores omnium oculos, applauſuſque conuerterunt.

Finis non ſit, ſi cuncta perſequar, finio tamen & ita ſentiò nunquam arma Principibus induenda eſſe, niſi juſta ſit armorum cauſa, hæc ſi adſit, fauebit Numen diuinum, benè homines apprecabuntur, erecti militum animi erunt, promptæque manus fauſtè feliciterq; ſingulæ contra hoſtem dimicationes euenient, dabit victoriam exercituum Deus, victores juſti lætique trimphabunt. *Hac vſq, vir ille eloquentiſſimus.* 19

Eſt itaque juſta belli ſuſcipiendi cauſa, Defenſio: Hoc enim & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, vt omnem ſemper vim, quacunq; ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent. *Cicero pro Milone.* Hoc modo juſtum bellum eſſe, *ait Iſidor:* quod ex edicto geritur de rebus repeteundis, aut propulſandorum hominum cauſa. *lib. 18 c. 1.* Et *S. Ambroſius lib. 1. Offic. c. 27.* fortitudo, quę bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena juſtitia eſt. *Ariſt. in Rhetor.* Bellum in eos ſuſcipiendum affirmat, qui Rempub. aut ejus, ſiuè ſocios, ſiuè amicos violare moliuntur. Hæc cauſa juſtiſſima eſt, quia vim vi repellere omni jure licet, inſeuit hoc natura, & arma dedit homini, reliquiſue animantibus, vt ſua omnia, adeoque corpus ipſum tuerentur, ac inimicos ſuos, tum à ſe, tum à ſuis propulſare diſcerent. *Liuius.* Iure gentium comparatum, ait, vt arma armis propulſentur: & ſicut iniuſtè facit, qui prior vim infert, ita qui vim illatam non propulſat; & veterem ferendo injuriam, inuitat nouam. *Caſman c. 36.* 20. Defenſio eſt iuſta cauſa belli. 21.

Eſt autem defenſio duplex: Tua, cum vim à te, tuiſque propulſas, & patriam ac ſubditos armis protegis. *Salluſt. in Catil.* & Aliena, cum vel à ſocijs, vel ab inique oppreſſis, vim auertimus. Ijs enim vt opem feramus, quibus cum ſocietas nobis, & auxilij pacta intercedunt, fides nos impellit, quæ tantò magis eſt præſtanda ſocijs, cum vel hoſtibus eam ſeruari jus gentium flagitet. *S. Ambroſius, & Cicero ſupradict. locis, & Ariſt. Rhet. ad Alexan.* oportet iniuriam paſſos, *inquit*, pro ſe ipſis arma capere, ſiuè pro cognatis & beneficijs, itemque ſocijs iniuria affectis auxiliari. 22. Defenſio eſt propria & aliena.

Oppreſſos deindè, ſi grauior aliqua vis, aut extrema Tyran- 23.

nis vrget, videtur te cogere comune ſocietatis humanæ vinculũ, vt auxiliũ præſtes: qui enim non defendit, *ait Cicero de Offic.* nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut patriam, aut ſocios deſerat. Ita Tamerlanes liberandæ Græciæ ergò, bellum in Turcas movit, & Conſtantinopolitanum Imperatorem, ſe ſuaque ipſius fidei ac Imperio vltrò ſubijcientem, liberum pronuntiauit. *Perondin, in vita Tamerlan. c. 12.* Sic *Bald. in l. 1. C de ſeruis fugit.* culpa eſt, *inquit,* defenſionem alterius omittere, ſui dolus. *Waremund. de fœder lib. c 2 n. 2 40. & ſeqq.*

24. Modo defenſio maneat in ſuis terminis. Sed vt *Sirturus in ſuo Compendio ad Iuſtum Lipſium ait,* legitima quidem hæc eſt defenſio, ſi in eâ maneas: Secus, ſi ſub hoc prætextu, (vt nonnulli faciunt) aliena apprehendas: quemadmodũ Romanos feciſſe, ingenuè fatetur Romani eloquij flos. *lib. 3 de Repub.* Noſter populus, ſocijs defendendis, terrarum jam omnium potitus eſt. Sic Athenienſes etiam ſub ſpecie ferendi Siculis quibuſdam auxilij, Siciliæ totius imperium tentârunt.

25. Vindicatio iniuriæ iuſta eſt cauſa belli. Altera legitimi belli cauſa eſt, Vindicatio, cum Magiſtratus ſuperior injuriam illatam, vel bona ab Imperio alienata, poſtquam ſcilicet diſceptatio vel repetitio ablati locum non habet, armis ritè vindicat. *D. Carpzou. de lege Reg Germ. c. 4. ſect. 3.* Iuſtum enin, *inquit Liuius lib 1.* eſt bellum, quod propter res nobis ereptas, repetitas, & non reſtitutas ſuſcipitur: quale etiam Romani contra Albanos ſuſceperunt. *Althuſ. cap. 35.* Hinc è contrario apertiſſime videtur eidem, qui & res repetitas reſtituit, & authores belli, vnà cum ipſorum bonis dedit, ac de damno in bello dato cauet, injuſtiſſimum bellum inferri. *Liuius lib. 9.*

26. Iniuria Deo hominibus, aut Reip. it. Supradicta verò armis vindicanda iniuria, vel Deo, hominibus, aut Reipubicæ fieri potuit: vt ſi Tyrannus ſacra Dei violet, veram Chriſti religionem funditus euertere conetur. Tunc enim ſupremo Magiſtratui, cui ſcilicet primę Tabulæ Decalogi cura & cuſtodia commiſſa eſt, incumbit gladio vti, etiam vt Deo, qui ipſum gladio accinxit, inſeruiat; inſeruiet autem in Eccleſia aduerſus impios tuenda; & in peculio Chriſti aduerſus prædones conſeruando.

27. Bellum contra hoſtes Eccleſiæ iuſtum eſt. Hinc *Dambauder. in practic. rerum criminal. cap. 82. num. 21.* Bellum, *ait,* quod Summus Pontifex vel Imperator ſuſcipit pro defenſione fidei Catholicæ, ad arcendos, & fugandos Turcas, Saracenos, & ſimiles fidei noſtræ inimicos, juſtum bellum vocari. *Bocer. de bello c 4 n, 10. & 13.* Sic *Frid. Scheuck in Tit. 28 l. 2. feud.* licitum eſt *inquit,* Chriſtianis aduerſus Barbaros, & à fide Or-

thodoxa

thodoxa alienos bella mouere, qui mancipatas quondam veræ pietatis ditiones, hoſtiliter occuparunt, & in ſanctã Domini hæreditatem violenter irruperunt, vt ſcilicet recuperatio fiat poſſeſſionis, qua Chriſtianiſmus ab impijs prædonibus fuit ſpoliatus.

Et *Gail. lib. 1. de pace publ. c. 4. n. 40* Bellum omnium maximè inquit, quod geritur contra infideles Turcas, perpetuos Chriſtianæ fidei hoſtes, juſtum & licitum eſt. 28.

Atq; hanc ſententiam confirmant exempla Macchabæi, qui bellum maluit ſuſcipere, quàm diuinam legem abolere. *1. Macchab. c. 2.* & Conſtantini Magni, qui grauiſſimum bellum contra Licinium pro Chriſtiana religione defendenda, ſuſcepit. *Euſeb. hiſt. Eccleſ. 9.* vide *Ægidij Albertini,* ſingularem hac de re tractatum, der Kriegsleuth Weckuhr inſcriptum, vbi fusè de bello contra Turcas ſumendo tractat. An verò propter ſolam infidelitatem, & propagandam Religionem Chriſtianam, contra quietos Ethnicos & Paganos aſſumere arma, liceat, Vide *Dec. in c. que in Eccleſiarum. n. 110. Ext: De Conſuetud. Couarr. in c. peccatum. ſecund. part. relect. §. 10. n. 1. & 2. De Reg. Iur. in 6. Warem. ab Erenberg. de fœder. lib. 2. c. 1. n. 77. Cuiac. 7. obſ. 30.*

29. Priuatæ iniuriæ cauſa nõ eſt toti populo bellum indicendum

Cæterum propter priuatam injuriam, aut damnum etiam Principis, aut alterius, non eſt vniuerſæ cuidam genti, aut Prouinciæ bellum inferendum, vt arguit *Receſſus deputationis Wormatienſis de Anno 1564. §. Dann erſtlich begebe ſich, &c.*

30. Qualiter Reipublicæ iniuria inferatur.

Reipublicæ verò iniuria infertur, ſi eam Tyrannus vel peregrinus popul⁹ occupauerit, aut res ipſius per vim abſtulerit. *Lipſius lib. 5 c. 4.* quas vt ſupra dictum eſt, omnibus modis defendere, armiſque repetere licet. Illud tamen obſeruandum eſſe, admonet, *Molina d. diſp. 100. n. 5.* quando nempè non Reſpubl. ipſa, ſed aliqui de Republica, damnum aut injuriam alteri Reipublicæ intulerunt, Rempulicam quæ in ſe aut in ſuis damnũ aut injuriam eſt paſſa, non poſſe prius inferre bellum, vindictamq; ſumere de malefactoribus illis, quam admoneat Rempublicam, quorum ſunt ſubditi, vt eos puniat, cogatque reſarcire integrè damna illata. Vt enim *Gabriel 4. diſt. 15. queſt. 4. art. 2.* & alij rectè adnotarunt, actor ſequitur forum rei, eaque de cauſa Princeps Reipulicæ læſæ, non aliter ſubit rationem judicis, comparatione illorum malefactorum, quam in defectum judicis proprij ipſorum, qui eos puniat, & cogat reſarcire damna. Quod ſi Reſpublica, quorum ſunt ſubditi, admonita præ-

ſtare non voluerit, quod tenetur: tunc non ſolum adverſus malefactores ipſos, ſed etiam aduerſus Rempubl. fas erit movere bellum: eo quod in culpa ſit, non puniendos ſuos ſubditos, & non cogendo illos reſarcire damna, ſicut ex officio obligatur. Vnde *S. Auguſt. lib. 6 quæſtionum. quæſt 10.* & refertur *in c. Dominus 23. quæſt. 2.* Iuſta, *inquit*, bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur injurias, ſi qua gens vel ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum, vel reddere quod per injurias ablatum eſt.

31. **Denegatio tranſitus eſt iuſta belligerendi cauſa**

Eſt præterea iuſta belligerendi cauſa, ſi peregrinus populus per ſuam Provinciam populo Romano de maleficio caventi, tranſitum deneget. *Bart. in l. Chriſtianus. n. 4 C de Paganis. Couarr. in c peccatum. De Reg Iuris in 6.* Exempla ſunt in Sacra Hiſtoria. *Num. c. 21. & Iudic. c. 11.* vbi ſcriptum legimus, filios Iſraël pugnaſſe contra Sehom & Og, Reges Amorrhæorum, propterea quod illis permittere noluerint tranſitum innoxium in terram ſibi à Deo promiſſam.

32. **Si quis commodis ſuis vti prohibeatur.**

Aut etiam ſi abſq; cauſa noſtris commodis vg. agro, mari, commercijs, portubus, &c. prohibeamur. Hoc enim bellum jus naturæ excuſat: cum teſte *Triſmegiſto de nat. Deor.* In portubus, navigationibus, communicationibus, commoditatibus, alternæ humanitatis nexus ſit fortiſſimus. Et *Senec. lib. 3. nat. quæſt. c, 18.* Deus *inquit*, omnibus inter ſe populis per ventum commercium dedit, & gentes diſſipatas locis miſcuit, ingens beneficium, ſi illud in injuriam ſuam non vertat hominum furor.

33. **Vbi ſubditi rebellarent.**

Eſt quoq; juſta cauſa, vbi ſubditi adverſus Principem vel Magiſtratum ſuum inſurgunt, nec ei obedire velint: Tunc enim talis Princeps vel Magiſtratus, licitè in eos bellum inſtruere poteſt *Couarr. d. lo.* Sic David Rex bellum mouit adverſus Abſalonem, nec non aduerſus Saba, filium Bochri, propterea quod populum ſollicitauerit, vt à Davide Rege ad ipſum deficeret. *2 Regum. c 20.* Vnde *S. Auguſt. lib 22 contra Fauſt. c. 74 ſcribit;* Aduerſus violentias reſiſtentium, ſiuè Deo, ſiuè aliquo legitimo Imperio jubenti, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, vbi eos vel jubere aliquid tale, vel in talibus obedire juſtè, ipſe ordo conſtringit.

34. **Vbi contra contumacem in Iudicio**

Iuſtam ſimiliter inferendi belli cauſam etiam cenſet *Bocer. d. lo. n 17.* Si quis Princeps vel alius Dominus, aut Ciuitas Imperialis, in Orbe Romano judiciorum vigorem ſæpius antea ten-

tatum

tatum contumaciter ſpreuerit, vt ita contra ipſum manu militari executionem fieri, & iuſtitiam defendi neceſſe ſit: Veluti ſi inter duos Principes contentio ſit de caſtro quodam, & vnus Princeps poſſeſſor caſtri, ab alio Principe petitore caſtri, in judicium rite vocatus, contumaciter nunquam compareat; & proinde contra eum in contumaciam judicialiter procedatur: vel ſi compareat quidem, verum ſententiæ contra ſe latæ ſatisfacere nolit, ſed judicij vigorem ita ſpernat, tunc vel à Principe qui obtinuit in judicio, accedente authoritate Superioris, vel ab alio, cui à Iudice executio demandata eſt, juſtè bello tentari, & manu militari è poſſeſſione illius caſtri jure expelli poteſt, *l. qui reſtituere. 68.* Ibi: manu militari ab eo poſſeſſio transfertur. *ff. de rei vindic.* Ita etiam *Frid. Schenck. in d. c. vnic. in princ. Tit. hic finitur lex, in vſibus feudor.* Si aduerſarius ait, vel ob contumaciam vel tyrannidem, juri parêre contemnat, nec alioqui judiciorum vigore in ordinem redigi queat, quod jam actionibus prætermiſſis, ad armorum præſidia rectè confugietur, modo tamen Principis ſupremi authoritate hoc fiat. *vt ſupra dictum eſt.* 35.

militari manu procedere neceſſe eſſet.

Verum vbi inter aliquos Principes abſolutos, circa rem aliquam controuerſia exiſtat, quo pacto res illa, antequam ad arma veniatur, pertractanda ſit, doctiſſimè deducit. *Molina de Iuſt. & Iure, to. 1. tract. 2. diſput. 103. per tot.* ad quem D. Lectorem breuitatis cauſa remitto.

36. Species denique, juſti belli eſt, Conceſſio repræſaliarum, quæ de jure communi in cauſa denegatæ juſtitiæ, ne ea ſcilicet pereat, concedi poſſunt. *text. in c. Dominus noſter. 23. q. 2. Martin. Laudenſ. in tract. repræſaliar. n. 2.* Vide *Gail. lib. 1. obſer. 28. in fine.*

Conceſſio repræſaliarum iuſta belli cauſa eſt.

Plures juſti belli cauſas, quando ſcilicet contra eum, à quo pactum aut fœdus nobis violatum, hoſti noſtro auxilium præſtitum, vel id quod juris gentium dicitur, denegatum eſt, &c. aut etiam quando contra Idololatras, infideles, aut barbaricas nationes, bellum juſtè præparari poſſit: fuſè refert. *Molina d. tract. 2. diſp. 104. & ſeq.*

DISCVRSVS. VII.

DE OCCVLTIS BELLI CAVSIS.

1. Occultæ belli cauſæ ſunt variæ.

SVnt tamen nonnullæ occultæ belli cauſæ, (ſecundum ſupra memorata) quas Pſeudopolitici ex peruerſa *Machiauelli* doctrina, *c 16. de Principe.* Magnatibus perſuadere, eaſque ſub aliâ ſpecie, & iuſto quidem titulo, colorare conſueuerunt, vt ipſi auxilij & operæ ſuæ prætextu ditentur, exemplo eorum, qui anguillas venantur; Nam ſi ſtagnum conſtiterit, nihil capiunt, at ſi cœnum ſurſum, deorſumq; vertant, tunc in aqua turbida piſcantur, ſic & iſti lucrantur, vbi ciuitatem vel Rempubl. turbauerint.

2. Prima, le droict de bienſeance.

Talis eſt *le droict de bienſeance*, vt iure nobis deberi putemus ea, quæ Imperio noſtro, ratione ſitus, vel aliter commoda eſſent. Hocq; jus, *au Girard.* rarò quidem apertè Principes vrgere, ſed tamen nunquam ipſis alios prætextus deeſſe. *lib. 1. fol. 59.*

3. Philippo olim cum Græcis pugnaturo, Diogenes in eius caſtra peruenit: perductus igitur ad Philippum, ac rogatus, num ſpeculator eſſet? Stultitiæ, inquit Diogenes, vanitatiſq; tuæ verus ſum ſpeculator, qui cogente nullo, de vita & de regno, velut ad caſum aleæ, periclitaturus venis. Vtinam & hodie audirent Diogenem nonnulli terrarum Principes, qui ſæpenumerò nulla cogente neceſſitate, proprijs ſtimulati affectibus, bella cruentiſſima & pluſquam ciuilia, in magnam ſuorum perniciem ſuſcipere non verentur.

4. Et huc conueniunt, quæ ſupra de Eteoclis dicto, à Cæſare ſæpius repetito, allata ſunt, nempè ſi violandum eſt iuſiurandum, regni cauſa violandum erit, in cæteris pietatē colas. *Plutarch. in Cæſare.* Siquidem apud magnos ſæpè viros euenit, vt nihil tam ſanctum, quod non violatum fuerit, quando vtilitas demonſtrabatur. *Papir. Maſſon lib. 2. Annal. Franc.* latiſſimè enim patet in animis ambitioſorum hominum illud adagium, malitiæ occaſione duntaxat opus eſſe. *Eraſm. in adagiis.* Cùm tamen nemini obſcurum ſit, vitæ vel dignitatis rationem nō in magnitudine, ſed magnitudinem in bonitate ſitam eſſe.

Hicq́; commendatur inſtitutum Sereniſs Alberti III. Ducis Bauariæ, pijſſimæ recordationis, qui à Bohemis vocatus, vt rex ipſorũ eſſet, id à ſe impetrari paſſus non eſt, ſceptro & regno præponens modeſtiam & quietem; quod exemplũ dum allegat *Lipſius in præfat. lib. polit.* exclamat: adeſte ambitioſi, videte hic, qui regnum oblatum alta ſapientia ſpernit & reijcit, quod vos per preces, fraudes, enſes, impetratum itis aut ereptum. *D. Lindenſpir de arcan. c. 6. fol. 165.* 5. Modeſtia Alberti III. Ducis Bauariæ.

Huic cauſæ ſimilis eſt amplificatio & dilatatio regni ſui; nã cum immenſa ſit mortalium atq; profunda cupiditas dominandi, nemo vel maximo Imperio contentus eſt, & hodie regno occupato, cras inhiat alijs, idq́ue vt aiunt, jure regni atq; poteſtatis ſuæ. Tu verò mihi jus appelles, in quo ne vmbra quidem eſt juſtitiæ; ac tamen alijs ſuperiores ſe eſſe rentur. De quibus *Seneca in Hercul. Act. 2.* 6. Secunda, eſt Amplificatio regni ſui.

Jus eſt in armis, opprimit leges timor.

Quale eſt illud Tiriadis, id in ſummâ fortunâ æquius, quod validius; & ſua retinere, priuatæ domus, de alienis certare, regiam laudem eſſe. Vnde verſutiſſimus ille *Machiauellus De Principe. c. 3.* Cum natura inquit, regnandi cupiditate nunquam ſatiatur, nulli vitio, ſed potius laudi dandum eſt, quouis modo, ſiuè per pellem Leoninam, ſiuè Vulpinã ditiones amplificare. In eo ſaltem vitium eſſe, ſi quis ea affectat, quæ conſequi ſuis viribus non poſſit.

Et hoc quidem Corinthij olim Lacedæmoniis, cæteriſq́ue ſuis confœderatis opem tardius contra Athenienſes adferentibus, obijcêre: Si qui verò, inquiunt, alij deſerti, nos maximè digni ſumus, qui vos repræhendamus, qui maximis de rebus periclitamur, quas non ſentire videmini, nec conſideratis quales ſint Athenienſes & quantum à vobis differant. Semper illi aliquid noui moliuntur, & ſunt ad excogitandum & perficiendum decreta celeres; At vos contenti eſtis retinere, quæ poſſidetis, nec noua excogitatis, ac factis ipſis ne neceſſaria quidem ſuſcipitis. Illi verò ſupra vires audaces ſunt, & pericula præter opinionem hominum ſuſcipiunt, & in difficultatibus ſpem non abijciunt; Vos autem minora viribus tentatis, & conſilijs etiam tutis diffiditis, & metuitis nullum fore finem malorum. 7. Athenienſes ambitioſi.

Præterea illi impigri, vos cunctatores, illi peregrinantes, vos domi deſides. Exiſtimant enim ſe peregrè militando aliquid acquiſituros eſſe, vos verò motis rebus metuitis vos præſentia amiſſuros eſſe. Illi victores longius progrediuntur, victi nō prorſus frangūtur animis, præterea in militia peregrinis vtuntur, ſed ciuium auxilio res gubernantur. Iacturam domeſticam eſſe cenſent, non perficere ea, quæ inſtituerunt, quæ verò obtinent, parua eſſe cogitant, præ illis, quæ præter ea moliuntur, ſi quando autem tentata re aliqua ſpe fruſtrantur, noua ſpe jacturam ſartiunt. Soli enim ſimul & habent & ſperant ea quæ moliuntur, propterea quod decreta celeriter agant, ac labores & pericula aſſiduè perferant, quam minimū partis fruentes, quia ſubinde acquirunt noua. Nec feſtos dies aliud eſſe cenſent, quā agere neceſſaria. Ignaua quies non minus eis moleſta eſt, quam laborioſa occupatio. Denique tales ſunt vt breuiter dicam, vt nec ipſi quieſcere poſſint, nec alios quieſcere ſinant. *Thucyd. lib. 1 fol. 70*

8. Romani etiam inceperunt occultas belli cauſas quærere.

Romani profectò, & inprimis ſtante Republica, vix vlli bellum intulerunt, niſi laceſſiti injurijs, vel ipſi, vel ipſorum ſocij atque confœderati: De Cypro tamen occupata militariter, hoc eſt, ingenuè, vt ſemper Ammian. Marcellinus: Nec inquit, piget dicere, auidè magis hanc inſulam populum Romanum inuaſiſſe, quam juſtè. Ptolomæo enim Rege confœderato nobis & ſocio, ob ærrarij noſtri anguſtias, juſſo ſine vlla cauſa præſcribi: ideoque hauſto veneno, voluntaria morte deleto & tributaria facta eſt, & velut exules eius exuuiæ claſſi impoſitæ in vrbem aduectæ ſunt per Catonem.

Nec malè ad Crœſum iam contra Perſas bellum parantē Sandanis Lydus *apud Herodotum lib. 1 fol. 14.* Adverſus tales viros expeditionem paras ô Rex, inquit, qui coriacea ſubligacula, qui e corio reliquam veſtem ferunt, qui non quibus volunt cibis veſcuntur, ſed quos habent, vtpotè regionem aſperam incolentes: adhæc potu non vini vtuntur, ſed aquæ; non ficos ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes. Quibus cum nihil ſit, quod eripies, ſi viceris, ſin victus fueris, animaduerte, quæ bona amittes. Cui conſilio ſi obtemperaſſet Crœſus, jam in Cyri manus nunquam perueniſſet, neque miſerrima illâ exclamatione in rogo, ô Solon, ô Solon, indiguiſſet. *vt eſt apud eund. Herod. d. lo.* Parem fortunam expertus eſt olim Rex Rutenorum, quem cum Princeps Tartarorum captum, non

neceſſaria bella moventem interfeciſſet, ex ipſius caluariâ poculum inauratum fieri jubens, hæc verba inſcripſit: Hic appetendo aliena, amiſit propria. Verum de huius cauſæ injuſtitiâ vide *Molin. d. diſput. 105. n. 7 D Fauſt. in conſ. pro ærario. claſ. 7 ord 597.*

9.

Et hæc Machiauellicis illis ſectatoribus nota ſunt, qui belli cauſas quærunt, nec inueniunt, adeoque ſpecioſas prophaſes ementiuntur; ſicut & illi, qui alios inter ſe committunt, quos tandem mutuis bellis exſuctos deuorent. Quam artem calluiſſe Tacitus de Druſo 2. annal. refert, Druſus ait non leue decus quæſiuit, illiciens Germanos ad diſcordias, vtque fracto Marobo, duo vſque in exitium inſiſteretur. Vide *Clapmar. de arcan. reipubl. lib. 5. c. 11. fol m. 183.*

10. Tertia, controuerſias de regno nõ iudicio, ſed armis dirimi.

Alia item cauſa eſt, quod controuerſiæ de regno, non diſputationibus, aut judicio, ſed gladijs, & armis decernantur. *Materie de Royaume, ne ſe doit inger par diſpute, mais par guerre.* Regna ſententijs Doctorum, nec dantur, nec adimuntur. *Coneſtag. lib 3. de Portug. coniunct fol. 148.*

11. Quarta, ius maioritatis.

Similis cauſa ex jure majoritatis proferri ſolet; ſicut apud Germanos proverbij loco vſurpatur, **Der Stärckeſt ſchiebet den ſchwächeren in Sack.** Nec verò id primum adeò ortum eſt à nobis, *inquit Thucyd. in Orat. Athenienſ. contra Lacedæm.* ſed ita ſemper comparatum fuit, vt potentior imbecilliorem coërceat. Et antiquum habet Emblema: *Minor eſca maioris.* Hinc Brennus interrogantibus Romanorum Legatis, quo pacto Cluſium Hetruriæ vrbẽ obſideret? Iure, inquit, naturali hoc facio, quo is, qui minus fortis ſit, potentiori cedere jubeatur. *Plutarch. in Camillo fol. 259.* Et *Ariſtides in Orat. quam ad Rhodios habuit.* Lex, *ait*, eſt naturæ, à potentioribus planè clarior facta, vt majoribus minores pareant. *Alc lib 2. Paradox. c. 21.* Contrariam tamen ſententiam tenuit *Iſocrates*, ſcilicet quod non juſtum ſit, vt potentiores imbecillioribus dominentur. *in Orat pro pace.*

12. Quinta, prouidẽtia diuina

Nonnulli etiam belli jus in prouidentia diuina, & ſubliniori aliqua poteſtate ponunt. Qua ratione Venetos occupatione Cypri coloraſſe, & in ſolo detentionis jure ſe ſe contra Sabaudos hæredes legitimos fundauiſſe memorat. *Vanderburgius in hiſtor. Sabaud. fol 248 vbi ita ſcribit.* Sabaudiæ Duces legatione Regnum hoc, etſi à Republ. Venetâ tradi, reſtituique non vna vice poſtularint, irriti tamen ſemper legationis domum reuerſi, qui in eam rem miſſi fuêre, nec aliud vllum vnquam retulerunt reſponſum; quàm Cœlum cœli Domino, terram autem

dedit filijs hominum. Dicere quaſi vellent, ſicut Cœlum Deo, ita terras generi mortalium datas: Dei itaq; beneficio ſe, & jure idcircò optimo regnum hoc poſſidere.

13. Sexta, aliter pacé internam non conſtare.

Alijs pariter ad bellum juſtum ſufficere videtur, ſi dicamus aliter pacem internam haud conſtare: Et hoc quidem approbare videtur *Commendator in Aphoriſ. Ant. Perez. fol. 176.* Vbi bellicoſo populo quietem diuturniorem nocere inquit, ſicq; ad Franciſcum I. Carolum V. olim dixiſſe, nos populis cholericis imperitamus, ſi nos non bella alijs inferam⁹, ipſi noſtri ſubditi inferent nobis, Author eſt, *Pier. Matthieu. lib. 1. fol. 68.* Vndè & Sulpitia de Statu Reipubl. Rom: Romulidarum, ait, longa & grauis exitium eſt pax. *Richter. axiom. hiſtor. 109.*

14 Eandem etiam opinionem fouere videtur *Boterus in tract. de modis optimè adminiſt: Imperij. c. 3. lib. 3: vbi circa medium:* quod ſi quis diligẽtius, *inquit*, conſideret, quænam cauſa ſit, quod Hiſpania noſtro ac ſuperiori tempore ab omni motu, & ſeditione libera ſemper, Francia è contra diſcordiarum & ciuilium bellorum plena fuerit; hanc præcipuè cauſam reperiet, quod Hiſpania exteris bellis in regionibus longè diſſitis, India, Belgio, contra Turcas & Mauros continuò diſtricta ſit: vnde occupatis plurimorum manibus, & omnium animis, tranquilla omnia domi fuerunt, & quidquid turbulentum, aliò defluxit. E contra quia Galli pacem cum exteris colebant, facilè contra ſeipſos inſurrexerunt: cumque alia ciuilis belli cauſa non eſſet, pro Caluiniana hæreſi arma ſumpſerunt, &c. Heluetij (quorum Reſpublica popularis eſt, eoque frequentioribus diſcordijs ac turbis obnoxia) jam amplius trecentis annis ſummam domi pacem coluerunt, motibus, ſi qui interea exorti fuerant, aut in ipſo ortu repreſſis, aut poſt mediocrem cladem reſtinctis, ac domeſtico redintegrato fœdere. Cauſa verò huius rei non minima eſt, quod operam ſuam exteris Principibus locent.

15. Septima, Defenſio libertatis & religionis.

Aſtutius tamen nonnulli, titulos conſeruandæ libertatis aut defendendæ religionis iniuſtis ſuis bellis præficere, & vt quemq; in ſuas partes trahere poſſint, publicè proclamare ſolent. Et in hunc ſenſum iam olim *Thucydides* de Lacedæmonijs contra Athenienſes bella parantibus: Studia hominum inquit, & benevolentia longè magis propenſa erant erga Lacedæmonios, quam Athenienſes, præſertim cum jactarent ſe pro libertate Græciæ bellum gerere. Vnde Braſidas vir Spar-

tanus & Lacedæmoniorum Dux, cum ſe virum animoſum, & ad quaſuis res gerendas promptum, iuſtumq́;, ac in gubernatione erga Ciuitates moderatum oſtendiſſet, iiſque quod libertatis Græciæ vindicandæ cauſa aduenißet, perſuadendo tantum effecit, vt omnes penè, quaſi ad ſtudium rerum nouandarum animis ſublatæ, ad Lacedæmonios deficerent. His autem verbis animos demulcentibus vtebatur.

Quod ego cum exercitu huc à Lacedæmonijs miſſus ſim, teſtatur veram cauſam eſſe, quam initio belli oſtendimus, videlicet, mouere nos bellum, liberandæ Græciæ cauſâ. Quod autem ſerò huc tranſiuimus, nemo repræhendat. Quia ſine veſtro periculo in illis locis conficere bellum conati ſumus. Idque tardius opinione noſtra proceſſit. Nunc verò cum eſt occaſio, vnà vobiſcum hoſtes euertere volumus. Miror autem mihi portas clauſas eſſe, quaſi non venirem vobis cupientibus. Nos enim Lacedæmonij exiſtimauimus, etiam priuſquam ad ſocios re ipſa venire poſſimus, tamen cum venire cupiamus, ad cupidos noſtri venturos eſſe, eoque pericula longi itineris contempſimus, tot dierum iter per alienam terram emenſi, & optimam voluntatem erga vos oſtendimus. 16. Oratio Lacedæmoniensis.

Eſſet autem res indigna, ſi vos, aut aliter erga nos affecti eſſetis, aut veſtræ aut communi vtilitati Græciæ aduerſaremini. Nec tantum eò impedior, quod vos mihi reſiſtitis, ſed etiam exemplum nocet. Nā alij, ad quos accedam, minus ſe mihi adiungent, qui judicabunt periculoſum eſſe me recipere, cum vos me excluſeritis, ad quos primum acceſſi, qui & authoritate antecellitis, & præſtare conſilio exiſtimamini. Nec poſſum inuenire probabilem cauſam huius veſtri conſilij. Niſi quod exiſtimetis, me aut injuſtam libertatem afferre, aut non poſſe receptos tueri. 17.

At cum ad Niſæam hunc ipſum exercitum haberem, Athenienſes cum plures eſſent, non ſunt auſi dimicare, nec credibile eſt huc eos tantam claſſem miſſuros eſſe, quantam tunc habuerunt. Adueni autem non ad cuiuſquam perniciem, ſed reſtituendæ libertatis cauſa, maximo jurejurando obſtringens magiſtratus Lacedæmoniorum, quod certò liberi futuri ſint illi, quos ego ſocietati eorum adjunxero. Nec agimus hoc, vt vi aut fraude oppreſſos vos contra alios ducamus, ſed vt oppreſſis opem feramus. Cum igitur me maximo jureiurando obligare paratus ſim, nolim quemquam de me ſecus 18

ſuſpicari.

ſuſpicari. Nec velim videri non poſſe defendere eos, qui confiſi nobiſcum ſe ſe conjunxiſſent. Si quis autem priuatim hoc metuit, ne ciuitatem contrariæ factioni tradam, ille verò mihi maximè confidat. Non enim venio, vt vllas factiones confirmem, & augeam ſeditiones, nec exiſtimarem tutam fore libertatem, ſi omiſſo patrio more aut populum aut Principes redigerem in ſeruitutem. Nam illa domeſtica factionum dominatio, triſtior eſt peregrino imperio, & nobis Lacedæmonijs non deberetur gratia pro noſtris laboribus, ſed potius pro honore & gloria accuſatio, ſi crimina haberemus eadem, quæ obijcimus Athenienſibus, & quidem eò peiora, quia illi ne quidem profitentur ſe libertatis aſſertores eſſe. Turpius eſt enim his, qui Imperia tenent, inſidiari honeſto prætextu, quã manifeſta violentia vti. Nam violentia videtur aliquid juris habere, propter potentiam à fortunâ datam, ſed fraus tantum ab injuſtitia oritur.

19 Adeò multam circumſpectionem in rebus maximis, quæ ad nos pertinent, adhibemus, cumque jureiurando nos obligauimus, & præterea facta etiam noſtra cum oratione congruunt, habetis illuſtrem confirmationem, nos nihil fraude agere, ſed æqualiter vtrorumq; vtilitati conſulere. Sin autem hæc me proponente dicitis, vos jurejurando obligatos Athenienſibus noſtram ſocietatem admittere non poſſe, ſed nihil vos contra nos facturos eſſe, & petere vt diſcedamus vobis illæſis, & ſi dicitis, videri vobis nos afferre periculoſam libertatem, & offerendam eam eſſe ijs, qui poſſunt eã recipere, inuitos non cogendos eſſe ad eam recipiendam.

20. Teſtes facio Deos & Heroas harum regionum, quod cũ vtilitatis veſtræ cauſa venerim, veſtra culpa fiat, quod hoſtis eſſe cogor. Voſque agrorum populatione cogam ad ſocietatem, qua in re non injuſtè agam propter duas cauſas. Primum ne Lacedæmonij damno afficiantur, cum vos pecunia Athenienſes iuuabitis. Deinde ne cæterorum Græcorum liberatio impediatur. Non enim conueniret nos vobis parcere, cum juuaretis hoſtes, nec debemus inuitis tribuere libertatem, niſi boni publici cauſa. Cum enim non appetamus dominationem, ſed alios ſeruitute liberemus, iniuſti eſſemus, ſi cum velimus vniuerſis reddere libertatem, vobis prohibentibus parceremus. Rectè igitur deliberate, & ſtudete Græcis initium libertatis oſtendere, & æternæ gloriæ memoriã apud

cæteros deponere, & vobis res veſtras cum laude ſeruare. *Thucyd. lib. 4 fol. 428. & 450.*

Sic Guſtauus Adolphus Succiæ Rex, vt Germaniæ populis, cur in Germaniam veniret, fucum faceret, cauſas typis euulgauit. Suos nempè Lubecæ, cum ibi de pace ageretur cum Daniæ Rege, legatos, á ſubdelegatis Cæſaris quærebatur non admiſſos, adeoq; ius Gentium violatum. Litteras dein ad Gabrielem Bethlenum à ſe miſſas, à Cæſarianis interceptas, & Imperatori tranſmiſſas, contra fas apertas, lectas, & aliò quam ipſe ſcripſerat ſenſu expoſitas. Item quod contra maiorum morem ſuis nauibus Cæſar Balthicum nauigaret mare. Quod denique cum Poloniæ Rege ſe belligerante, huic ſub Arnhemio Mareſcallo Cæſariani auxilio fuiſſent, & currentem vltrò victoriarum curſum ſtitiſſent. 21. Falſi prætextus Sueciæ inuaſionis in Imperium.

Sed hæc omnia Cæſar in culpam eius retorquebat. Ac primum quidem ſubdelegatos ſuos Lubecæ Suecicos admittere voluiſſe, ſi prius Guſtauus Adolphus ſuum Straleſondâ præſidium reuocaſſet; non aliã enim cum eo agendi occaſionem fuiſſe. 22. Imperator refutat illos.

Litteras ad Bethlenum interceptas, Arithmeticis quibuſdam notis ſcriptas, quid ni aperiendas fuiſſe? Ad Gabrielem Bethlenum toties rebellem, toties perfidum, & ſuum hoc tempore hoſtem; quid à ſuſpecto Rege, niſi in perniciem Imperatoris & Imperij ſcribi poterat? atque hoc ipſum obſcuritatem litterarum indicaſſe: niſi enim aliquid aut ſibi, aut regnis ſuis aduerſum continuiſſent, candidè litteris, non notis ſcribere debuiſſe. Sed ſuper hæc ſatis ſe ſenſum eruiſſe, & fore aliquando ſibi cum eo bellum intellexiſſe.

Quod Balticum nauigaret mare, quis impediret? quaſi vero Guſtauo Adolpho, Daniæque Regi liceat, Romano Cæſari non liceret; ſcilicet vt compreſſis Cæſar manibus Succiæ Regem nauibus ſuis Straleſondam nauigantem, milites & commeatum inuehentem, è ſuis portubus ſpecularetur, & Imperij vrbem Imperator non vindicaret.

Quod ſub Arnhemio Mareſcallo ſubſidium Poloniæ Regi miſerit, non aliud feciſſe, quam ipſe prius fecerit: aut cum ille Straleſondam occupet, Imperij vrbem vendicet, Daniæ Regi aſſiſtat, quam ipſe vſurpet poteſtatem, vſurpare Imperator non poſſet? *Waſſenberg. de bello Sueciæ p. 252. & ſeqq.*

Similes belli ſui prætextus inter cæteras cauſas, immiſcuit quoque Mauritius Elector Saxoniæ Anno 1552, Zur conſeruation der libertet Teutſcher Nation ꝛc. Welchem ſich neben vilen andern Fürſten deß Reichs / Hertzog Johann Albrecht von Mechlenburg / gleichmeſſig mit vnderſchrieben / fürnemblich aber der Religion / vnnd derſelbigen beſchirmung halben / Dieweil Hertzog Moritz ſich hatte vernemmen laſſen / daß er diſes Falls eben alſo wol / als anderer Vrſachen halben / ſolche Kriegsrüſtung wider Carolum V. fürgenommen. Wie ſich dann eben auch der König in Franckreich einen Retter der Teutſchen Freyheit damahls nennete / vnd eben als Mauritius Erfurt einnamb / das Eißfeldt / Franckenlandt / vnd ein theil am Rheinſtromb oberzoge / deme ſich wenig widerſetzten: Kam auch der König in Franckreich vnd namb Toul / Verdun / vnnd Lüttich dem Reich hinweg / eroberte vil Orth in Lothringen / vnnd trachtete gar über Straßburg ſich Meiſter zu machen. *Heluic, in Cæſ. Victor. lib. 2. fol. 55.*

23. Ruſtici prætextū religionis bellis ſuis præponunt.

Ita quoque Anno 1525. ruſtici infauſta arma contra Magiſtratum arripientes, furori ſuo diuinum nomen religionemque præſtruxerunt. *Petr. Gnodel in deſcript. ruſtici tumult. in Germania. fol. 31, Heluicus in d. Cæſare Victorioſo fuſè lib. 1 fol. 8. & ſeqq.* Quod ſimiliter nuperrimè Anno 1625. in Ruſticis Superioris Auſtriæ expertum fuit. *Waſſenberg de bello Auſtriaco ſecundo. f. 133.*

24. Concionatores Hæretici facilè populum ad rebellionem commouent.

Facilè namque eſt Concionatoribus hæreticorum, religionis metu turbare animos auditorum, & in quamcunque partem placuerit, ducere, vt cætera vitia, & quid præterea cogitet, quiſque non videat. Et de his conqueſti ſunt in Gallia nonnulli Hugenotæ propter rebellionem ad ſupplicium educti, Miniſtros nempe ſuos cauſam mortis ſuæ exiſtere, eò quod in concionibus nil aliud, quam ſeditiones rebellionesque contra Regem tractarent, atque populo perſuaderent. *Mercurius Franc. tom. 15. fol. 475. D. Lindenſpir. de arc. Imp. mon. c. 3. fol. 42.*

Eodem modo, *referente Carione,* Thomas Monetari⁹, olim Concionator eccleſiaſticus in Mulhauſen Thuringiæ oppido, palā docuit, ſe colapſum Eccleſiæ ſtatum reſtauraturū, gloriabaturq; priuatim ſibi à Deo reuelationes fieri, & ad euertendam

tyran-

tyrannidem impiorum gladium ſibi Gedeonis commiſſum eſſe.

Eduxit itaq; turmatim cohortes vulgi, juſſitq; nobilium domos diripi, bonáq; monaſteriorum compilari: vſq; tandem à Saxoniæ & alijs Principibus deprædantes ſine ordine copiæ, deletæ, ipſe Monetarius cum ſocijs pleriſque captus, capite truncat⁹, impij ſui pœnas inſtituti dediſſet Hic etenim primus phanatici illius erroris extitit author Anabaptiſtarum, qui puerorum baptiſmũ damnant, juramẽta aufferunt, vxores omniaq; communia faciunt, alioſque infinitos errores ſub Euangelij prætextu paſſim ſeminant. *Chronicorum lib 3. fol. mihi 527.*

Verum enim verò, amputandi ſunt huiuſmodi luxuriantes rami, ne titulus fortaſſe falſus, tot cædibus, tot orbitatibus, tot populi ſuſpirijs afferatur, neuè extra caſum neceſſitatis & indigentiæ, propter bella à Principibus eorumque cõſiliarijs, ſola ambitionis & cupiditatis, flabella accenſis, temerè ſuſcepta, ſubditi ad iniqua Tributa vocentur. 26.

Ponant Principes modum minimè neceſſarijs ſumptibus, eruntque ſine iniuria diuites, ſine ſordibus abundantes, ſine egentium ſubditorum querimonijs opulenti, neque vnquam copiæ deerunt, quibus abſque ſuorum vexatione bellum ſuſtineant, Rempublicam moderentur, & homines fortes beneficio adficiant. *D. Fauſt. Conſ. de ærario. claſ 7. Ord, 657.*

DISCVRSVS. VIII.

DE MEDIIS ET FINE IVSTI BELLI.

Quod ſi igitur Princeps juſtum bellum ſuſceperit, operam dabit, vt juſtum bellum juſtè quoque geratur, militaris inſolentia refrenetur, indomitæ cupiditates morum honeſtate comprimantur, ne arma in perniciem patriæ, ſed ad ſolitam pacem felicitatemque conferantur. *Middendorp. quaſt. 5. pag 98.* Non enim minus piè bella ſuſcipienda, quàm auertenda ſunt. R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. Vnnd dieweil. in fine.

1. Juſtũ bellum juſtè gerendũ eſt.

2. Vt innocentibus non noceatur.

Nullum ſiquidem dubium eſt, quin bellum aliàs juſtum, impium & injuſtum fiat, ſi licita media, modus debitus non obſeruetur, qui in eo præcipuè conſiſtit, vt nulli innocenti, pueris nimirum, ſenibus, mulieribus, religioſis, locis ſacris, litteratis, ſedibuſque litteratorum, ſiuè Academijs Xenodoxijs & ſimilibus, quantum fieri poteſt, noceatur: captiui, in bello non occidantur, ſed lytro ſoluto dimittantur, magnates alea belli victi humaniter tractentur.

3. Carolus Andegauenſis qualiter iniuſtum bellū ſuum fecerit.

Quocirca omnium hiſtoricorum linguis vapulat Carolus Andegauenſis, à Pontifice vtriuſq; Siciliæ regno donatus, quod Conradinum legitimum (vt præ ſe ferebat) eius regni hæredem, & ex Hohenſtauffenſium Imperatoria familia vltimum, per inſidias victum, & à piſcatore proditum, vna cum Auſtriæ duce Friderico, carnificis manibus obtruncare juſſerit. *D Lanſius Orat contra Gall, 282. D Speidel in Synopſi hiſtoria. pag. 462*, Atque funeſtiſſimam horum Principum adoleſcentum mortem, *Nicol. Ciſnerus I.C. in ſingulari oratione ſua De Conradino*, (quam notabilis argumenti cauſá adſcribere placuit) *mæſtiſſimo ſtylo deplorat, hisce verbis.*

4. Hiſtoria de Conradino & Friderico decollatis.

Sed vt ad Principes captiuos inquit, oratio mea reuertatur, Carolum, quid de his ſtatuendum placeret, tum præcipuarum Regi ciuitatum adminiſtratoribus & ſyndicis conuocatis, ad eos retuliſſe, tum Pontificem; alioſque Principes conſuluiſſe reperio. Illi quos ſibi in conſilium ex ciuitatibus ſui Imperij & ditionis adhibuerat, ad voluntatem Caroli ſententiam ſuam dixiſſe referuntur. Pontifex Carolo, quod ſibi videretur, his verbis ſignificaſſe traditur: *Vita Conradini mors Caroli, & mors Conradini, vita Caroli* (qualem quidem non Clementis, ſed eorum reſponſum fuiſſe qui publicatis Conradini bonis locupletati, ea reddere, ni tolleretur è medio, metuebant; *tradit Bzouius Anno Chriſti, 1268.*)

5. Ottocarus quoq; Rex Bohœmię, ſuæ vtilitatis gratia, ne Auſtriam Friderico reſtituere cogeretur, (quam, quod Margaretam Friderici Auſtrij, qui nullam poſt ſe prolem reliquerat, ſororem in matrimonio haberet, poſt mortem Hermanni huius patris occuparat) de medio Principes illos adoleſcentes tollendos eſſe, ſuaſiſſe dicitur.

6. Cæterum cum plerique procerum & nobilium Gallorū, qui animum ab aſſentatione vacuum habebant, tum inprimis Robertus Flandrus, gener Caroli, alti atque generoſi Viri animi, non modo nobiliſſimos hos, & optimæ indolis adoleſ-

centes morte plectendos non eſſe, verum etiam impunè dimittendos, & affinitate coniungendos, ac Conrado Caroli filiam, Friderico neptem ex ſorore, nuptui dandas ſtatuebat. Sed atrocior ſententia vicit meliorem. Nam cum Robertus in Flandriam rediјſſet, adoleſcentes illi capitali ſententia ſunt condemnati: quod vbi ille accepit; ex Flandria Neapolim, quàm maximis itineribus, vt pro ijs apud Carolum intercederet, contendit: ſed antequam eo peruenit. 4. Calend. Decem. Anno ſalutis 1268. captiuis Conrado Hieroſolimæ & Siciliæ Rege, Sueuiæ Duce; Friderico, Auſtriæ & Stiriæ Duce; Gerardo, Comiti Piſano; Hurnaſemo, Sueuo, equite aurato; Henrico Caſtulonenſi, vna cum quatuor regni Baronibus, in forum, quà id purpura ſerici villoſi ſtratũ erat, productis, Robertus Barenſis, primicerius ſcribarum Caroli, conſcenſo ſuggeſtu ad id exſtructo, ſententiâ de ſcripto recitatâ, omnes morti adiudicauit: præter vnum Henricum Caſtulonenſem, quem in perpetua vincula damnauit. Neci autem idcircò addictus non eſt, quod Abbati, qui eum Pontifici prodiderat, fidem ille dediſſet, extremum de eo ſupplicium ſumptum non iri.

Crimina quorum nomine capitis condemnabantur, hæc commemorabantur. *Quod pacem Eccleſiæ turbaſſent, quod falsò ſibi nomen regium ſumpſiſſent, quod vi regnum inuaſiſſent, quod Regem in diſcrimen mortis adduxiſſent.* Memoriæ eſt proditum, hac ſententiâ promulgatâ, Cõradum linguâ Latinâ in hunc Notarium ita inuectum eſſe. *Tune impure leno ſcelerate furcifer. auſus es morti condemnare filium Regis? an neſcis pari in parem imperium, Iurisdictionemq́ non eſſe?* 7.

Deinde negauit, vnquam ſe de injuria Eccleſiæ inferenda cogitaſſe: id ſibi propoſitum fuiſſe, vt regnum paternum atq; auitum, optimo ſibi jure debitum, repeteret: quo per nefas excluſus eſſet. Cæterum ſe ſperare propinquos maternæ proſapiæ, Bojorum Duces, Palatinos Rheni, reliquoſque Germaniæ Principes hanc mortem ſuam non inultam dimiſſuros. Tum vindice ſceleris Deo inuocato, ad Christum judicem prouocat. 8.

Poſtremò detractâ de manu alterâ chirothecâ, & in populum abjectâ, ceu translatæ poſſeſſionis, juriſque ſui ſigno, Petro Tarraconenſium Regi (vt Germanorum Annales tradunt) Conſtantiæ Manfredi filiæ, patruelis ſuæ Marito legat: eamque chirothecam à quondam equite aurato exceptam, & ad Petrum Tarraconenſem allatam. 9.

10. Germani quoq; ſcriptores litteris prodiderunt, Conradum iam moriturum, annulum ſuum ſignatorium Henrico Baroni Walepurgenſi (cuius poſteri hodie ſunt hereditarij dapiferi Imperij Romani) tradidiſſe, vt cum ſuo nomine, Petro Tarraconenſi daret. Quo facto, Petrum hunc dapiferum aliqua Sueuiæ, quæ ſub imperio Conradi fuerat particula, & nobiliſſimæ illius gentis inſignibus donaſſe.

11. His à Conrado dictis actiſque, Friderico, Auſtrio primò caput amputatur. Id ſublatum Conradus exoſculatus, inſontis adoleſcentis & amici, quem ex complexu chariſſimæ matris ſuæ abſtractum, ad indignam hanc necem & tetrum ſupplicium abduxerit, caſum lachrymans deplorat. Mox in genua procumbens, à Deo porrectis in cœlum manibus, peccatorum ſuorum veniam ardenter precatus, magno, fortiq; animo ceruicem immotam carnifici præbens, capite truncatur. O grauem atque miſeram, Conrade, fortunam tuam: te nec adoleſcentiam tuam, nec nobilitatem, nec exempla cæterorum id ætatis Principum, in captiuis ſeruandis, à tam indignâ nece vindicare potuiſſe? te in bello captum, hoc ætatis flore, hac amplitudine, hac generis excellentia; cum patrem, cum auum, cum proauum, cum abauum, Cæſares & Imperatores haberes, non ſecus ac ſceleratum quendam infimæ fæcis maleficum, acerbum capitis ſupplicium ſubijſſe? Eodem necis genere Getardus, Piſanus & Hurnaſemus Sueuus, ſunt affecti. Qui verò ſimul ex carcere in forum producti erant, quatuor Barones regni furcâ figuntur.

12. O horridum ſpectaculum: ad quod licet maxima hominum multitudo confluxerat, nemo tamen tam durus & ferreus, nemo tam inhumanus fuit, qui non, præſertim duorum adoleſcentum principum ætate, nobilitate, calamitate commoueretur, qui non lachrymas profunderet: præter immaniſſimum illum tyrannum, qui ea, quæ tanta ſæuitia peragebantur, truculentis oculis ex turri ſpectabat.

13. Ne tamen iſte nullum tantæ nobilitati honorem exhibuiſſe videretur, & ex crudelitate voluptatem caperet, alium carnificem ſubornauit, qui huic rei capitalis executori, qui generoſum illum & regium ſanguinem effuderat, caput præcidit. Interea vt eius crudelitas vlterius progrederetur, corpora capite truncata, quæ cruenta nemo ſine gemitu & lachrymis intueri potuit, vetuit ne quiſquam ante tolleret, neué ſe-

periret, quam ipſe mandaſſet, Conrado hoc eſt poſitum Epitaphium.

Aſturis vngue Leo pullum rapuit Aquilinum:
Hic deplumauit, atep halonḡ dedit.

Digni ſane verſiculi, tam barbarico & immani facinore.

Tam triſtis vitæ exitus fuit innocentium Principum, ſummo loco natorum; quorum Fridericus Auſtrius, nobiliſſimæ matri ſuæ Babenbergenſis proſapiæ; ex Carolo Magno oriundæ, vnicus filius, & hæres maſculus Ducatus Auſtriæ extitit. Conradus autem præſtantiſſimæ illius & nobilitate & virtute, Sueuicæ gentis vltimus fuit, quæ originem (vt & hic Pandolphus Colonutius teſtatur) à Franciæ regibus, Clodoueo & Carolo Magno traxit; ex qua multi & Imperatores & Reges præclari prodierunt: Ab ijſdem etiam maternum Conradi genus, Boiariæ Ducum familia deſcendit, quæ ipſa quoque inſignes Cæſares tulit. *Hæc ille.* 14

Finis denique belli, ſicut cauſa juſta, ita etiam bonus eſſe debet; quod ſi enim quis (*vt mox dictum eſt*) vel vltionem ſibi propoſitam habeat: vel gloriam ſpectet, & ex omni cauſa triumphum quæratː vel ad Imperium amplificandum omnia referat, is etiam in bona cauſa, tamen injuſtè militat. *D. Bernegger ad lib. 5. politic. Lipſii, c. 4.* 15. Finis belli ſit bonus.

Ille verò finis ſolum juſtus eſt, ſi ita bellum ſuſcipiatur, vt nihil aliud quàm pax, quies, tranquillitas & tutela quæſita videatur. *Cicero 1. De Offic.* Sapientes enim pacis cauſa bellum gerunt, & laborem ſpe otij ſuſtentant, *Salluſt. ad Cæſar.* Sed hac de re toto libro ſecundo agetur. 16.

DISCVRSVS. IX.

DE CAVSIS ET ORIGINE GRAVISSIMOrum, & recentiorum quorundam Europæ bellorum.

VErùm, vt præcedentia ratione cauſarum belli dicta, eò magis elucidentur, nonnulla ex recentioribus bella, qualiter nempè ea, vel ex leuibus injuſtis, aut abſoletis etiam cauſis, originem ſuam, artificioſè traxerint, ex hiſtorijs fide dignis, repetenda ſunt.

ſtate non voluerit, quod tenetur: tunc non ſolum adverſus maleſactores ipſos, ſed etiam aduerſus Rempubl. fas erit movere bellum: eo quod in culpa ſit, non puniendos ſuos ſubditos, & non cogendo illos reſarcire damna, ſicut ex officio obligatur. Vnde *S. Auguſt. lib. 6 quæſtionum. quæſt. 10.* & refertur *in c. Dominus 23. quæſt. 2.* Iuſta, *inquit*, bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur injurias, ſi qua gens vel ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum, vel reddere quod per injurias ablatum eſt.

31. Denegatio tranſitus eſt iuſta belligerendi cauſa

Eſt præterea iuſta belligerendi cauſa, ſi peregrinus populus per ſuam Provinciam populo Romano de maleficio caventi, tranſitum deneget. *Bart. in l. Chriſtianus. n. 4 C de Paganis. Couarr. in c peccatum. De Reg Iuris. in 6.* Exempla ſunt in Sacra Hiſtoria. *Num. c. 21. & Iudic. c. 11.* vbi ſcriptum legimus, filios Iſraël pugnaſſe contra Sehom & Og, Reges Amorrhæorum, propterea quod illis permittere noluerint tranſitum innoxium in terram ſibi à Deo promiſſam.

32. Si quis commodis ſuis vti prohibeatur.

Aut etiam ſi abſq; cauſa noſtris commodis vg. agro, mari, commercijs, portubus, &c. prohibeamur. Hoc enim bellum jus naturæ excuſat: cum teſte *Triſmegiſto de nat. Deor.* In portubus, navigationibus, communicationibus, commoditatibus, alternæ humanitatis nexus ſit fortiſſimus. Et *Senec. lib. 5. nat. quæſt. c. 18.* Deus *inquit*, omnibus inter ſe populis per ventum commercium dedit, & gentes diſſipatas locis miſcuit, ingens beneficium, ſi illud in injuriam ſuam non vertat hominum furor.

33. Vbi ſubditi rebellarent.

Eſt quoq; juſta cauſa, vbi ſubditi adverſus Principem vel Magiſtratum ſuum inſurgunt, nec ei obedire velint: Tunc enim talis Princeps vel Magiſtratus, licitè in eos bellum inſtruere poteſt *Couarr. d. lo.* Sic David Rex bellum mouit adverſus Abſalonem, nec non aduerſus Saba, filium Bochri, propterea quòd populum ſollicitauerit, vt à Davide Rege ad ipſum deficeret. *2 Regum. c 20.* Vnde *S. Auguſt. lib 22 contra Fauſt. c. 74 ſcribit;* Aduerſus violentias reſiſtentium, ſiuè Deo, ſiuè aliquo legitimo Imperio jubenti, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, vbi eos vel jubere aliquid tale, vel in talibus obedire juſtè, ipſe ordo conſtringit.

34. Vbi contra contumacem in Iudicio

Iuſtam ſimiliter inferendi belli cauſam etiam cenſet *Bocer. d. lo. n 17.* Si quis Princeps vel alius Dominus, aut Ciuitas Imperialis, in Orbe Romano judiciorum vigorem ſæpius antea ten-

tatum

tatum contumaciter ſpreuerit, vt ita contra ipſum manu militari executionem fieri, & iuſtitiam defendi neceſſe ſit: Veluti ſi inter duos Principes contentio ſit, de caſtro quodam, & vnus Princeps poſſeſſor caſtri, ab alio Principe petitore caſtri, in judicium ritè vocatus, contumaciter nunquam compareat; & proinde contra eum in contumaciam judicialiter procedatur: vel ſi compareat quidem, verum ſententiæ contra ſe latæ ſatisfacere nolit, ſed judicij vigorem ita ſpernat, tunc vel à Principe qui obtinuit in judicio, accedente authoritate Superioris, vel ab alio, cui à Iudice executio demandata eſt, juſtè bello tentari, & manu militari è poſſeſſione illius caſtri jure expelli poteſt, *l. qui reſtituere. 68.* Ibi: manu militari ab eo poſſeſſio transfertur. *ff. de rei vindic.* Ita etiam *Frid. Schenck. in d. c. vnic. in princ. Tit. hic finitur lex, in vſibus feudor.* Si aduerſarius ait, vel ob contumaciam vel tyrannidem, juri parêre contemnat, nec alioqui judiciorum vigore in ordinem redigi queat, quod jam actionibus prætermiſſis, ad armorum præſidia rectè confugietur, modo tamen Principis ſupremi authoritate hoc fiat. *vt ſupra dictum eſt.* 35.

militari manu procedere neceſſe eſſet.

Verum vbi inter aliquos Principes abſolutos; circa rem aliquam controuerſia exiſtat, quo pacto res illa, antequam ad arma veniatur, pertractanda ſit, doctiſſimè deducit. *Molina de Iuſt. & Iure, to. 1. tract. 2. diſput. 103. per tot.* ad quem D. Lectorem breuitatis cauſa remitto.

Species denique, iuſti belli eſt, Conceſſio repræſaliarum, quæ de jure communi in cauſa denegatæ juſtitiæ, ne ea ſcilicet pereat, concedi poſſunt. *text. in c. Dominus noſter. 23. q. 2. Martin. Laudenſ. in tract. repræſaliar. n. 2.* Vide *Gail. lib. 1. obſer. 28. in fine.* 36.

Conceſſio repræſaliarum, iuſta belli cauſa eſt.

Plures juſti belli cauſas, qnandó ſcilicet contra eum, à quo pactum aut fœdus nobis violatum, hoſti noſtro auxilium præſtitum, vel id quod juris gentium dicitur, denegatum eſt, &c. aut etiam quando contra Idololatras, infideles, aut barbaricas nationes, bellum juſtè præparari poſſit: fuſè refert. *Molina d. tract. 2. diſp. 104. & ſeq.*

Digitized by Google

DISCVRSVS. VII.

DE OCCVLTIS BELLI CAVSIS.

1. Occultæ belli cauſæ ſunt variæ.

SVnt tamen nonnullæ occultæ belli cauſæ, (ſecundum ſupra memorata) quas Pſeudopolitici ex peruerſa *Machiauelli* doctrina, *c 16. de Principe.* Magnatibus perſuadere, caſque ſub aliâ ſpecie, & juſto quidem titulo, colorare conſueuerunt, vt ipſi auxilij & operæ ſuæ prætextu ditentur, exemplo eorum, qui anguillas venantur; Nam ſi ſtagnum conſtiterit, nihil capiunt, at ſi cœnum ſurſum, deorſumq; vertant, tunc in aqua turbida piſcantur, ſic & iſti lucrantur, vbi ciuitatem vel Rempubl. turbauerint.

2. Prima, le droict de bienſeance.

Talis eſt *le droict de bienſeance,* vt jure nobis deberi putemus ea, quæ Imperio noſtro, ratione ſitus, vel aliter commoda eſſent. Hocq; jus, *ait Girard.* rarò quidem apertè Principes vrgere, ſed tamen nunquam ipſis alios prætextus deeſſe. *lib. 1. fol 59.*

3. Philippo olim cum Græcis pugnaturo, Diogenes in eius caſtra peruenit: perductus igitur ad Philippum, ac rogatus, num ſpeculator eſſet? Stultitiæ, inquit Diogenes, vanitatiſq; tuæ verus ſum ſpeculator, qui cogente nullo, de vita & de regno, velut ad caſum aleæ, periclitaturus venis. Vtinam & hodie audirent Diogenem nonnulli terrarum Principes, qui ſæpenumerò nulla cogente neceſſitate, proprijs ſtimulati affectibus, bella cruentiſſima & pluſquam ciuilia, in magnam ſuorum perniciem ſuſcipere non verentur.

4. Et huc conueniunt, quæ ſupra de Eteoclis dicto, â Cæſare ſæpius repetito, allata ſunt, nempè ſi violandum eſt jusiurandum, regni cauſa violandum erit, in cæteris pietatē colas. *Plutarch. in Cæſare.* Siquidem apud magnos ſæpè viros euenit, vt nihil tam ſanctum, quod non violatum fuerit, quando vtilitas demonſtrabatur. *Papir. Maſſon. lib. 2. Annal. Franc.* latiſſimè enim patet in animis ambitioſorum hominum illud adagium, malitiæ occaſione duntaxat opus eſſe. *Eraſm. in adagiis.* Cùm tamen nemini obſcurum ſit, vitæ vel dignitatis rationem nō in magnitudine, ſed magnitudinem in bonitate ſitam eſſe.

Hicq; commendatur inſtitutum Sereniſs Alberti III. Ducis Bauariæ, pijſſimæ recordationis, qui à Bohemis vocatus, vt rex ipſorũ eſſet, id à ſe impetrari paſſus non eſt, ſceptro & regno præponens modeſtiam & quietem; quod exemplũ dum allegat *Lipſius in præfat. lib. polit.* exclamat: adeſte ambitioſi, videte hic, qui regnum oblatum alta ſapientia ſpernit & reijcit, quod vos per preces, fraudes, enſes, impetratum itis aut ereptum. *D. Lindenſpir. de arcan. c. 6. fol. 165.* 5. Modeſtia Alberti III. Ducis Bauariæ.

Huic cauſæ ſimilis eſt amplificatio & dilatatio regni ſui; nã cum immenſa ſit mortalium atq; profunda cupiditas dominandi, nemo vel maximo Imperio contentus eſt, & hodie regno occupato, cras inhiat alijs, idque vt aiunt, jure regni atq; poteſtatis ſuæ. Tu verò mihi jus appelles, in quo ne vmbra quidem eſt juſtitiæ? ac tamen alijs ſuperiores ſe eſſe rentur. De quibus *Seneca in Hercul. Act. 2.* 6. Secunda, eſt Amplificatio regni ſui.

Jus eſt in armis, opprimit leges timor.

Quale eſt illud Tiriadis, id in ſummâ fortunâ æquius, quod validius; & ſua retinere, priuatæ domus, de alienis certare, regiam laudem eſſe. Vnde verſutiſſimus ille *Machiauellus De Principe c. 3.* Cum natura inquit, regnandi cupiditate nunquam ſatiatur, nulli vitio, ſed potius laudi dandum eſt, quouis modo, ſiuè per pellem Leoninam, ſiuè Vulpinã ditiones amplificare. In eo ſaltem vitium eſſe, ſi quis ea affectat, quæ conſequi ſuis viribus non poſſit.

Et hoc quidem Corinthij olim Lâcedæmoniis, cæteriſque ſuis confœderatis opem tardius contra Athenienſes adferentibus, obijcêre: Si qui verò, inquiunt, alij deſerti, nos maximè digni ſumus, qui vos repræhendamus, qui maximis de rebus periclitamur, quas non ſentire videmini, nec conſideratis quales ſint Athenienſes & quantum à vobis differant. Semper illi aliquid noui moliuntur, & ſunt ad excogitandum & perficiendum decreta celeres; At vos contenti eſtis retinere, quæ poſſidetis, nec noua excogitatis, ac factis ipſis ne neceſſaria quidem ſuſcipitis. Illi verò ſupra vires audaces ſunt, & pericula præter opinionem hominum ſuſcipiunt, & in difficultatibus ſpem non abijciunt; Vos autem minora viribus tentatis, & conſilijs etiam tutis diffiditis, & metuitis nullum fore finem malorum. 7. Athenienſes ambitioſi.

Præterea illi impigri, vos cunctatores, illi peregrinantes, vos domi deſides. Exiſtimant enim ſe peregrè militando aliquid acquiſituros eſſe, vos verò motis rebus metuitis vos præſentia amiſſuros eſſe. Illi victores longius progrediuntur, victi nō prorſus frangūtur animis, prætereà in militia peregrinis vtuntur, ſed ciuium auxilio res gubernantur. Iacturam domeſticam eſſe cenſent, non perficere ea, quæ inſtituerunt, quæ verò obtinent, parua eſſe cogitant, præ illis, quæ prætereà molliuntur, ſi quando autem tentata re aliqua ſpe fruſtrantur, noua ſpe iacturam ſartiunt. Soli enim ſimul & habent & ſperant ea quæ moliuntur, propterea quod decreta celeriter agant, ac labores & pericula aſſiduè perferant, quam minimū partis fruentes, quia ſubinde acquirunt noua. Nec feſtos dies aliud eſſe cenſent, quā agere neceſſaria. Ignaua quies non minus eis moleſta eſt, quam laborioſa occupatio. Denique tales ſunt vt breuiter dicam, vt nec ipſi quieſcere poſſint, nec alios quieſcere ſinant. *Thucyd lib. 1 fol. 70*

8. Romani etiam inceperunt occultas belli cauſas quærere.

Romani profectò, & inprimis ſtante Republica, vix vlli bellum intulerunt, niſi laceſſiti injurijs, vel ipſi, vel ipſorum ſocij atque confœderati: De Cypro tamen occupata militariter, hoc eſt, ingenuè, vt ſemper Ammian. Marcellinus: Nec inquit, piget dicere, auidè magis hanc inſulam populum Romanum inuaſiſſe, quàm juſtè. Ptolomæo enim Rege confœderato nobis & ſocio, ob ærrarij noſtri anguſtias, juſſo ſine vlla cauſa præſcribi: ideoque hauſto veneno, voluntaria morte deleto & tributaria facta eſt, & velut exules eius exuuiæ claſſi impoſitæ in vrbem aduectæ ſunt per Catonem.

Nec malè ad Crœſum iam contra Perſas bellum parantē Sandanis Lydus *apud Herodotum lib. 1 fol. 14.* Adverſus tales viros expeditionem paras ô Rex, inquit, qui coriacea ſubligacula, qui e corio reliquam veſtem ferunt; qui non quibus volunt cibis veſcuntur, ſed quos habent, vtpote regionem aſperam incolentes: adhæc potu non vini vtuntur, ſed aquæ; non ficos ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes. Quibus cum nihil ſit, quod eripies, ſi viceris, ſin victus fueris, animaduerte, quæ bona amittes. Cui conſilio ſi obtemperaſſet Crœſus, jam in Cyri manus nunquam perueniſſet, neque miſerrimâ illâ exclamatione in rogo, ô Solon, ô Solon, indiguiſſet. *vt eſt apud eund. Herod. d. lo.* Parem fortunam expertus eſt olim Rex Rutenorum, quem cum Princeps Tartarorum captum, non

neceſſaria bella moventem interfeciſſet, ex ipſius caluariâ poculum inauratum fieri jubens, hæc verba inſcripſit: Hic appetendo aliena, amiſit propria. Verum de huius cauſæ injuſtitiâ vide *Molin. d. diſput. 105. n. 7. D Fauſt. in conſ. pro ærario. claſ. 7 ord 597.*

Et hæc Machiauellicis illis ſectatoribus nota ſunt, qui belli cauſas quærunt, nec inueniunt, adeoque ſpecioſas prophaſes ementiuntur: ſicut & illi, qui alios inter ſe committunt, quos tandem mutuis bellis exſuctos deuorent. Quam artem calluiſſe Tacitus de Druſo 2. annal. refert, Druſus ait non leue decus quæſiuit, illiciens Germanos ad diſcordias, vtque fracto Marobo, duo vſque in exitium inſiſteretur. Vide *Clapmar. de arcan. reipubl. lib. 5. c. 11. fol m. 183.* 9.

Alia item cauſa eſt, quod controuerſiæ de regno, non diſputationibus, aut judicio, ſed gladijs, & armis decernantur. *Materie de Royaume, ne ſe doit ingerpar diſpute, mais par guerre.* Regna ſententijs Doctorum, nec dantur, nec adimuntur. *Coneſtag. lib 3. de Portug. coniunct fol 148.* 10. Tertia, controuerſias de regno nō iudicio, ſed armis dirimi.

Similis cauſa ex jure majoritatis proferri ſolet; ſicut apud Germanos proverbij loco vſurpatur, **Der Stärckeſt ſchiebet den ſchwächeren in Sack.** Nec verò id primum adeò ortum eſt à nobis, *inquit Thucyd. in Orat. Athenienſ. contra Lacedæm.* ſed ita ſemper comparatum fuit, vt potentior imbecilliorem coërceat. Et antiquum habet Emblema: *Minor eſca maioris.* Hinc Brennus interrogantibus Romanorum Legatis, quo pacto Cluſium Hetruriæ vrbē obſideret? Iure, inquit, naturali hoc facio, quo is, qui minus fortis ſit, potentiori cedere jubeatur. *Plutarch. in Camillo fol. 259.* Et *Ariſtides in Orat quam ad Rhodios habuit.* Lex, *ait*, eſt naturæ, à potentioribus planè clarior facta, vt majoribus minores pareant. *Alc lib 2. Paradox. c. 21.* Contrariam tamen ſententiam tenuit *Iſocrates*, ſcilicet quod non juſtum ſit, vt potentiores imbecillioribus dominentur. *in Orat pro pace.* 11. Quarta, ius maioritatis.

Nonnulli etiam belli jus in prouidentia diuina, & ſublimiori aliqua poteſtate ponunt. Qua ratione Venetos occupatione Cypri coloraſſe, & in ſolo detentionis jure ſe ſe contra Sabaudos hæredes legitimos fundauiſſe memorat. *Vanderburgius in hiſtor. Sabaud. fol 248 vbi ita ſcribit.* Sabaudiæ Duces legatione Regnum hoc, etſi à Republ. Venetâ tradi, reſtituique non vna vice poſtularint, irriti tamen ſemper legationis domum reuerſi, qui in eam rem miſſi fuêre, nec aliud vllum vnquam retulerunt reſponſum; quàm Cœlum cœli Domino, terram autem 12. Quinta, prouidētia diuina

dedit filijs hominum. Dicere quaſi vellent, ſicut Cœlum Deo, ita terras generi mortalium datas: Dei itaq; beneficio ſe, & jure idcircò optimo regnum hoc poſſidere.

13. *Sexta, aliter pacē internam non conſtare.*

Alijs pariter ad bellum juſtum ſufficere videtur, ſi dicamus aliter pacem internam haud conſtare: Et hoc quidem approbare videtur *Commendator in Aphoriſ. Ant. Perez. fol. 176.* Vbi bellicoſo populo quietem diuturniorem nocere inquit, ſicq; ad Franciſcum I. Carolum V. olim dixiſſe, nos populis cholericis imperitamus, ſi nos non bella alijs inferam⁹, ipſi noſtri ſubditi inferent nobis, Author eſt, *Pier. Matthieu. lib. 1. fol 68.* Vndè & Sulpitia de Statu Reipubl. Rom: Romulidarum, ait, longa & grauis exitium eſt pax. *Richter. axiom. hiſtor. 109.*

14

Eandem etiam opinionem fouere videtur *Boterus in tract. de modis optimè adminiſt: Imperij. c. 3. lib. 3: vbi circa medium:* quod ſi quis diligētius, *inquit,* conſideret, quænam cauſa ſit, quod Hiſpania noſtro ac ſuperiori tempore ab omni motu, & ſeditione libera ſemper, Franciaê contra diſcordiarum & ciuilium bellorum plena fuerit; hanc præcipuè cauſam reperiet, quod Hiſpania exteris bellis in regionibus longè diſſitis, India, Belgio, contra Turcas & Mauros continuò diſtricta ſit: vnde occupatis plurimorum manibus, & omnium animis, tranquilla omnia domi fuerunt, & quidquid turbulentum, aliò defluxit. E contra quia Galli pacem cum exteris colebant, facilè contra ſeipſos inſurrexerunt: cumque alia ciuilis belli cauſa non eſſet, pro Caluiniana hæreſi arma ſumpſerunt, &c. Heluetij (quorum Reſpublica popularis eſt, eoque frequentioribus diſcordijs ac turbis obnoxia) jam amplius trecentis annis ſummam domi pacem coluerunt, motibus, ſi qui interea exorti fuerant, aut in ipſo ortu repreſſis, aut poſt mediocrem cladem reſtinctis, ac domeſtico redintegrato fœdere· Cauſa verò huius rei non minima eſt, quòd operam ſuam exteris Principibus locent.

15. *Septima, Defenſio libertatis & religionis.*

Aſtutius tamen nonnulli, titulos conſeruandæ libertatis aut defendendæ religionis injuſtis ſuis bellis præficere, & vt quemq; in ſuas partes trahere poſſint, publicè proclamare ſolent. Et in hunc ſenſum iam olim *Thucydides* de Lacedæmonijs contra Athenienſes bella parantibus: Studia hominum inquit, & benevolentia longe magis propenſa erant erga Lacedæmonios, quam Athenienſes, præſertim cum jactarent ſe pro libertate Græciæ bellum gerere.) Vnde Braſidas vir Spar-

tanus & Lacedæmoniorum Dux,cum ſe virum animoſum, & ad quaſuis res gerendas promptum,juſtumq́;, ac in gubernatione erga Ciuitates moderatum oſtendiſſet, iiſque quod libertatis Græciæ vindicandæ cauſa aduenifſet, perſuadendo tantum effecit,vt omnes penè, quaſi ad ſtudium rerum nouandarum animis ſublatæ,ad Lacedæmonios deficerent. His autem verbis animos demulcentibus vtebatur.

16. Oratio Lacedæmonienſis.

Quod ego cùm exercitu huc à Lacedæmonijs miſſus ſim, teſtatur veram cauſam eſſe,quam initio belli oſtendimus, videlicet,mouere nos bellum, liberandæ Græciæ cauſâ. Quod autem ſerò huc tranſiuimus , nemo repræhendat. Quia ſine veſtro periculo in illis locis conficere bellum conati ſumus. Idque tardius opinione noſtra proceſſit. Nunc verò cum eſt occaſio, vnà vobiſcum hoſtes euertere volumus. Miror autem mihi portas clauſas eſſe,quaſi non venirem vobis cupientibus. Nos enim Lacedæmonij exiſtimauimus, etiam priuſquam ad ſocios re ipſa venire poſſimus,tamen cum venire cupiamus,ad cupidos noſtri venturos eſſe, eoque pericula longi itineris contempſimus,tot dierum iter per alienam terram emenſi,& optimam voluntatem erga vos oſtendimus.

Eſſet autem res indigna,ſi vos,aut aliter erga nos affecti eſſetis,aut veſtræ aut communi vtilitati Græciæ aduerſaremini. Nec tantum eò impedior,quod vos mihi reſiſtitis,ſed etiam exemplum nocet. Nã alij,ad quos accedam,minus ſe mihi adiungent, qui judicabunt periculoſum eſſe me recipere, cum vos me excluſeritis,ad quos primum acceſſi , qui & authoritate antecellitis,& præſtare conſilio exiſtimamini. Nec poſſum inuenire probabilem cauſam huius veſtri conſilij. Niſi quod exiſtimetis, me aut injuſtam libertatem afferre , aut non poſſe receptos tueri. 17.

At cum ad Niſæam hunc ipſum exercitum haberem, Athenienſes cum plures eſſent,non ſunt auſi dimicare, nec credibile eſt huc eos tantam claſſem miſſuros eſſe, quantam tunc habuerunt. Adueni autem non ad cuiuſquam perniciem,ſed reſtituendæ libertatis cauſâ, maximo jurejurando obſtringens magiſtratus Lacedæmoniorum, quod certò liberi futuri ſint illi,quos ego ſocietati eorum adjunxero. Nec agimus hoc,vt vi aut fraude oppreſſos vos contra alios ducamus, ſed vt oppreſſis opem feramus. Cum igitur me maximo jureiurando obligare paratus ſim, nolim quemquam de me ſecus 18

ſuſpicari.

cæteros deponere, & vobis res veſtras cum laude ſeruare. *Thucyd.lib.4 fol.428.& 450.*

Sic Guſtauus Adolphus Sueciæ Rex, vt Germaniæ populis, cur in Germaniam veniret, fucum faceret, cauſas typis euulgauit. Suos nempè Lubecæ, cum ibi de pace ageretur cum Daniæ Rege, legatos, á ſubdelegatis Cæſaris quærebatur non admiſſos, adeoq; ius Gentium violatum. Litteras dein ad Gabrielem Bethlenum à ſe miſſas, à Cæſarianis interceptas, & Imperatori tranſmiſſas, contra fas apertas, lectas, & aliò quam ipſe ſcripſerat ſenſu expoſitas. Item quod contra maiorum morem ſuis nauibus Cæſar Balthicum nauigaret mare. Quod denique cum Poloniæ Rege ſe belligerante, huic ſub Arnhemio Mareſcallo Cæſariani auxilio fuiſſent, & currentem vltrò victoriarum curſum ſtitiſſent. 21. Falſi prętextus Sueciæ inuaſionis in Imperium.

Sed hæc omnia Cæſar in culpam eius retorquebat. Ac primum quidem ſubdelegatos ſuos Lubecæ Suecicos admittere voluiſſe, ſi prius Guſtauus Adolphus ſuum Straleſondâ præſidium reuocaſſet; non aliã enim cum eo agendi occaſionem fuiſſe. 22. Imperator refutat illos:

Litteras ad Bethlenum interceptas, Arithmeticis quibuſdam notis ſcriptas, quid ni aperiendas fuiſſe? Ad Gabrielem Bethlenum toties rebellem, toties perfidum, & ſuum hoc tempore hoſtem; quid à ſuſpecto Rege, niſi in perniciem Imperatoris & Imperij ſcribi poterat? atque hoc ipſum obſcuritatem litterarum indicaſſe: niſi enim aliquid aut ſibi, aut regnis ſuis aduerſum continuiſſent, candidè litteris, non notis ſcribere debuiſſe. Sed ſuper hæc ſatis ſe ſenſum eruiſſe, & fore aliquando ſibi cum eo bellum intellexiſſe.

Quod Balticum nauigaret mare, quis impediret? quaſi vero Guſtauo Adolpho, Daniæque Regi liceat, Romano Cæſari non liceret; ſcilicet vt compreſſis Cæſar manibus Sueciæ Regem nauibus ſuis Straleſondam nauigantem, milites & comeatum inuehentem, è ſuis portubus ſpecularetur, & Imperij vrbem Imperator non vindicaret.

Quod ſub Arnhemio Mareſcallo ſubſidium Poloniæ Regi miſerit, non aliud feciſſe, quam ipſe prius fecerit: aut cum ille Straleſondam occupet, Imperij vrbem vendicet, Danię Regi aſſiſtat, quam ipſe vſurpet poteſtatem, vſurpare Imperator non poſſet? *Waſſenberg. de bello Sueciæ p.252. & ſeqq.*

Similes belli ſui prætextus inter cæteras cauſas, immiſcuit quoque Mauritius Elector Saxoniæ Anno 1552. Zur conſeruation der libertet Teutſcher Nation ꝛc. Welchem ſich neben vilen andern Fürſten deß Reichs / Hertzog Johann Albrecht von Mechlenburg / gleichmeſſig mit vnderſchrieben / fürnemblich aber der Religion / vnnd derſelbigen beſchirmung halben / Dieweil Hertzog Moritz ſich hatte vernemmen laſſen / daß er diſes Falls eben alſo wol / als anderer Vrſachen halben / ſolche Kriegsrüſtung wider Carolum V. fürgenommen. Wie ſich dann eben auch der König in Franckreich einen Retter der Teutſchen Freyheit damahls nennete / vnd eben als Mauritius Erfurt einnamb / das Eißfeldt / Franckenlandt / vnd ein theil am Rheinſtromb vberzoge / deme ſich wenig widerſetzten: Kam auch der König in Franckreich vnd namb Toul / Verdun / vnnd Lüttich dem Reich hinweg / eroberte vil Orth in Lothringen / vnnd trachtete gar über Straßburg ſich Meiſter zu machen. *Heluic, in Cæſ. Victor. lib. 2. fol. 55.*

23. Ruſtici prætextū religionis bellis ſuis præponunt.

Ita quoque Anno 1525. ruſtici infauſta arma contra Magiſtratum arripientes, furori ſuo diuinum nomen religionemque præſtruxerunt. *Petr. Gnodel in deſcript. ruſtici tumult. in Germania. fol. 31, Heluicus in d. Cæſare Victorioſo fuſè lib. 1 fol. 8. & ſeqq.* Quod ſimiliter nuperrimè Anno 1625. in Ruſticis Superioris Auſtriæ expertum fuit. *Waſſenberg de bello Auſtriaco ſecundo. f. 133.*

24. Concionatores Hæretici facilè populum ad rebellionem commouent.

Facilè namque eſt Concionatoribus hæreticorum, religionis metu turbare animos auditorum, & in quamcunque partem placuerit, ducere, vt cætera vitia, & quid prætereà cogitet, quiſque non videat. Et de his conqueſti ſunt in Gallia nonnulli Hugenotæ propter rebellionem ad ſupplicium educti, Miniſtros ſempe ſuos cauſam mortis ſuæ exiſtere, eò quod in concionibus nil aliud, quam ſeditiones rebellionesque contra Regem tractarent, atque populo perſuaderent. *Mercurius Franc. tom. 15. fol. 475. D. Lindenſpir. de arc. Imp. mon. l. 3. fol. 42.*

Eodem modo, *referente Carione,* Thomas Monetari⁹, olim Concionator eccleſiaſticus in Mülhauſen Thuringiæ oppido, palā docuit, ſe colapſum Eccleſiæ ſtatum reſtauraturū, gloriabaturq; priuatim ſibi à Deo reuelationes fieri, & ad euertendam

tyrannidem impiorum gladium ſibi Gedeonis commiſſum eſſe.

Eduxit itaq; turmatim cohortes vulgi, juſſitq; nobilium domos diripi, bonaq; monaſteriorum compilari: vſq; tandem à Saxoniæ & alijs Principibus deprædantes ſine ordine copiæ, deletæ, ipſe Monetarius cum ſocijs pleriſque captus, capite truncat⁹, impij ſui pœnas inſtituti dediſſet Hic etenim primus phanatici illius erroris extitit author Anabaptiſtarum, qui puerorum baptiſmũ damnant, juramẽta aufferunt, vxores omniaq; communia faciunt, alioſque infinitos errores ſub Euangelij prætextu paſſim ſeminant. *Chronicorum lib 3. fol. mihi 527.*

Verum enim verò, amputandi ſunt huiuſmodi luxuriantes rami, ne titulus fortaſſe falſus, tot cædibus, tot orbitatibus, tot populi ſuſpirijs aſſeratur, neuè extrà caſum neceſſitatis & indigentiæ, propter bella à Principibus eorumque cõſiliarijs, ſola ambitionis & cupiditatis, flabellà accenſis, temerè ſuſcepta, ſubditi ad iniqua Tributa vocentur. 26.

Ponant Principes modum minimè neceſſarijs ſumptibus, eruntque ſine iniuria diuites, ſine ſordibus abundantes, ſine egentium ſubditorum querimonijs opulenti, neque vnquam copiæ deerunt, quibus abſque ſuorum vexatione bellum ſuſtineant, Rempublicam moderentur, & homines fortes beneficio adficiant. *D. Fauſt. Conſ. de æraeio. claſ 7. Ord. 657.*

DISCVRSVS. VIII.

DE MEDIIS ET FINE IVSTI BELLI.

QVod ſi igitur Princeps juſtum bellum ſuſceperit, operam dabit, vt juſtum bellum juſtè quoque geratur, militaris inſolentia refrenetur, indomitæ cupiditates morum honeſtate comprimantur, ne arma in perniciem patriæ, ſed ad ſolitam pacem felicitatemque conferantur. *Middendorp. quæſt. 5. pag 98.* Non enim minus piè bella ſuſcipienda, quàm auertenda ſunt. **R. A. zu Speyer** de Anno 1542. **§. Vnnd dieweil.** in fine.

1, Iuſtũ bellum iuſtè gerendũ eſt.

2. Vt innocentibus non noceatur.

Nullum ſiquidem dubium eſt, quin bellum aliàs juſtum, impium & injuſtum fiat, ſi licita media, modus debitus non obſeruetur, qui in eo præcipuè conſiſtit, vt nulli innocenti, pueris nimirum, ſenibus, mulieribus, religioſis, locis ſacris, litteratis, ſedibuſque litteratorum, ſiuè Academijs Xenodoxijs & ſimilibus, quantum fieri poteſt, noceatur: captiui, in bello non occidantur, ſed lytro ſoluto dimittantur, magnates alea belli victi humaniter tractentur.

3. Carolus Andegauenſis qualiter iniuſtum bellū ſuum fecerit.

Quocirca omnium hiſtoricorum linguis vapulat Carolus Andegauenſis, à Pontifice vtriuſq; Siciliæ regno donatus, quod Conradinum legitimum (vt præ ſe ferebat) eius regni hæredem, & ex Hohenſtauffenſium Imperatoria familia vltimum, per inſidias victum, & à piſcatore proditum, vna cum Auſtriæ duce Friderico, carnificis manibus obtruncare juſſerit. *D. Lanſius Orat contra Gall. 282. D. Speidel in Synopſi hiſtoriæ pag. 462.* Atque funeſtiſſimam horum Principum adoleſcentum mortem, *Nicol. Ciſnerus I.C. in ſingulari oratione ſua De Conradino*, (quam notabilis argumenti cauſa adſcribere placuit) *mæſtiſſimo ſtylo deplorat, hiſce verbis.*

4. Hiſtoria de Conradino & Friderico decollatis.

Sed vt ad Principes captiuos inquit, oratio mea reuertatur, Carolum, quid de his ſtatuendum placeret, tum præcipuarum Regi ciuitatum adminiſtratoribus & ſyndicis conuocatis, ad eos retuliſſe tum Pontificem; alioſque Principes conſuluiſſe reperio. Illi quos ſibi in conſilium ex ciuitatibus ſui Imperij & ditionis adhibuerat, ad voluntatem Caroli ſententiam ſuam dixiſſe referuntur. Pontifex Carolo, quod ſibi videretur, his verbis ſignificaſſe traditur: *Vita Conradini mors Caroli, & mors Conradini, vita Caroli* (qualem quidem non Clementis, ſed eorum reſponſum fuiſſe qui publicatis Conradini bonis locupletati, ea reddere, ni tolleretur è medio, metuebant; *tradit Bzouius Anno Christi, 1268.*)

5. Ottocarus quoq; Rex Bohœmię, ſuæ vtilitatis gratia, ne Auſtriam Friderico reſtituere cogeretur, (quam, quod Margaretam Friderici Auſtrij, qui nullam poſt ſe prolem reliquerat, ſororem in matrimonio haberet, poſt mortem Hermanni huius patris occuparat) de medio Principes illos adoleſcentes tollendos eſſe, ſuaſiſſe dicitur.

6. Cæterum cum plerique procerum & nobilium Gallorū, qui animum ab aſſentatione vacuum habebant, tum inprimis Robertus Flandrus, gener Caroli, alti atque generoſi Vir animi, non modo nobiliſſimos hos, & optimæ indolis adoleſ-

centes morte plectendos non eſſe, verum etiam impunè dimittendos, & affinitate coniungendos, ac Conrado Caroli filiam, Friderico neptem ex ſorore, nuptui dandas ſtatuebat. Sed atrocior ſententia vicit meliorem. Nam cum Robertus in Flandriam rediјſſet, adoleſcentes illi capitali ſententia ſunt condemnati: quod vbi ille accepit, ex Flandria Neapolim, quàm maximis itineribus, vt pro ijs apud Carolum intercederet, contendit: ſed antequam eo peruenit. 4. Calend. Decem. Anno ſalutis 1268. captiuis Conrado Hieroſolimæ & Siciliæ Rege, Sueuiæ Duce; Friderico, Auſtriæ & Stiriæ Duce; Gerardo, Comiti Piſano; Hurnaſemo, Sueuo, equite aurato; Henrico Caſtulonenſi, vna cum quatuor regni Baronibus, in forum, quà id purpura ſerici villoſi ſtratū erat, productis, Robertus Barenſis, primicerius ſcribarum Caroli, conſcenſo ſuggeſtu ad id exſtructo, ſententiâ de ſcripto recitatâ, omnes morti adjudicauit: præter vnum Henricum Caſtulonenſem, quem in perpetua vincula damnauit. Neci autem idcircò addictus non eſt, quod Abbati, qui eum Pontifici prodiderat, fidem ille dediſſet, extremum de eo ſupplicium ſumptum non iri.

Crimina quorum nomine capitis condemnabantur, hæc commemorabantur. *Quod pacem Eccleſiæ turbaſſent, quod falsò ſibi nomen regium ſumpſiſſent, quod vi regnum inuaſiſſent, quod Regem in diſcrimen mortis adduxiſſent.* Memoriæ eſt proditum, hac ſententiâ promulgatâ, Cōradum linguâ Latinâ in hunc Notarium ita inuectum eſſe. *Tune impure leno, ſcelerate furcifer, auſus es morti condemnare filium Regis? an neſcis pari in parem imperium, Iuriſdictionemq́ non eſſe?* 7.

Deinde negauit, vnquam ſe de injuria Eccleſiæ inferenda cogitaſſe: id ſibi propoſitum fuiſſe, vt regnum paternum atq; auitum, optimo ſibi jure debitum, repeteret: quo per nefas excluſus eſſet. Cæterum ſe ſperare propinquos maternæ proſapiæ, Bojorum Duces, Palatinos Rheni, reliquoſque Germaniæ Principes hanc mortem ſuam non inultam dimiſſuros. Tum vindice ſceleris Deo inuocato, ad Chriſtum judicem prouocat. 8.

Poſtremò detractâ de manu alterâ chirothecâ, & in populum abjectâ, ceu translatæ poſſeſſionis, juriſque ſui ſigno, Petro Tarraconenſium Regi (vt Germanorum Annales tradunt) Conſtantiæ Manfredi filiæ, patruelis ſuæ Marito legat: eamque chirothecam à quondam equite aurato exceptam, & ad Petrum Tarraconenſem allatam. 9.

10. Germani quoq; ſcriptores litteris prodiderunt; Conradum iam moriturum, annulum ſuum ſignatorium Henrico Baroni Walepurgenſi (cuius poſteri hodie ſunt hereditarij dapiferi Imperij Romani) tradidiſſe, vt cum ſuo nomine, Petro Tarraconenſi daret. Quo facto, Petrum hunc dapiferum aliqua Sueuiæ, quæ ſub imperio Conradi fuerat particula, & nobiliſſimæ illius gentis inſignibus donaſſe.

11. His à Conrado dictis actiſque, Friderico, Auſtrio primò caput amputatur. Id ſublatum Conradus exoſculatus, inſontis adoleſcentis & amici, quem ex complexu chariſſimæ matris ſuæ abſtractum, ad indignam hanc necem & tetrum ſupplicium abduxerit, caſum lachrymans deplorat. Mox in genua procumbens, à Deo porrectis in cœlum manibus, peccatorum ſuorum veniam ardenter precatus, magno, fortiq; animo ceruicem immotam carnifici præbens, capite truncatur. O grauem atque miſeram, Conrade, fortunam tuam: te nec adoleſcentiam tuam, nec nobilitatem, nec exempla cæterorum id ætatis Principum, in captiuis ſeruandis, â tam indignâ nece vindicare potuiſſe? te in bello captum, hoc ætatis flore, hac amplitudine, hac generis excellentia; cum patrem, cum auum, cum proauum, cum abauum, Cæſares & Imperatores haberes, non ſecus ac ſceleratum quendam infimæ fæcis maleficum, acerbum capitis ſupplicium ſubijſſe? Eodem necis genere Gerardus, Piſanus & Hurnaſemus Sueuus, ſunt affecti. Qui verò ſimul ex carcere in forum producti erant, quatuor Barones regni furcâ figuntur.

12. O horridum ſpectaculum: ad quod licet maxima hominum multitudo confluxerat, nemo tamen tam durus & ferreus, nemo tam inhumanus fuit, qui non, præſertim duorum adoleſcentum principum ætate, nobilitate, calamitate commoueretur, qui non lachrymas profunderet: præter immaniſſimum illum tyrannum, qui ea, quæ tanta ſæuitia peragebantur, truculentis oculis ex turri ſpectabat.

13. Ne tamen iſte nullum tantæ nobilitati honorem exhibuiſſe videretur, & ex crudelitate voluptatem caperet, alium carnificem ſubornauit, qui huic rei capitalis executori, qui generoſum illum & regium ſanguinem effuderat, caput præcidit. Interea vt eius crudelitas vlterius progrederetur, corpora capite truncata, quæ cruenta nemo ſine gemitu & lachrymis intueri potuit, vetuit ne quiſquam ante tolleret, neue ſe-

pelirct,

perijret, quàm ipſe mandaſſet, Conrado hoc eſt poſitum Epitaphium.

Aſturis vngue Leo pullum rapuit Aquilinum:

Hic deplumauit, acephalumq; dedit.

Digni ſanè verſiculi, tam barbarico & immani facinore.

Tam triſtis vitæ exitus fuit innocentium Principum, ſimili loco natorum; quorum Fridericus Auſtrius, nobiliſſimæ matri ſuæ Babenbergenſis proſapiæ; ex Carolo Magno oriundæ, vnicus filius, & hæres maſculus Ducatus Auſtriæ extitit. Conradus autem præſtantiſſimæ illius & nobilitate & virtute, Sueuicæ gentis vltimus fuit, quæ originem (vt & hic Pandolphus Colonutius teſtatur) à Franciæ regibus, Clodoueo & Carolo Magno traxit: ex qua multi & Imperatores & Reges præclari prodierunt: Ab iiſdem etiam maternum Conradi genus, Boiariæ Ducum familia deſcendit, quæ ipſa quoque inſignes Cæſares tulit. *Hæc ille.* 14

Finis denique belli, ſicut cauſa juſta, ita etiam bonus eſſe debet; quod ſi enim quis (*vt mox dictum eſt*) vel vltionem ſibi propoſitam habeat: vel gloriam ſpectet, & ex omni cauſa triumphum quærat: vel ad Imperium amplificandum omnia referat, is etiam in bona cauſa, tamen injuſtè militat. *D. Bernegger ad lib. 5. politic. Lipſii, c. 4.* 15. Finis belli ſit bonus.

Ille verò finis ſolum juſtus eſt, ſi ita bellum ſuſcipiatur, vt nihil aliud quàm pax, quies, tranquillitas & tutela quæſita videatur. *Cicero 1. De Offic.* Sapientes enim pacis cauſa bellum gerunt, & laborem ſpe otij ſuſtentant. *Salluſt. ad Cæſar.* Sed hac de re toto libro ſecundo agetur. 16.

DISCVRSVS. IX.

DE CAVSIS ET ORIGINE GRAVISSIMOrum, & recentiorum quorundam Europæ bellorum.

VErùm, vt præcedentia ratione cauſarum belli dicta, eò magis elucidentur, nonnulla ex recentioribus bella, qualiter nempè ea, vel ex leuibus injuſtis, aut abſoletis etiam cauſis, originem ſuam, artificioſè traxerint, ex hiſtorijs fide dignis, repetenda ſunt.

genſes, inquit, magnis operis & ſumptibus conabantur ad ſe deducere à Gandauenſibus Lyſam flumen: in eam rem alebāt quingentos circiter foſſores. Certiores autem facti Gandauēſes, tumultuari & quod magnum inde viderent detrimentum ad ſe redundare, impatienter ferre cœperunt. Erat autem tum Gandaui quidam mirè factuoſus & popularis, Ioannem Leonem vocabant, qui ſtudium & cogitationem omnē huc conferebat, vt populum aduerſus Principem ſuum inflammaret.

Is rogatus à vulgo, & conſultus quid facto opus eſſet, oratione & vultu compoſito reſpondit, cœptum hoc à Brugenſibus minimè tolerandum: ſed veterem quendam morem ciuitatis, laudatiſſimum quidem illum, ſed abolitum, eſſe renouandum: pùta vt qui libertatis veteris eſſent cupidi, pileo candido inſignirentur. Etenim habere Gandauos plurima & eximia præ cæteris priuilegia, paulatim antiquari illa & ſupprimi, magno ciuium malo & iniuria: futurum, adeò vt ſi conniueatur, nulla tandem ſuperſint. Olim ita floruiſſe ciuitatem, vt plerique potentes etiam viri, benè ſecum & feliciter factum putarent, ſi jus reliquorum ciuium, aut gratia, aut largitionibus, aut merito ſuo impetraſſent. Nunc eò deueniſſe rem, vt nullo beneficio vel commodo propoſito, nemo omniū magnopere in communem ſocietatem, fortunamq; ciuiū recipi velit. 5.

Ejuſmodi ſermone complurium animos erexit: & peſſimum quemq; facilè illi fuit ad ſe pertrahere, ferebant ſinguli pilea candida, & certo die collecti, ſumptis armis ibant oppreſſuri foſſores. Porrò etſi Flander obſecraret populum, vt alba pilea deponeret: miſit tamen circiter ducentos, qui Gandauum præter exſpectationem ingreſſi, Leonem & certos quoſdam alios in cuſtodiam abductos, populo ſubducerent: Verum iſtud adeò non potuit eſſe clàm, vt etiam Leoni ſuppeteret otium, & conuocandi & adhortandi ſuos oratione graui, vt, ſi quando alias, hoc potiſſimum tempore *libertatis retinendæ ſtudio*, fortiter pugnarent. 6.

Abductus igitur ſui ordinis hominibus circiter quadringentis in forum, præfecti manibus erepta Principis ſigna & diſcerpta, pedibus protriuit, ipſumque adeò præfectum intercmit: & vt certum ſuæ factionis numerum videret, produxit extra vrbem, & comperit ad decem fere millia. Ibi tum in concione varia multaque *de aſſerenda libertate* locutus, auctor illis fuit demoliendæ cuiuſdam arcis, nuper à Flandro ædificatæ, 7.

propterea quod ex ea plurimum incommodi inferri poſſet ciuitati. Facilè perſuaſum eſt ſeditioſæ turbæ; Leuiter cœperunt præſidio deſtitutam, ſpoliatamq́; incenderunt, ſimulante interim Leone dolore ſibi factum, & tanquam fortuito caſu eueniſſet, quod ſtudio & maleuolentia perpetratum erat, interpretante. Inſulis, oppido Flandriæ, in cœtu Nobilium & Equeſtris ordinis, grauiter queſtus de ſuperbiſſimorũ ciuium intollerabili faſtu, & injuria ſibi facta, ſic eos permouit, vt ſtudium & operam illi polliciti omnes, in omnem euentum paratos ſe dicerent. Ab hoc ſtatim in præſidia diſtributo milite, cœptum eſt bellum, cuius quidem, ea, quam dixi, eſt vera origo. *in Epitome hiſtor. lib. 2.*

8. Cauſa belli inter Burgundiam & Franciam.

Burgundici item & Franciæ, longè funeſtiſſimi belli, à quo ſcilicet plurima alia excitata fuerunt, cauſam & originem compendioſè recenſet, *Ioan. Sleidanus in fine Commentariorum Cominæi.* His verbis. Et principio quidem, videmus inquit duas potentiſſimas noſtri orbis familias. Francicam & Burgundicam, cõtinentibus fere bellis conflictari. Eius verò mali cauſam ab ipſa ſtirpe & radice inueſtigare oportet, *vt videri poſſit, quantæ ſit molis, natum ſemel inter potentes Principes diſſidium, ita componere, vt non ſemper aliquæ remaneant reliquiæ.* Sic igitur ſe res habet. Ad Ioannem Valeſium, Philippi Valeſij filium, Galliæ Regem, qui ante annos centũ & octoginta è vita deceſſit, delata fuit inferior Burgundia, quæ ducatus nomen obtinet. Is in prælio captus ab Anglis, apud Pictones, ac deinde mortuus in Anglia captiuus, filios reliquit quatuor, Carolum, Ludouicum, Ioannem & Philippum. Ad Carolum, natu maiorem delatus eſt principatus. Fuit hic eius nominis quintus, ac propter inſignem virtutem nominatus eſt Prudens. In diuidenda hæreditate, minimo fratri Philippo dedit Burgundiam à patre acceptam.

9. Philippus igitur Burgundiæ Dux, cognomento fortis & Audax, in matrimonium duxit Ludouici Flandriæ Comitis filiam vnicam, & auctus per eam fuit Arteſia, Flandria, Burgundia ſuperiori, quæ comitatus nomine cenſetur, Niuernenſi & Rethelenſi ditione. Ei ſucceſſit Ioannes filius. Regnabat autẽ tum in Gallijs Carolus Sextus, Caroli Quinti filius. Qui cũ exercitu profectus, vt Ioanni Britanniæ minoris Duci bellum faceret: vbi ad Ceromanos peruenit, inter equitandum, ſubito in mentis alienationem incidit.

Et quanquam per interualla morbus redibat: ſumma tamẽ

gubernationis erat penes ipſius patruos. Fratrem iſtæ habe-
bat Ludouicum Ducem Aurelianum. Inter hunc & Ioannem
Burgundiæ Ducem, Philippi Audacis filium, patrueles, orta
fuit *æmulatio quædam atq; ſimultas de Principatu*, dum ambo, per valetu-
dinem regis, primas adminiſtrationis partes obtinere ſtudent.

Augeſcente vero in dies magis atq; magis eo diſſidio, Dux 10.
Aurelianus, de nocte, cum paucis admodum comitatus do-
mum rediret, Lutetiæ fuit interfectus. Qui cædem fecerant,
profugerant in ædes, quas tum Flandriæ Comites ibi, vt ple-
rijq; alij proceres, habebant. Hoc poſtea cognitum fuit habi-
ta quæſtione. Poſtridie conueniunt patrui & propinqui Re-
gis: in his etiam erat Burgundiæ Dux Ioannes. Cumque de
perpetrata cęde grauis inſtitueretur ab omnibus querimonia:
Biturigum Dux animaduertit, in Ioanne vultum atq; colorē
mutari. Secedens igitur, priuatim cum eo & amicè loquitur:
rogat an ſit ſibi conſcius? Ille ſuſpirans, & in lachrymas effu-
ſus, fatetur ſubmiſſos à ſe fuiſſe percuſſores Tum Biturix, Heu
me miſerum, ait, qui vno die duos amitto conſanguineos.
Burgundus illicò diſcedens ab eo, quaſi mox rediturus, con-
ſcendit equum, & paruo comitatu profectus, incredibili ce-
leritate contendit ad Arebates, ac pontem à ſuis, qua tranſ-
ibat, reſcindi iubet, atq; ita incolumis euaſit.

Collectis deinde copijs, quoniam & deploratam regis 11.
valetudinem, & factionibus ſciebat diuiſos eſſe multorum
animos: incurſionibus Galliam vexabat, & Pariſienſem
populum habebat ſuis rebus fauentem, eoque deducta res
tandem fuit poſt multam diſceptationem, vt Carolus Sex-
tus, compoſitione cum eo facta, publicis literis fateretur,
cædem illam ſui fratris jure ac Reipublicæ bono factam fuiſ-
ſe. Verum, vt fieri ſolet in rebus, quæ parum firmo nitun-
tur fundamento, cum reliqui Principes & Ordines, Aure-
liani Ducis filij potiſſimum hanc regis conteſtationem im-
probarent, & ab eo, qui parum eſſet ſanæ mentis, profe-
ctam eſſe dicerent: recruduit odium, præſertim cum jam pau-
latim grandeſceret Caroli Sexti filius.

Renouatis igitur diſſidijs miſerrimus erat Galliæ ſtatus. 12
Angli enim, qui jam inde à Philippo Valeſio regis proauo,
illam vexauerant, hanc occaſionem conſpicati, grauiſſimū
ei bellum inferebant.

In his acerbitatibus, cœptum eſt cogitari de remedio & ſalute. Cumque Angli Rothomagum obſiderent, eo deducta res fuit, vt vtrinque data fide, Burgundus, & filius regis (Delphinum Galli vocant, qui poſtea dictus eſt Carolus, ejus nominis Septimus) apud Monſtrelum, viginti ſupra Lutetiam milliaribus oppidum, apud confluentem Sequanæ & Ionæ, in collocutionem venirent. Ibi tum Burgundus, in conſpectum Delphini, ad quem tranſierat, veniſſet à quibuſdã Aureliani Ducis familiaribus, quos ad colloquium Delphinus adduxerat, (Anno duodecimo poſt Aureliani cædem,) fuit interemptus.

Hanc patris necẽ, Philippus filius, cognomẽto Bonus vlciſcẽs, fœdere ſe conjunxit Anglis, & illorũ adiutus præſidijs per triginta duos annos continenter bellum Galliæ fecit. Tandẽ ſummorum Principum interceſſione, pax inter eum & Carolum Septimum facta fuit Atrebati, excluſis Anglis, qui nimium acres & duras leges proponebant.

13. Ea pacificatio prorſus erat ex vtilitate Philippi. Sic enim tunc afflicta fuit Gallia, vt tranquillitate & otio vehementer opus haberet. Inter alia Rex dabat Philippo Duci, & ejus liberis maſculis, agrum illum omnem & oppida, quæ ſunt ad Sòmiam flumen, ſub certa conditione, vt ex his commentarijs clarum eſt. Ea conſtituta pace, Rex quod voluit, conſequebatur. Nam belli ſummam & omne robur in Anglos, qui tunc bonam Galliæ partem tenebant, conuertit, eoſq; ex omnibus vndique locis tandem profligauit, ita quidem, vt ab eo tempore, præter Caletos, nihil hodie magnopere citra mare poſſideant. A morte Caroli Septimi, bellum quod ante vix magno labore ſedatum fuit, renouatum eſt inter ejus filium Ludouicum Vndecimum, & Carolum Philippi filium, vt ex his commentarijs conſtat. Quo interfecto propè Nanceium, Lotharingiæ Metropolim Rex Burgundicam domum acerrimè perſecutus, non modo Burgundiam vtramq;, ſed & Picardiæ & Artheſiæ bonam partem occupauit, ac bellum deinde geſſit cum Maximiliano Friderici Cæſaris filio, qui Caroli filiam vnicam, & florentiſſimarum ditionum hæredem, in matrimonium duxerat.

14 Compoſito tandem & hoc bello per connubium, & mortuo Ludouico, Carolus filius, eius nominis Octauus, grãdior factus Margaritham Maximiliani filiam, ſponſam ſuam, ante

annos

annos nouem ad ſe deductam, domum remiſit, & Annam Franciſci, Britanniæ minoris Ducis, filiam vnicam, Maximiliano publicè in Eccleſia per internuncium deſponſatam, vxorem duxit, vt Britannia cuius jam bonam partem occupauerat, ſine contentione potiretur, eamque pacatam haberet. Ibi denuò, quod nuper curatũ erat vulnus, recruduit, & grauiſſima ſunt exorta bella, propter hanc, quam Maximilianus factã ſibi putabat eſſe, contumeliam. Ac inter alia, cum Carolus regno Neapolitano capto, domum rediret: Maximilianus fœdere conjunctus cum Alexandro Pontifice Romano, Hiſpaniarum rege, Venetis, & Ludouico Sfortia, Mediolani Duce, prope Forum nouum, ad radices Appennini montis, illum adortus eſt. Verum ipſe tametſi multo inferior numero, ſingulari quadam fortuna peruaſit.

In publicis etiam Imperij decretis, extat quoddam Maximiliani poſtulatum, vbi à Princip: Germaniæ opem petit aduerſus illum, molientem res nouas contra Pontificem & Italiæ proceres. Ab ejus morte, delatus eſt Galliæ Principatus ad Ludouicum, eius nominis Duodecimum. Et quanquam de odijs non nihil iam remiſſum erat: tamen certa nulla fuit inter eos, aut conſtans amicitia, turbante omnia Iulio Secundo Pontifice, qui cum eſſet infeſtiſſimus Galliæ, traduxit ad ſe quæcunque potuit auxilia, & in his Maximilianum. Qui quoniam diutiſſimè regnauit: cum Franciſco etiam Valeſio, eius nominis Primo, Galliarum rege, inimicitias exercuit. Et ab eius interitu, quæ ſint conſecuta bella inter Carolum Quintum Cæſarem, Maximilianum nepotem, in quo Burgundica ſtirps, atque Caroli poſteritas renata eſſe videtur, & hunc ipſum Franciſcum; in recenti eſt hominum memoria. 15.

Ac eo ſolum hæc omnia ordine recitaui, & vt lucem aliquam adferrem his commentarijs, & oſtenderem inde ab illa cæde Ducis Aureliani, annis abhinc centum & triginta octo, ferè perpetuum fuiſſe diſſidium Franciæ familiæ cum Burgundica, quod eo pertinet, vt Principes ac ipſorum familiares, magnoperè caueant diſſenſionum occaſiones: Nato enim ſemel diſſidio, neceſſe eſt multas deinde præbere cauſas offenſionum, quod hic accidiſſe videmus. Dum enim perpetuis odijs ab illa cæde Aureliani & Burgundi, nouæ ſemper contentionum natæ ſunt occaſiones: Dum Cæſar ereptam ſibi, 16.

ſuiſque maioribus Burgundiam:& Galliæ Rex ademptum ab illo ſibi Mediolanum queritur: dum inſigni rerum facta viciſſitudine,quas per Italiam nuper, & noſtra memoria Reges Galliæ tenuerunt prouincias, Neapolitanum regnum & Inſubriam, Cæſar hodie poſſidet: videmus quo reciderint omnia, & quantum ab eo fonte prodierit malorum ad hoc vſque temqus, adeò ſumus experti, vt omnibus precibus â Deo petendum ſit nobis, quo familias illas duas longè potentiſſimas, à quibus Europæ ſumma ferè tota dependet, antea ſæpè fruſtra reconſiliatas,firmis amicitiæ vinculis, ad ſui nominis gloriam ita conjungat, vt certò ſperare poſſimus,ac nobis polliceri, potentiam illius, qui latrocinijs & immaniſſimo belli genere nos perſequitur, non eſſe longius progreſſuram. *Hac vſq; ille.*

17. Italiã ſæpius fuit deuaſtata Verum de principalioribus vniuerſæ Italiæ bellis, quomodo ſcilicet illa à Gothis,Hunnis, Longobardis, Vandalis & alijs barbaris populis diu multumq; miſerè fuerit vexata, & aliquot ſæculis, vſque ad tempora Othonis Regis Germaniæ, miris calamitatibus continuò depreſſa, videre eſt *in compendio Barbaricæ hiſtoriæ*, non ita pridem à *D. Ericio Pateano*, Louanienſis Academiæ etiam Eloquentiæ Profeſſore celeberrimo, in lucẽ magna cum vtilitate, edito: ad quem beneuolum Lectorem remitto.

18. De bello Neapolitano. De belli autem Neapolitani cauſa & origine *Waſſenberg.* ſequentia breuiter complectitur. Ad potentes paulatim *inquit,* in Italia Romanos Pontifices, Neapolitanum, & vtriuſq; Siciliæ regnum, teſtamento deuolutum eſt. Hoc Francis illi feudatario jure conceſſere. Sed de Gallorum inſolentia conquerentibus ſubditis, Arragonios vocauerunt in ſubſidium Reges, qui vtramque Siciliam & Italiam non contemnendam rati, vtrumque regnum ſubditorum fauore occupauerunt: hinc vetera in illis regnis bella, & vetus de illis regnis quæſtio: *de bello Ital. fol. 176.* Iocoſq; hac de re vide in Italico tractatu intitulato, *li riggnagli di parnaſſo: & Pietra di Paragone Del Boccalini.*

19 De bello Mantuano. De Mantuano bello *Idem Waſſenberg.* Vincentio Mantuæ Duci, ait, ex hac vita migranti, Carolus Niuernius Gallicanus Princeps, vtpotè patrueli ſuo, ſuccedebat, & Mantuanas pariter ac Montisferrati ditiones, agnationis jure apprehẽdebat. Et peracta erat ſine bello ſucceſſio, niſi inconſulto Cæſare, feudi Domino, inaugurationem maturaſſet. Mox itaque cum

Ferdi-

Ferdinando II. Imperatore, Hiſpanus & Sabaudus (cui cum Mantuanis Ducibus antiqua ſuper Montisferrato lis eſt) indignantur. Sic vetera partium inter Hiſpanos & Gallos ſtudia recruduerunt: Illis Galliæ Regibus aditum in Italiam inuidentibus, his ſe magno Italiæ principatu eleuari gaudentibus, itaque ad arma neceſſariò ventum, &c. *d. lo. fol. 178.* huius etiam belli meminit *Anonymus* ille Gallicus, in libello ſuo, *Del' intereſt des Princes & Eſtats de la Chreſtientè. par. 2. diſc 7 fol. m. 263.*

So iſt auch zu mercken / gleich wie jetziger zeit zwiſchen Hiſpanien vnd Portugal / wegen auffwerffung eines newen Königs / ein groſſer Krieg ſich erhoben / Alſo auch im Jahr 1579. Als der König in Portugal Sebaſtianus, in der groſſen Kriegs Expedition in Africa vmbkommen / vnd der Cardinal von Portugal / als ein vice Rex von den Portugeſern angenommen / endtlich aber auch Todts verfahren / richtete der König Philippus in Hiſpanien ſein Anſchlag gentzlich dahin / dieweil ſeine Mutter Königs Johanſen / diſes Namens deß dritten / Schweſter geweſen / die Cron von Portugal durch erbliche ſucceſſion nunmehr auch zuerlangen. Es hatten aber die Portugeſer mehrentheils geringen Luſt darzu / warffen einen natürlichen vom Königlichen Stamme / Don Antonio genannt / für einen König auff / vnd gereichet alſo der Handel zu einem offentlichē Krieg / darob zwar die Statt Liſabona ſambt andern mehr / in Königs von Hiſpanien Gewalt kam / biß endtlich beede Armaden Anno 1582. bey der Inſul zu St. Michael / mit Feindtlichem Gewalt vnnd Grimmen aneinander kommen / vnd würde nach vilfältigem / vnnd beederſeits hefftigem ſchieſſen / Don Antonio mit verluſt / vnd gefängnuß viler nambhaffter Leuthe / Frantzoſen / vnd Portugeſern in die Flucht geſchlagen. *Heluic. in Cæſare victor. lib. 4. fol: 91. & ſeq.* De bello interHiſpanos & Portugalenſes.

Nunc breuiter etiam de recentioribus Germaniæ bellis, eorumque origine & cauſis. Et primò quidem occurrit, funeſtiſſimū illud Bohemicum bellum, incenſiuum quidē plurimorum aliorum hactenus ſecutorum bellorum, quibus totius penè Europæ Principes detenti, plurima & grauiſſima prælia commiſſa, & vltra trecenta millia hominum occiſa fuerunt. *l'Intereſt des Princes. par. 2. diſcurſ. 6.* Eius verò introductionem & originem breuiſſimè deſcripſit idem *Waſſenb.* hiſce verbis. Caluini dogma gliſcebat, & è Gebennenſi lacu exortæ nebulæ, non per Galliam modò, ſed Germaniam quoque diffuſæ, nonnullorum Principum oculos menteſq; adeò obſcurauerunt, vt quaſi veneficio quodam transformati, veterum Sar- 20. De bello Bohemico.

matarum

matarum inſtar, pacem non agnoſcerent. Hic nempè illius hæreſis genius eſt, vt quorum animos intus turbauerit, eorũ ad turbandas extra prouincias, jugi ſemper vtatur miniſterio. Itaq; cum Templa prius, & bona Eccleſiaſtica occupaſſent, præſulatus deglutiſſent, non ſuæ terræ limitibus contenti, vicinos quoque Epiſcopatus inuaſere.

21. Eos tamen cum diffidentia ſubiiſſet, ne quæ rapuerant, reddere paulatim cogerentur, authoribus Frederico Electore Palatino Rheni, Chriſtiano Anhaltino Principe, & Ioachimo Erneſto Brandenburgico, cognomento Anſpacenſi, conſpirationem fecêre. Sollicitati etiam Vicini Principes, & præter opinionem ſucceſſit ex voto: Alios auaritia, alios metus judiciorum, alios etiam egeſtas traxit. Acceſſerunt itaq; cum alijs magno numero proceribus, Mauritius Haſſiæ Landgrauius, Ioan: Fredericus Wirtenbergiæ Dux, & Georgius Fridericus Marchio Durlacenſis.

22. Sed quoniam non leue momentum ad rem benè gerendam videbatur, vrbes Imperiales, per omnes Imperij Prouincias variè ſparſas, conſpirationi adjungere; multorum Senatorum empta proditio eſt: quorundam autem caſu eſt facta acceſſio. Interim Imperator, juſtis legitimiſq; de cauſis, fulmen Imperiale in Ciuitatem Donavvertenſem, contorſerat: in cauſa erant, læſæ leges, & in multis violata religio; & in ſæculares vſus verſa Eccleſiaſtica bona. Pupugit hoc plurimas imperij vrbes, eidem omninò culpæ obnoxias.

23. Inuitatus etiam Elector Saxo, ob oculos poſita paritate cauſę: qui tamen prudenter homines Tireſiâ cæciores ſpreuit, nec tam priuatim, quàm publicè in Comitijs conſpirationem deteſtatus, fidus Imperatori ſuo ſtetit. Illi autem animis jam armiſq; paratis, vnam bellandi occaſionem exſpectabant, donec tandem per Bohemorum rebellionem in apertum bellũ euenerit. Bohemi enim olim per Ioannem Huſſium, & Hieronimum Pragenſem in hæreſin nefandam tracti: cum eâ turbas illicò, diſcordiaſque ſumpſerunt, & ab ipſis incunabulis ſub famoſo ſuo Ziſca & Podiebrachio, publicæ pacis turbatoribus, nunquam ad priſtinæ concordiæ integritatem reuerſi ſunt: Anno igitur 16 1 1. templum ſine conſenſu Abbatis legitimi Domini ſui Brunauiæ moliuntur; Imperatorem Matthiam prohibentem contemnunt, conjurationem faciunt: conſiliarioſque Cæſaris eos ad pacem adhortantis, Anno 1618.

23. Martij à feneſtris deijciunt, & dein Matthia defuncto, Imperatori Ferdinando in Regem Bohemiæ legitimè prius coronato, per ſummum nefas, ſub defenſionis tamen larua, quaſi legitimum Regem nullum agnoſcentes, abdicant.

Vnum Ferdinandum qui venditare ſe poſſet, tyrannum, non Regem eſſe; vtpotè non liberè electum, ſed violenter intruſum, cum apud Bohemos ius electionis liberæ ſemper viguerit: Itaque ſacrilegè alium ſibi Regem tota Germania quęrunt. A Saxone, Bauaroque contempti, à Frederico Palatino (vxore ejus Eliſabetha ex regio ſanguine, regios ſpiritus dudum gerente) gratis amplexibus ſuſcepti, in Bohemiā properatum eſt, & quem illegitimè conjurati elegerant, illegitimè quoq; per ſummum nefas coronarunt. Mox confœderati ſupradicti Principes ſummam illam rerum tempeſtatem ſentientes in exitium Imperatoris emerſerunt. 24.

Itaque ad arma pari alacritate feſtinatum eſt, & in partes tracta tota propemodum Europa. Pro Palatino ſtabant Bohemi, Moraui, Sileſij, Luſatij, Auſtriaci ſuperiores, ac demum Hungari: Stabant etiam ſupradicti Principes, Anhaltinus fax omniū. Ioan: Fredericus Dux Wirtenbergæ. Mauritius Landgrauius Haſſiæ. Ioachimus Erneſtus Marchio Anſpacenſis, & Georgius Fredericus Marchio Durlacenſis. Stabant cum pleriſq; ciuitatibus imperialibus Scoti, Britanni, Bataui, ſollicitati Turcæ & Tartari. 25.

Nec defuêre ſui, Ferdinando Imperatori fautores. Magno inprimis Reipublicæ Chriſtianæ bono, in fide Cæſari & Imperio debita, perſtitêre Saxo & Bauarus: adfuêre tam religione quā cognatione tracti, Hiſpaniæ & Poloniæ Reges, cū Coſmo Magno Etruriæ Duce, Albertus Sereniſs. Belgarum Princeps. Et cum non tàm Cæſaris, quàm Eccleſiæ res ageretur, cū Electoribus Eccleſiaſticis adfuit Romanus Pontifex. 26.

Illinc belli Duce Anhaltino, amplius viginti quinq; millibus res gerebatur. Hinc Sereniſſimus Bauariæ Dux Maximilianus, rebus poſtea ſtrenuè geſtis clariſſimus, & cum Ioanne Tillio, Carolus Longeuallius, Comes Buquoius (quem vnū, rebus omninò mutantibus, quaſi Xantippum Albertus Belgarum Princeps, Ferdinando II. patrueli ſuo ſubmiſerat) egregij belli Duces, pari propemodum numero præliabantur. 27.

Huc vſq; ille. de bello Bohem fol. 17. & ſeqq. Videatur Heluicus in Cæſare Victor. lib. 6. fol. 172. vbi huius belli principium fuſè refert.

28. Bellum Danicum Hoc bellum, mox Anno 1622. ſecutum eſt bellũ Danicum, vnum quidem titulo, ſed victoria multiplex. Hoc enim Magdeburgenſes, Brunſvvicenſes, Bremenſes, Luneburgenſes, Megapolitanos, Holſatos, Danos, totam denique Cimbricam Cherſoneſum, vnâ veluti ruinâ pariter inuoluit: Cauſa tàm lati belli propè erubeſcenda, & vnde minimè putabatur, tantum exarſit feralis belli incendium. Quippe cum Erneſtus Mansfeldius & Chriſtianus Brunſvvicenſis, â capite ad calcem totam popularentur Weſtphaliam, Ioannem Iacobũ Comitem Anhaldinum, & Ioann: Trerclaſium Tillium, binos cum ſuis copijs Cæſaris Generales eo attraxerant, & cum ſummis vtrinque finibus certaretur, vnà ab omnibus Weſtphalia miſerè lacerabatur. Atqui ne inferioris Saxoniæ circulus vicino quaſi incendio corriperetur, aſſentiente Cæſare, militem ſcripſerat: Conaturus nempe, lecto in Generalem Chriſtiano Quarto Daniæ Rege, ne quid Reſpublica damni pateretur. Proba cauſa, niſi illam prauis quibuſdam conſilijs aliqui corrupiſſent. Frederici Palatini ejectio multos malè habebat Principes: Præſertim cujus ê re maximè erat

29. Socerum Iacobum Sextum magnæ Brtanniæ Regem.

Sed hic pacificus omnino Princeps conditionibus potius, quam armis reſtitutionem vrgebat: imò vnicum Regnorũ ſuorum hæredem filium, Carolum Walliæ Ducem, in ipſam vſque Hiſpaniam miſit, matrimonium filij cum Regis illius ſorore Maria obtulit, & magnam Catholicis in Anglia libertatem promiſit, dummodo Palatini ratio haberetur, & reſtitutionem ejus procuraret: ſed neſcio quid inchoatum prope matrimonij vinculum ſoluerit. Tanto certè odio exarſere in inuicem repentè Reges, vt Britannus miſſo in Galliam filio, Chriſtianiſſimi Regis Ludouici Decimi Tertij ſororem, Henricam Mariam, ei impetrauerit; & rupta cum

30. Hiſpano pace, nouo cum Gallis matrimonio, nouis fœderibus jungeretur.

Et quoniam reſtitutionem Palatini pacis legibus deſperabant, armis procurandam cenſuerunt. Hoc autem cum melius & oportunè magis, quam per latera Daniæ Regis (nempe qui paratum, titulo defendendi circuli, exercitum minori ſuſpitione aleret) fieri non poſſet, Legatos mittunt. Anglia centena quadraginta Ioachimicorũ millia, Francia centena Coronatorum cum multis bellatorum millibus pollicebatur.

Inſuper vnitæ Belgarum Prouinciæ, naues, copias, & ſuas vltrò offerentes opes, noua ſubjecta quaſi face accendebant animum. Hæc tanta promiſſa, hæ oblatæ vires, hæc verborum lenocinia, totum in bella rapuêre Regem. Cumque bellorum ſumptus & onera, inſuper Cæſaris & fortunarum ſuarum vires, jugi calculo diſpunxiſſet, vt in extremos ſumptus paratus eſſet, ſuus in belli ſocietatem circulus neceſſarius videbatur: ſed fuco opus erat, vt pelliceretur, & faciliores fore ipſi Principes, quam circuli ordines, apparebat.

Igitur Lauenburgi conuentus indictus, & nouo fœdere juncti Rex Daniæ, Adminiſtrator Magdeburgicus, Præſul Bremenſis, Dux Brunſvvicus, Megapolitani, & Holſatus Duces: & dudum ad Circuli Saxonici defenſionem conſcriptas copias, augendas eſſe decernunt. Mox vbique noui delectus, qui ſuſpecti, non vanè, Cæſari, monitoriales ſæpe literas extorſêre: ſed illi literis ad ludibrium, delectibus ad bellum abutebatur. &c. *Waſſenberg d. lo pag. m. 94. & ſeqq.* 31.

Plura de huiuſmodi recentioribus & quidem Italiæ bellis, videri poſſunt apud *Franc. Guicciardin.* quorum cauſam *D. Martha de Iuriſd. p. 1. c. 41. n. 40.* partialitati adſcribit. Nam licet inquit, bellorum Italiæ cauſam alij amænitati prouinciæ æmulæ vicinis aſſignent: Alij quia Italia eſt longa, ita quod duæ extremitates ſibi ſuccurrere nequeant: Alij propter celerem mutationem Beatiſſimi Pontificis, quæ ſic ſolet contingere. *vt Egidius de regim. Princ. lib. 4 c. 6.* Vel quod Imperator in ea non reſideat, *vt Petrarcha Epiſtolar. lib. vlt. Epiſt. 19. incip. Quo te.* Vel inter plures Principes de Iuriſdictione diſſenſio. *Dec. in c. nouit. col. 5. De Iudic.* Alij denique acumini ingeniorum, de facili propterea varietatem appetentium, *vt F. Hieron. de Ferraria in lib. de regim. ciuit. Floren. tra. 3. c. 3.* Veriorem tamen Italiæ bellorum cauſam, eſſe partialitates ipſius arbitrati ſunt, *Andr. in Princ. tit. De pace tenenda. Iacob. Signorol. in tract. Gallico. de decem tranſitib. de Gallia in Ital. fol. 6.* quia vt Saluſtius, quē citat *Morus in Republ. Vtopia. fol. 26.* Hi, quibus opes nullæ ſunt, bonis inuident, malos extollunt, vetera odère, noua exoptant, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent. vt dicit *ex Thucyd. Æneas Siluius. Epiſt. 59.* qui nunquam quieſcunt, nec alios quieſcere permittunt. Idcirco cum hæ partialitates ſint, ſicut portæ patentes ad introducendos inimicos; propterea Galli, Heluetii, Hiſpani atque Theutonici, omnes eorum pugnas veniant committere in Italiam, cum maximo Italorum diſcrimine & jactura, a- 32.

deo vt Itali olim gentium victores, nunc propter partialitates vincenrium præda fiant, *vt ait Petrarcha Epiſt. 96. incip Inter multiſida.* De bellis Belgicis, vide *D Nicol. Burgund* & *R.P. Fam. Strada Soc. Ieſ.* de Galliæ; *Relatio Mercure Francois.* item Germaniç bellis, *Theatrum Europæum.* ſingulariter autem modernus ille Nicolai Heluici Tractatus, qui inſcribitur, *Cæſar Victorioſus, ſiue Theatrum hiſtoricæ vniuerſalis Catholico: Proteſtantium* in folio Francofurti, ante paucos menſes impreſſus.

DISCVRSVS. X.

DE BELLI DENVNTIATIONE.

1, Bellum iuſtum per feciales denũtiatur. BEllum vt juſtum ſit, per feciales ſemper denuntiandum, res repetendæ, & noſtrę apud hoſtes injurios quærimoniæ exponendæ ſunt. *Liuius lib. 4:* Qui enim alicui bellũ indicere conſtituit, neceſſariò tenetur id ei prius per Legatos (quos feciales, item patres patratos, Herolde appellant) vel per literas denuntiare, & monere eum, vt præſtet quod debet, veluti rem, quam per violentiam detinet, reddat.

2. Deinde ſi denuntiatione illa, & admonitione ſpreta, nolit præſtare aduerſarius, quod petitum eſt, bellum ei per feciales illos indicit: quem belli indicendi actum, diffidationẽ vocant. *Keckerman, Syſtem. polit. lib. 1. c. 29*

3. Eſt iuris diuini. Et hanc denuntiationem juri Diuino conſentaneam eſſe, apparet, *Deut. c 20.* vbi ita ſcriptum legimus: Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacẽ. Si receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: Sin autem fœdus inire voluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam.

4. Eſt etiam iuris gentium. Atque hunc morem Ethnici, priuſquam venirent ad arma, ſolenniter ſeruare ſolebant: Nam Carthaginenſes cum bello petere vellent Romanos, haſtam miſerunt Romam. *Cælius lib 2. lect. antiq. c. 16.*

5. Mos Romanorũ. Similiter obſeruarunt Romani. *Varro lib. 2. de vitæ populi Romani.* Priuſquam, ait, indicerent bellum, ijs, à quibus injurias factas ſciebant, Feciales Legatos res repetitum mittebant quatuor, qui ſi poſtulata, impetraſſent, fœdus cum ijs feriebant, ſin minus, re deliberata bellũ indicebant. *Liuius item lib. 1. dec. 1.* Legatus

inquit, vbi ad fines eorum venit, vndè res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen eſt) audi Iupiter, clamat, audite fines (cujuſcunq; gentis ſunt, nominat) audiat fas. Ego ſum Publicus Nuntius Populi Romani juſtè, pieq; legatus venio, verbiſq; meis fides ſit. Pergit deinde poſtulata. Inde Iouem teſtem facit: Si ego injuſtè impieque illos homines, illaſq; res dedier nuntio Populi Romani mihi expoſco, tunc patriæ cōpotem me nunquam ſinas eſſe. Hæc, cum fines ſuprà ſcandit, hæc, quicunq; ei primus vir obuius fuerit, hæc, portam ingrediens, hæc, forum ingreſſus, paucis verbis carminis, concipiendiq; jurisjurandi mutatis, peragit. Si non deduntur, quos expoſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſolennes ſunt) peractis, Bellum ita indicit. Audi Iupiter, & tu Iuno: Quirine, Dijq; omnes cœleſtes, voſq; terreſtres, voſque inferni audite. Ego vos teſtor, populum illum (quicunq; eſt nominat) injuſtum eſſe, neque jus perſoluere; ſed de iſtis rebus in Patria maiores natu conſulemus, quo pacto jus noſtrum adipiſcamur.

Cum his Nuntius Romam ad conſulendum redit. Confeſtim Rex ex his fermè verbis Patres conſulebat. Quarum rerum, litium, cauſarum condixit Pater patratus Populi Romani Quiritium Patri patrato priſcorum Latinorum, hominibuſq; Latinis: quas res non dederunt, nec ſoluerunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, ſolui oportuit, dic, inquit, ei quem primum ſententiam rogabat, quid cenſes? tum ille; puro, pioque duello quærendas cenſeo, itaq; conſentio, conſciſcoq;. Inde ordine alij rogabantur: quandoq; pars maior eorum, qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat conſenſu fieri ſolitum. Vt Fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtā, ad fines eorum ferret, & non minus tribus Puberibus præſentibus diceret: Quod populi priſcorum Latinorum, hominesque priſci Latini aduerſus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt. Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priſcis latinis juſſit eſſe, Senatuſq; populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, vt Bellum cū priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego, Populuſq; Romanus, Populis Priſcorum Latinorum, hominibuſq; priſcis Latinis Bellum indico, facioq;. Id vbi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. *Bócer de bello c. 5. n. 5. lib. 1.* 6.

Ex qua re videmus, quod non ſtatim poſt denuntiationem 7. Denuntiatis ſpatium relin-

quendũ eſt. factam, ad arma & hoſtilitatem progrediendum (quemadmodum Cyrus, qui Arminiæ Regi bellum ſimul intulit & indixit. *Xenophon 2. Inſtitut Cyri.*) ſed ſpatium relinquendum ſit ei: cui bellum indictum eſt, vt ſe quoque aduerſus vim præparare, vel an cedere malit, deliberare poſſit, quod ſpatium, vt modò dictum, apud Romanos trium & triginta dierum erat.

8. Solennitates denuntiationis variæ erunt. Et hanc quidem belli denuntiationem multis ſæculis obſeruatam, ſolennitates verò alijs modis celebratas, & ſecundũ cuiuſq; regionis morem, continuatas fuiſſe, paſſim teſtantur Hiſtoriæ. Bellum enim non cenſebatur legitimum, niſi præceſſiſſet denuntiatio. *Gentil. de Iure belli l. 2. c. 1.* Et hic mos etiam apud Turcas ſolennis & receptus erat. R. A. zu Augſpurg de Anno 1566. §. auff vnſere weiter. in fine ibi: auff ſolchen fürgenommenen Hauptkrieg/ offentlich ſeinem brauch nach publicieren, vnnd außruffen laſſen. Sic Antiochus cũ inuaderet Ægyptum, miſſus ad eum à Romanis Legatus Popilius eſt, qui nuntiauit Antiocho populi Romani nomine, vt cederet ex Ægypti finibus, neq; Iuniorem Regem Philometorem bello infeſtaret: nam ſtatuiſſe Romanos, ſua ope in Regno eum conſeruare. Ad quæ reſpondit Antiochus, ſe deliberaturum ſecum, quid eſſet facturus: cæterum nullum deliberandi ſpatium concedere volebat Popilius, ſed haſta ſua circulo circa Antiochum ducto, jubebat fateri eum jam jam, priuſquam excederet circulo illo, cedere ne vellet ex Ægypto, an non: Territus hac ſeueritate & conſtantia Popilij Antiochus, (nouerat enim & metuebat potentiam Romanorum) vltro ſe ceſſurum promittebat. *Carion. Chronic. lib. 2. fol. 155.*

9. Sic quoq; *Froiſſard. hiſt. lib. 2.* poſtquam Ioannes, *inquit*, Heinrici Caſtiliæ Regis filius, ex communi prouinciarum & ordinum voluntate in regni ſucceſſionem admiſſus eſt, Ferdinandum Luſitaniæ Dominum ea res grauiter offendit, puta, eum, in ampliſſimæ ditionis adminiſtrationem euectum, exhæredatis regijs filialibus, quarum ille vnam Lenclaſtrè, alteram illius frater, matrimonio ſibi junxerat. Commotus igitur rei indignitate, bellum denuntiauit Hiſpano, petitis ab Anglo ſuppetijs.

10. *Idem lib. 4. fol. 268.* Galleatius Mediolani Dux ait: Comiti Sabaudiæ, cuius ſororem duxit, aureorum centum millia dependit: Filium habebat ejuſdem nominis, qui Ioannis Regis Galliæ filiam vxorem habuit, depenſis francorum ſexcentis millibus,

pro liberatione ſoceri ſui Anglis obligati. Iunioris Galleatij filia Valentina, Ludouico Duci Aurelianenſi, Caroli VI. fratri germano nupſit, verũ non prius, quam ille futuro genero decies cẽtena francorũ millia numeraſſet: Sed à morte Patris Galleatius Iunior Patruum ſuum Barnabam ex inſidijs captum necauit: Valentina verò Duci Aurelianenſis Vxor, multum ambitioſa mulier, nihil æque optabat, atque maritum ad regij ſceptri faſtigium, qualibet etiam arte, peruenire. Pleriq; adeò de illa ſuſpicati, quod ipſius veneficijs mens eſſet excantata Regi, propterea quod Filiũ ſuſtuliſſet è conjuge formoſum & æqualem regio: dum enim vterq; puer in cubiculo ex more colluderent, abiectum eſt pomum veneno tinctum in eam partẽ, vbi regius erat: ſed puer quod mirum videri poſſit, abſtinuit: & alter poſtea cum non obſeruaretur, arreptum illud vbi deguſtaſſet, paulò poſt exſpirauit. Galleatius Pater vbi hæc de filia comperit, vehementer concitatus, ad Gallum miſit Legatos: qui cum minus patienter eſſent auditi, ille ſub idem tempus, quo in Hungariam expeditio fieri cœpit, bellum denuntiauit in Galliam.

Similiter Eduardus Quartus Rex Angliæ, Ludouico XI. 11.
Regi Galliæ bellum denuntiauit. *Comine. in Epitom. hiſt lib. 5. fol m. 492.* Eduardus inquit: antequam Darnerno proficiſceretur, datis ad Regem literis, bellum ei denuntiauit. Earum literarum, quæ ſanè perquam eleganter ſermone Gallico fuerunt conſcriptæ, hæc erat ſumma: Vt Galliæ poſſeſſionem, quæ jure ad ſe pertineat, ſibi reddat, quo nobilitatem & ordinem Eccleſiaſticum priſtino juri & libertati reſtituat. Id ſi non impetret, earum calamitatum, quæ poſtea ſint ex hac injuria naſcituræ, culpam à ſe remouere: Quæ quidem conteſtationis formula eſt vſitata Principibus, dum alter alterius hoſtem ſe profitetur. Rex vbi ſolus eas literas legiſſet, in Veſtiarium ſe recipit: & accerſito feciali, incipit: Sibi certò conſtare, Euardum nõ ſua ſponte, ſed impulſum à Carolo, & multitudine huc deſcendiſſe &c. In eam rem vbi multa dixiſſet, dabat ei trecentos aureos, & ſi pacificaretur, promittebat mille: palam verò juſſit ei dari triginta vlnas pretioſiſſimi panni ſerici. Fecialis ad ea reſpondit, ſe quidquid ad pacem vllo modo conferre poſſit, libenter eſſe facturum: exiſtimare ſe Regem Eduardum non fore difficilem aut nimis durum &c. *Hæc ille.*

Legitur etiam apud *Facium lib. 6. p. 169.* Chirothecâ militari ob- 12

latâ

latâ Alfonſum Regem Arragoniæ â Renato prouocatum ad bellum, non aliter, quam literæ Clarigationis, Feindt- vnd Abſagſchrifft/ per pueros mitti ſoleant: quarum quidem requiſita ex ijs, quas Proteſtantes ad Carolum V. Cæſarem, Anno 1546. *Scleid. lib. 17 p 420.* Idemque Ferdinandus Rex Romanorum, & Mauritius Elector Saxoniæ Anno 1553. ad Albertum Marchionem Brandeburgicũ miſerunt, pateſcere poſſunt. *Idem Scleid. lib. 25. p. 637.*

13. *Imperatores rebelles ſuos prius admonebant.*

Quemadmodum etiam Matthias & Ferdinandus, Imperatores pijſſimæ memoriæ, hoſtes & rebelles ſuos, tam Bohemos, & Principes Saxonici circuli, quam Ruſticos Auſtriacos, & alios complures, priuſquam bella etiam juſtiſſima & neceſſaria cõtra eoſdem pararent, ex innata eorum clementia, ad pacem adhortari non intermiſerint, in compendio memorat *Euerh. Waſſenb. in comment. de Bello p 25 98 & 135.*

14 *Defenſiuum bellum non eget denuntiatione.*

Verum Prædicta Denuntiationis obſeruandæ præcepta de offenſiuo tantum bello intelligenda erunt: nam ſi quis ſui defendendi cauſa bellum gerere neceſſe habet, cum denuntiationem ab hoſte acceperit, vt viciſſim denuntiet, opus non eſt. Ius enim defenſionis ei omnia, quæ contra hoſtem honeſtè ſuſcipiuntur, in manus dat. *Puis qu' il me diffioit, il me ſemble, qu' il ſe deuoit tenir pour auerti, que ie me voulois defendre. Bellay. lib. 3. fol. 242.*

15. *Quando præterea non ſit opus denuntiatione.*

Sicut nec denuntiatione opus eſt aduerſus eum, qui non indicto bello prior nobis vim intulit: Iura enim violanti, jus redditur, ſi jus non præſtatur. *arg. l. cum proponas. C de pact.*

16. Perpetuis etiam hoſtibus, & quibuſcum nulla intercedit pactio, bellum non indicitur.

17. Item ſi periculum ſit in mora. Sic Pyrrhus *apud Plutarch. in vita fol. 789.* Spartanis bellum abſq; denuntiatione fecit, eò quod non tutum judicaret, hoſti indicare quid in animo haberet.

18. Rebellibus etiam & Defectoribus noſtris, qui noſtro ſuberant Imperio, & nulla cauſa ſe ſe eidẽ eximere conati ſunt, denuntiationem facere, neceſſe non eſt: quibuſcum enim bellum non fit, apud illos jura belli fruſtra vſurpamus.

19 Item ſi auxilium ſocijs feramus, bello ſe aduerſus hoſtem defendentibus, noſtrum non eſt bellum illi indicere, niſi fœderatus nobis ſit.

20. Poſt inducias etiam longas, vbi elapſæ fuerint, belli indictione opus eſſe non reputatur: atque has limitationes *ex Mart. Laudenſi. tract. de bello. quæſt. 29.* refert *D. Beſold. p. m. de iure belli. c. 5. n. 4.* Ex quis

bus omnibus facile colligere licet, cur hiſcé temporibus denuntiationes vix, ac ne vix quidem vſurpentur, ſed virtutis aut ſtratagematis loco potius habeatur, vbi quis alterum imparatum & neſcium, ex improuiſò adoriri, ac prius arma ad aliū finem ſe paraſſe, ſimulare poſſit.

Allhie iſt auch noch ein andere ſonderbare antiquitet zu beobachten/ das nemblich vor alten Zeiten/ ein König: oder Käyſerlich Gebott zum Krieg (welches Heribannus genannt ward) nach gehabtem Rath vnd gemachtem Abſchied/ den Ständen vnd Stätten deß Reichs allenthalben verkündigt worden/ daß ſich jederman/ den die Ordnung erreicht/ wider den Feindt in Bereitſchafft verfaſſen ſolle: Wer ſolchem Gebott zu wider/ entweder fürſetzlich/ oder auß vnerhöblichen Vrſachen/ vnd ohn deß Königs ſonderbahrer Erlaubnuß daheim verbliben/ der ware in deß Königs Bann/ das iſt in Straff 60. ſolidorum gefallen/ die man vnnachläßlich bezahlen müſſen. Sic Rudolphus de Burgundiâ, vt ſe ad bellum contra Nordmannos præpararet, Francis Heribanno denuntiauit. *Frodoard. in Chronic.* 21.

DISCVRSVS XI.

ADMINISTRATIO BELLI, IN QVIBVS conſiſtat.

Hactenus de primo Artis bellicæ objecto, de ijs ſcilicet, quæ ad bellum ſuſcipiendum maximè neceſſaria ſunt, tractatum ſatis: Ordo nunc vt ad eâ, quæ ad gerendum requiruntur bellum, recto quod ajunt pede progrediatur, flagitat.

Sunt autem in bello gerendo, tria obſeruanda potiſſimum: Apparatus, Viri, & Conſilia: R. A. zu Regenſpurg de Anno 1541. §. Nach dem aber folgends der Barbaroſſa. ibi, mit trefflichem Koſten/ in gegenrüſtung zuſchicken ꝛc. cum ſimilib. Hinc *Polybius*, Bella maxima inquit, non niſi maximo prius apparatu commeatus, pecuniæ, telorum, armorum, & exercitus noſtri, & ſociorum facto, rectè ſuſcipi, aut diu tolerari poſſunt. *lib. 2. hiſtor.* 1. Tria in bello gerēdo obſeruanda ſunt.

Ad apparatum vero referuntur res, ad omnem belli vſum neceſſariæ: quæ in tribus hiſce, Pecuniâ nimirum, Comeatu, & armis, quam maximè videntur conſiſtere. *Lipſius l. 5. polit. cap. 6.* 2. Apparatus belli quid contineat.

Vnde prudentiſſimus Athenienſium Pericles *apud Thucyd.lib 1* niſi ex præparato ait, hæc omnia habeantur omnis de bello cogitatio,fruſtranea erit,irrita, ac vana ; parandum ſiquidem prius,quàm exercendum bellum. *Veget.3 cap.3.*

Si enim illi, qui profectionem aliquam inſtituerunt, de comitibus, de viatico,de itineris conditione, aliiſq; de rebus cogitent: Arcem item ac domum exſtructuri, Ichnographiam & Schenographiam, operis futuri delineationem, ante videre cupiant,parent cœmẽtum,ligna,lapides,aliaq; ad eiuſmodi architecturam neceſſaria : Quanto magis diligens ac prouidus Princeps,priuſquam ſuſcipiat bellum,de copijs, expenſis & neceſſarijs ad id rebus ſollicitus, eiq; nihil prius, nihil antiquius eſſe debet. *Thucyd.lib.2.* Sed de his fuſius diſcurſu ſeq.

3. Viri quid denotẽt

Alterum in bello gerendo, quod ſpectandum maximè, Viros dixi, per quos nihil aliud, quam multitudo armata,'quæ eſt vel ad impugnandum,vel repugnandum apta atque idonea intelligitur: quæ bifariè rurſus vel in Duces, aut in Milites,equites vel pedites, quibus in bello ſummoperè opus,diuiditur. *Lipſ.d.lo.c.7.*

4. Conſilia belli quid comprehendant.

Conſilia ſequuntur, quibus arma profectò temperanda, vt neque temerè & incautè bellum inferatur: nec nimis diu geratur, nouaque ſiti ad alia aliaque properetur,'ſed in quæſitis potius, aut relictis acquieſcatur. Magnos enim Duces plura conſilio, quàm vi perfeciſſe, *refert Tacit.2.annal.* & Cæſar *Comment.1.* definijt, Non minus eſſe Imperatoris conſilio ſuperare,quàm gladio. Qua de re infra etiam fuſius.

5. De requiſitis adminiſtrationis belli.

Atque huiuſmodi ad adminiſtrationẽ belli neceſſaria requiſita,ſingulariter etiam attingit Amiratus, dum ita loquitur. Suſcepto igitur hoc modo bello, ex Reipublicæ voluntate pariter, atque ſua,cum opus eſt ac res poſcit, cum iuſtæ cauſæ intercedunt, cum integrum eſt Reipublicæ & commodum,ſic ejus difficultatem rex atque laborem ſuſtineat,vt ſibi imperij ſalutem commiſſam eſſe arbitretur : itaque prætér ingenitam illam animi ſui excellentiam, roburque inuictum: quod non in eo tantum, ſed quouis etiam in viro probo, requirimus: curam, induſtriam, prudentiamque ſuam in rebus apparandis, quærendis, inſtituendiſque ad neceſſarium bellum adhibeat: Quemadmodum enim ineptus ſit, qui findere ac operari quidquam velit, niſi

accom-

accommodato inſtrumento, ita res bello gerendo neceſſarias, cum ſit ſuſceptum ſemel, rex paret atque inſtruat, neceſſe eſt. Neceſſaria verò ſunt milites, apparatus, tormenta, machinæ, commeatus, reliquaq; omnia, quæ belli vſus requirit: quibus parandis, tum ſuas ipſe opes, tum Reipublicæ impendet, quandoque vtriuſque in eo agatur vtilitas, & pari cura in hanc partem vterque incumbere debeat. *lib. 2. de regis institut. fol. m. 962.*

6, Principia belli feruentiora eſſe ſolét.

Cæterùm cum nemo omnium eodem animi impetu cùm bellum, tum cæteras quoque res gerendas exſequatur, quo in ipſa conſultatione ſine metu cum fiducia quadam deliberat; ſed cum ſecuritate quidem audacter de rebus futuris omnes decernimus, vbi verò ad rem & periculum ventum eſt, animus metu deficiat. *Thucyd. lib. 1.* Idcirco, aut bellum Reipublicæ prorſus diſſuadendum, aut certè, ne aliàs in contemptum hoſtium veniamus, alacriter et pro dignitate gerendum eſſe, monet. *Liuius lib. 5. in orat. Appii Claudii.*

7. Vtrum expediat hoſtē in ſolo proprio exſpectare.

Verùm difficilis hac in re, inter Politicos & rei militaris expertes, quæſtio exoriri ſolet: Vtrum nempe (vbi duo inter ſe bella decreuerunt) hoſtem domi exſpectare, an verò potius extra territorium ſuum, in alieno & hoſtis ſui ſolo eundem anteuertere expediat? Et certe in hoſtili agro bellum gerendum, ibique hoſtem noſtrum aggrediendum eſſe, validis deducit argumentis. *D. Verulaus.* Cum enim olim inquit, apud Antiochum Syriæ Regem de bello Romanis inferendo, regni proceres militiæque Duces conſilium inirent, nec omnium inter ſe voluntates conſentirent, Victorioſiſſimus Hannibal, cui nunquam vel fortitudō ad hoſtes ſuperandos, vel aſtutia ad circumueniendos defuit, opprimi Romanos, niſi in Italia, poſſe negauit: Quam quidem ſententiam ſuam, non alio, quam ſuo exemplo confirmabat, quod nimirum tum prius à Romanis victus eſſet, poſtquam Italiâ relictâ Carthaginem reuerſus, ſigna cum Scipione contuliſſet. *Iuſtin. lib. 31.*

8.

Nam licet non deſit aliquis hoſtibus animus, quos aræ & foci, quos vxores & liberi, quos ſupplex & manus protendens patria, ad periculum propulſandum vocabit, maior tamen ſemper irruentium fiducia eſt, & audacia, quam reſiſtentium. Vnde cum ex Hiſpania ruptis Alpibus in Italiam Hannibal, tanquam fulmen quoddam excuſſum è cœlo

deſcenderet. Inferimus bellum inquiebat infeſtiſq; ſignis deſcendimus in Italiam, tantò audacius, fortiuſque pugnaturi, quanto maior ſpes, maiorq; animus inferentis eſt vim, quam arcentis. Eiuſdem animi Scipio fuit, cui deuicta Africa cognomentum dedit. *Liuius lib. 28.* Cum enim incubantem Italiæ iam tot annis Hannibalem videret, exercitum in Africã tranſmiſit, & eam Carthaginenſibus neceſſitatem impoſuit, vt ſi patriæ ſuæ conſultum vellent, ex Italia Hannibalem reuocare deberent. *Polyb. lib. 1.*

9\. Vterque ſanè probro ſibi duxiſſet, Scipio quidem, ſi cum Carthaginenſibus extra Africam, Hannibal verò, ſi cum Romanis extra Italiam conflixiſſet: Accedit cũ grauiſſimæ quotidie querelæ de bellorum incommodis audiantur, an non illæ ceſſabunt, ſi bellum in hoſtilem agrum transferamus? tunc enim non noſtra, ſed hoſtili præda miles onerabitur; tunc nõ ex noſtris, ſed inimicorum horreis annonam ſibi exercitus inueniet; tunc non patria, ſed hoſtilis prouincia opibus exhaurietur, tunc vltima rerum deſperatio plebem in Principes ac Magiſtratus ſuos concitabit. At ſi domi atq; intra patriæ fines hoſtem exſpectemus, quantis tum, obſecro, malis patria vniuerſa conflictabitur, cum hinc hoſtiles copiæ, inde noſtræ prædas agent, omnia concutient, & depopulabuntur?

10\. Neque enim benignius noſter miles, quàm hoſtis aget; ex æquo vterque grauis erit, vterq; ſeu ab hoſte, ſeu ab amico prædam exſpectabit. Ac tunc ſanè verendum erit, ne popularium animi deijciantur, & in ſeditionem proni de patria deſperent. Quanquam quænam illi ſpes eſſe poteſt, qui in regionis ſuæ viſcera hoſtem admiſit? An ſuorum manus ad arma vocabit? at hi, aut internecione deleti iam erunt, aut in captiuitatem abducti; an tributa, & quæcunq; bello neceſſaria exiget? at illi fortunis exuti, & ab hoſte penè oppreſſi, nihil præſtare in ſumma rerum inopia poterunt. Quid? quod ex hoſtium prouincia, ſi in eã exercitus irrumpat, miles omnis aletur? Verè Cato, miles ſi ſtrenuus eſt, ex hoſtico alatur; ſin ignauus, indignus nomine Romano eſt.

11\. Quid? quod hinc quoque militum ſtipendia parabuntur, ſi oppidatim, ac pro facultatum ratione, certa militibus numeranda pecunia exigatur? Dabunt hoſtilis agri ciues, & libenter numerabunt, ſi milites à direptionibus reuocentur, & ſacra domus vnicuiq; ſit ſua.

Deſpe-

Deſperare de victoria videtur, qui non aggredi cupit, ſed ſe tantum tueri: primus ad victoriam gradus eſt hoſtem terrere, ſecundus aggredi. Si adeſſet Agathocles Syracuſanorũ Rex, teſtaretur, tum ſe à Sicilia bellum auertiſſe, cum illud in Africam tranſtulit, & Carthaginenſium muris terrorem incuſſit; quo tempore, qui domi ſe defendere, ſuamq; & ſuorũ ſalutem tueri vix potuerat, poſtquam in hoſtili agro haſtas fixit, & vexilla expandit, vidit deficientes ad ſe Africæ ciuitates, & proſtratas ſub armis ſuis Carthaginenſium legiones. Nimirum ita fit, vt victoris fortunam vrbes ſequantur, & victum deſerant, ne eius calamitate inuoluantur. Dicere idem Agathocles ſolebat, aliter in patriâ, aliter in hoſtili terrâ bellũ geri, quod hic ſuis armis hoſtis vincatur, & præſtare belli ſumptus cogatur: periculoſum equidem eſt, ſed pericula prudentiam acuunt, & vincendi neceſſitatem adferunt. 12

Agis Lacedæmoniorum Rex, cum illi contra Ætolos bellum eſſet, occupato Peloponeſi tranſitu in eorum terras exercitum immiſit, & victoriam reportauit. Taceo Hunnos & Vandalos, qui profectò tot lauros, quibus vertices ſuos ornauerunt, non domi, ſed in alienis prouincijs collegerunt. Nemo Cyrum obijciat à Thomiri in Schytia cæſum; ſua imprudentia in inſidias eſt præcipitat⁹. *Iuſtin lib 1.* Nemo Cimbros in Italia profligatos alleget; dum apud Venetias, quo ferè tractu Italia molliſſima eſt, morantur, ipſa ſoli cœlique clementia robur eorum elanguit, & dulcedine vini mitigati, facilem de ſe victoriam Mario reliquerunt. *Flor. lib 3.* Loquantur Scipio, Alexander, Hannibal, & alij ſexcenti: Patuit vniuerſa Alexandrò Aſia, dum illam inuaſit; ceſſit Romanis terrarum Orbis, dum eius Principes ac populos ſunt aggreſſi. Si communis eſt bellorum alea, nos illam & primi, & in hoſtili agro jaciamus, ac cum Cræſo prudentiſſimo apud Cyrum Conſiliario dicamus, Si hoſtes in terram noſtram receperimus, periculũ eſt, ne fugati omne imperium amittamus. *Herodot. lib 1.* 13.

Vt igitur bellum ſit felix, in hoſtium prouincia, non in patria gerendum eſt. Præſto ſint fidiſſimi ductores, qui fluuiorum, ſyluarum, montium, vallium, omnium denique viarum peritiſſimi ſint. Subuehatur annona, & eius ſemper inpoſterum inuehendæ oportunitas diligenter ſeruetur, donec ipſa commeatum hoſtilis terra ſubminiſtrabit. Occupentur in alienam Prouinciam tranſitus, & munitionibus ſubitò exci- 14.

tatis, firmentur. Interea ne quod patria periculum inuoluat, conſtituta in limitibus oppida firmiſſimis præſidijs cuſtodiantur, & omnes in prouinciam noſtram aditus hoſtibus intercludantur. Sit fidus ac vigilans Patriæ Gubernator, qui proborum Magiſtratuum conſilio neceſſaria ſuſceptæ expeditioni mittat, Ciues in officio contineat, ſecuros omnes conſeruet, ad omnes & hoſtium & exterorum Principum motus attendat, & quandoque ſi opus ſit, mediocri aliqua manu inferentes vim hoſtes arceat ac repellat. *Hac ille. de Bello feliciter gerendo, Orat. 5.* Huic etiam opinioni aſſentitur Gallicus ille ſcriptor, *Ioan. de Marnix ſect. 8. reſol. 11.* vbi ad finem hanc inſuper rationem ſubiungit.

15. Porro ad alium oppugnandum, illuc quoque induci Principes ſolent, ſi ſcilicet inter alterius ſubditos aliquos habeant rebus ſuis clàm fauentes: aut ſi ipſos ſubditos nouerint inter ſe diſcordes. Quibus tamen rebus non temerè fidendum eſt: Siquidem illi ipſi ſæpe, qui omnem fauorem atque opem polliciti fuerant, facilè reſiliunt, ac primi ſeſe opponunt: & inſtante communi periculo, diſſidentium animi conſiliari ſolent. Sic cum in Hiſpania Carolo V. regnum adepto, plebs contra Optimates inſurrexiſſet, & Galli hac vſi occaſione, Nauarræ regnum aggreſſi eſſent, omnes, velut ad commune reſtinguendum incendium, accurrerunt. Adſtipulatur quoq; *Canonhier in diſcurſ. polit. ad Tacit. pag. m. 193.* vbi ſedecim rationes adfert.

16. *Aliqui in prædicta quæſtione diſtinguunt.*

Diſtinguendum verò in tam periculoſa re cum aliquibus judicat. *D. Beſold. p. m. de Iure belli. c. 6. n. 4.* ſcilicet inter loca & Regiones: Cum enim quædam Regiones munitæ, ciuibus quoque rei militaris peritis & fortibus inſtructæ: aliæ vero contrà his deſtitutæ reperiantur: quibus longè à patria bellum gerere tutius eſſe: illis autem melius domi geri exiſtimat: Siquidem in patria clades min⁹ periculoſa exiſtat, ſi ciues ſint exercitati, inibique maiori commoditate adminiſtretur bellum. Quam ob cauſam Schytas domi ſemper hoſtem ſuũ exſpectaſſe legim⁹ apud *Iuſt. lib. 1.* E contra verò Turcas, non niſi in meditullio Imperij ſui, vincibiles eſſe, multorum eſt opinio. *Theſoro. polit. p. 1. fol. 149. relat. del. Turco per tot.*

17. Et huc quidem pertinet diſputatio illa Demoſthenis & Phocionis, *apud Plutarch. in Phocion. f. 309.* quorum ille contra Philippum extra fines Athenarum pugnandum eſſe: hic verò nihil referre, exiſtimabat, nec diſpiciendum, vbi bellũ gerendum,

ſed quomodo victoria obtinenda: monitus certè ſententia
Xenophontis. Quod nimirū humana ſapientia nihil certius, quod
optimum eſt, ſeligere noſcat, quàm ſi quis hoc, quod ſors obtulerit,
agat. *lib 1. Inſtit. Cyri. ad finem.*

Ac quamuis *Mich. Montaigne.* plures pro vtraque opinione 18. Aliqui putant nihil certi deſuper ſtatui poſſe.
rationes adducat, eandem tamen cum Xenophonte fouere
ſententiam videtur, poſtquam concludit: nihil hac in re certi
ſtatui poſſe, cum in bello, præſertim, etiam optimè delibera-
ta, triſtem ſortiantur quandoque eventum. *Nous auons bien accou-
ſtumé de dire, auec raiſon, que les euenemens & yſſues dependent notamment en la guer-
re, pour la plus part de la fortune : la quelle ne ſe veut pas reger & aſſuiettir à noſtre
diſcours & prudence. lib. 2. des eſſais. c. 47. fol. 261.*

Interdum enim hoſtis, domi quoque exſpectatur, ſed ex- 19.
ercitus eidem opponitur, tali in loco, vt vbicunque ingruat,
commodiſſimè occurri queat; *qui eſt lieu propre pour faire teſte à l'en-
nemy, quelque part, qu'il vueille marcher; car c'eſt au milieu de la frontiere. Bellay. lib. 1.
fol. 13.* præſertim in regionibus munitis & anguſtis, quo caſu
inuadens non tàm ingreſſum, quàm eius exitum potius re-
ſpicere debet.

Quemadmodum Leopoldus Auſtriæ Dux, cum de in-
uadendis tribus Heluetiorum pagis conſultaret; fatuum ſu- 20 Dictum Fatui cuiuſdam.
um per iocum, ecquidnam ipſi videretur, interrogaſſe dici-
tur: Qui conſultatis omnibus de ingreſſu in hanc terram, qui-
dem omnes, de exitu vero neminem deliberantem audire
reſpondit: Cuius vox, magno quidem riſu tunc excepta, ſed
prudenter eum reſpondiſſe, poſtea euentu comprobatum
fuit. *Meland. Iocoſer. 1. n. 70.*

Vnde ſapientiſſimus *Thucyd.* alienis conſilijs, alienoq; du- 21
ctu non temerè, nec facilè cum exercitu in loca Duci ignota
(niſi validus ipſius ſit exercitus, reditusq; rationem ſibi prius
planè compertam, & à duce viæ, obſides habeat) pergendum
eſſe, fideliter monet *lib. 3.*

Sed hac de re vid. *Bodin. de Republ. lib. 5. c. 8.* & *Amirat. lib. 18 diſc 2.
fol. m. 572.* Item de præceptis offenſiui belli; vide *Ioan. Boter de mo
dis Imperii optimè administran. lib. 6 c. 7. fol. m 214. & Tradac. in Turca vincibili f. 295.*
Item de incommodis ſubditorum, quorū Princeps aliis Prin-
cipibus ſiuè Exteris populis bella inferre moliuntur,
*Gueuarra in horologio Princip. part. 3.
fol. m. 84.*

DISCVRSVS. XII.

DE APPARATV BELLICO, VBI DE PECVnia, ærario, & commeatu.

1. Continuatio. PRæcedenti diſcurſu de tribus adminiſtrationis bellicæ, requiſitis, & inprimis de apparatu, qui pecuniam, commeatum & arma complectitur, obiter dictum eſt; de quibus nunc fuſius.

2. Pecunia eſt neruꝰ belli. Et quidem ratione pecuniæ, nullum dubium erit, quin ea non ſolum oraculum, ſed etiam animam quaſi & omne robur bellis elargiri videatur. *Thucyd.lib.1.* Apud Rerumpublic: enim gubernatores pecuniam neruos eſſe belli, perinde indubitatum axioma eſt, vt apud Mathematicos, totum ſua parte maius eſſe. Proinde cum Mutianus naues, milites, & arma congregauiſſet, nihil æque eum, quàm pecuniarũ conquiſitionẽ (eas belli ciuilis neruos dictitãs) fagitaſſe, faſſus eſt. *Tacit.lib.18.* Et quidem non ſolum ciuilis, ſed cujuslibet etiam belli: vnde *Cicero pro lege Manil.* Vectigalia, neruos Reipubl. ſemper duximus eſſe aſſerit.

3. Et *Liuius* ore Aſdrubalis affirmat. Annibalem non modò largitionibus loca quædam difficilia tranſiuiſſe, neque auxilia Gallorum ſine pecunia conduci potuiſſe; ſed ſe ipſum inopẽ tantum iter ingreſſum, vix penetraturum ad Alpes fuiſſe. *lib. 23.* Hinc Prouerbij loco vſurpare Hiſpani ſolent.

No ay eſcudo como eſcudos,
Aſſi en guerra, como vn paz.

Eyz.Aguirre. n. 804. Et Itali. *Denaro è vn compendio del poter humano. Botero de detti 1.fol.78.*

Quã de re eleganter *Tacit.* Eò namq; ceſſantibus, ait, Saturnijs ſceptris, in ferreo hoc ſæculo res redijt, vt neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine tributis & pecunijs haberi poſſint, ſed bello ſalus Imperij, ſiuè ſub vnius dominatu ſiuè alia Reipublicæ formã viuas, quærenda, adeoque pecunia exigenda ſit. *Mecæn. ad Auguſt. apud Dion. lib. 52.*

4. Inde namque militares copiæ, ſalario percepto hoſtibus reſiſtunt, & collatores â barbarorum incurſionibus, & truculentia vindicant, dein agros & ciuitates â latronum, aliorum-

que

que incompoſitam vitam ſectantium irruptionibus, agendis excubijs defendunt, ex illa deniq; ciuitates, & muri itidem reſtaurantur, *Iuſtinian. in Nouel. 149, c 2. §. ac ſanè.* vt qui pecuniam neruũ Reipub. *Plutarch. in Cleom.* vitalemque eiuſdem ſpiritum dixerũt.

Atq; hoc ipſum ex Demoſthene *Iuſtus Lipſius* rectè explicaſſe videtur, cum ait: Quemadmodum enim nerui ſecundũ Medicorũ doctrinam ex capite humano manantes, per totũ corpus diffunduntur, vim roburq; eidem tribuunt. *Galen. lib. 8 de administ. anat.* tùm quoq; plenitudine ſua & inanitate periculoſiſſimas conuulſiones creant. *Hippocr. lib. 2. de loc. aff.* ita pecunia ſolida Imperiorum compages, & opus ſunt opes, nec ſine ijs fiet, quod opus. *lib. 4 c. 9.* 5.

Experti id ſunt Lacedæmonij, ſed exemplo ſibi ipſis funeſto: Cum enim præceptorum Lycurgi obliti (qui propterea ciuibus auri & argenti vſum ademerat, vt peregrinos Imperij Lacedæmoniorum, & Lacedæmonios Imperij peregrinorũ laceſſeret cupiditas) in alienas poſſeſſiones conuerterent oculos, deficiente rerum gerendarum neruo pecunia, Reges exteros ſollicitare non ceſſarunt, quo ad amicorum ope deſtituta, Reſpublica corrueret. *Bodin de Repub. lib. 6 cap. 2.* 6.

Ipſa quoq; teſtis eſt experientia, quod ob nummorum defectum, arma de manibus excutiantur, aut frigidè, gelideque tractentur, leges ſileant, diſciplina iaceat, vigeant deprædationes, locum ſacrilegia inueniant: Non ſenum quiritationes, non matrum lachrymæ, nõ in cunis adhuc vagientium infantum arridentes vultus, ocelli blandientes, militem moueant: ipſo ſæpè claſſici in cantu ſtipendia flagitentur, ſeditiones ac tumultus excitentur grauiſſimi, ſigna deſerantur. 7.

A Quinto Flaminio Philopomenes Acheorum Dux irriſus, ac manus & crura. ſed non ventrẽ, habere dictus fuit: quod ab equitatu & peditatu præclarè paratus inſtructuſq; eſſet, at pecunia careret. Vt Lucerna qui opus habent, oleum eidẽ infundunt: ita etiam ſtipendijs opimis, præmijs ampliſſimis, ingenia erecta, excelſa, heroica, ad res magnas, in bello gerendas excitantur. *Bocer. de bello c. 13. n. 6.* 8.

Et quamuis abſurdiſſimus ille Pſeudopoliticus *Machiauel. lib. 2. cap. 10.* contrarium quidẽ, leuioribus ſúis argumentis, pecuniã nimirũ ad bellum nõ adeò neceſſariam eſſe, perſuadere conetur: quotidiana vero experientia oſtentoſam eius opinionem ſufficiẽter elidat, eũq; ex abundãti cõfundat. *Can. hier. d lo. f. m. 202.* 9. Machiauelli contraria opinio.

Eius tamen opinionem, etiam hodierno tempore, nonnullis in locis locũ habere, non abſq; ratione exiſtimare poſſet aliquis, quando nimirum experientia docet, eos, qui aut ſubditos bellicæ deuaſtationis penitus inexpertos, adeoq; ad contribuendum inexcuſabiles habent, aut vbi Domini à ſubditis ſuis frequenti per eos exactione facta, vtilitati propriæ conſulentes, non pauperiores, ſed ditiores redditi, vel etiam qui ex præterita hoſtili deprædatione non ad tantam, vt ipſi præ ſe ferunt inopiam redacti ſunt, quin adhuc aliquid reſiduæ ipſorum vires ad ſubueniendũ Vniuerſitati ſuppeditare poſſint, nihilominus tamen, non tantum in conferenda (vigore matriculæ, aliorumq; pactorum) pro belli ſubſidijs destinata ſua quota tardiores, ſed etiam nonnunquam planè cõtumaces & refractarios exiſtere? quorum occaſione, non tam reliquorum Imperij Statuũ onera inſupportabiliora redduntur, quam etiam æmulationes, inuidiæ, ac prouenientes exinde ruinæ, concitari, adeoq; felices noſtri exercitus progreſſus, qui moram nullam patiuntur, facilè impediri poſſunt

10. Ac certè, hunc in modum plerumq; id euenire ſolet, quod iam olim Græcorum quendam de Lacedæmonijs ad ſuos, dixiſſe ferunt. Quamobrem inquiens, cum non vna ſit communis eorum deliberatio, ſed res ad diuerſas ciuitates longo ordine referendæ ſint, non poteſt ſubito perfici, quod opus erat. Nam & gentes diuerſæ ſunt, & ſuffragia parem vim habent, & ſingulæ ſuam vtilitatẽ ſpectant. Quæ res moram & impedimenta deliberationibus afferunt. Alij maximè volunt puniri aliquem, alij contra minimè volunt ſuas res abſumi, & tardè conuenientes, exiguo ſpatio de publicis negotijs deliberant, plus temporis tribuentes priuatis controuerſijs, & quilibet putat ſua vnius negligentia non impediri bonũ publicum, & id alijs curæ fore pro ipſo, Sic cum omnes cogitant, interea bonum publicum perit omnium culpa, cum quidem ſe cauſam eſſe non animaduertant. Præcipuè verò impedientur inopia pecuniæ, quam cum lentè conferent, moræ incidunt: Belli autem occaſiones non exſpectant noſtram tarditatem. *Thucyd. lib. 1 fol. 142.*

Et hic quidem ſingularem Turcarum ſedulitatem ſilentio præterire nequeo: **Zumahlen ſich der Türck einer hochverwunderlichen Geſchwindigkeit/ wann er zu kriegen vorhabens iſt/ noch jederzeit gebraucht hat/ dann ſo bald er ſich darzu anfangt zu rüſten/**

thut er ſeine Pfenning Cammern auff/ vnd greifft ſein bahres Gelt an/beſoldet darauß die Knechte/machet ſich mit Wehr vnnd Waffen gefaſt/vnd rüſtet alles was zu vorhabenden Krieg dienſtlich vñ nothwendig iſt. Solches Gelt/ſo jhme auff den Kriegskoſten geloffen/ erſetzet er nachmalen wider auß den Stewren/Schatzungen/vnd andern Aufflagen/ſo er auff ſeine Vnterthanen legt. Wer aber kein Gelt hat/das auff ſolche Zufäll wartet/ weil er auff Weeg vnd Mittel gedencket/wie/vnd wo er es auff- vnd zu wegen bringen wölle/ entgehet jhm gemeinniglich in deſſen/die komliche Zeit etwas nutzliches außzurichten/ja er verleuret offtermal alle Gelegenheit/dardurch er hette mögen zum Sieg gelangen.

Æratium itaque duplex habendum eſt; quod ornamen- 11. Ærarium duplex.
tum pacis, & belli ſubſidium ſit. *Cic. pro leg. Manil.* ex quo poſſit
Princeps amicos beneficijs obſtringere, indigentib' ſuppeditare, & inimicos iure vlciſci. *Diog apud Stoba. Simanca de Repub. lib. 3. c. 15. fol. m. 140.* ſiquidem *ſecundum Diuum Thomam* Principi Diuitiæ atque etiam Theſaurus, quia ſine illis congruè regnũ regere nequit, neceſſaria ſunt: Eſt enim pecunia inſtrumentum rerũ agendarum, & quaſi fideiuſſor futuræ neceſſitatis, quia continet omnia, ſicut eorum pretium: Quod ſi quilibet priuatus eâ indigeat, Princeps quidem multò magis: nam cum magnificẽtia, virtus Principi ſit propria, magnos certè ſumptus requiret, vnde pecuniis abundare debet, vt domui ſuæ prouideat, & ſubiectorum neceſſitati ſubuenire, atque ad bellorum ſumptus theſaurum habere poſſit.

Nec obſtat illud Deutoronomij, quo prohibetur, ne rex 12.
habeat auri & argenti immenſa pondera: cum illud ſit accipiendũ, ne habeat ad oſtentationem, ad ſubuentionẽ enim regni omninò neceſſarium erit. *lib. 2. de regimine Principum. c. 7. p. m. 116. & ſeq. vbi fuſè diſcurrit.*

Et hoc quidem Ærarium, vel Ordinarium, deſtinatum 13. Ærarium aliud Ordinarium
nempè ordinarijs publicis ſumptibus, & ad militẽ alendum & ſtipendia ſoluenda: vel Extraordinariũ, ad extraordinarias ſcilicet clades & calamitates ſubleuãdas, eſſe poteſt. *Althu. d. c. 35. f. 579* 14. Aliud Extraordinarium.

Sic *Amirat. lib. 1. diſc. 11.* Quicunq; diuturnam *inquit:* rei alicuius durationem deſiderat, is nihil eorũ, quæ ipſum adiuuant, fulciuntq;, omittere, ſed ſingula ſtabilire debet. Neq; enim regnorũ pax & conſeruatio ſine adiumentis quã plurimis, haberi 15. Amirati opinio.
queunt. Proinde niſi certos reditus aliquos militibus alendis, qui te, ditionemq; tuam armis tueantur, deſtinaueris, de toto tuo ſtatu nunquam non ambiges.

Quod ſi Romani, qui cæteros Principes viribus longè antecibant, ad hæc declinare conſilia coacti fuerunt, vide an tibi id oneris competat, qui neq; ſapientia, neq; virtute, neq; potentia, quibus Romani abundabant, ijs comparandus es.

16 Militibus certi reditus pro ſuſtentatione cõſtituebãtur.

Auguſtus Imperator, cuius prudentia cæteris mortalibus excelluit, hæc optimè perſpiciens, in Senatu propoſuit, vt militibus ſuſtentandis, certi perpetuiq; reditus ſtabilirentur: quo ſine quotidianis tributis & injunctis oneribus, ſtipendia ipſis perſoluerentur. Quæ res quamquam mirificis implicata difficultatibus: tamen effectum ſortita eſt, cum legem tulerit, qua decreuit, vt viceſima omnium hæreditatum ac legatorũ, exceptis ijs, quæ pauperum & cognatorum fuiſſent, ærario militari inferrentur: Hoc viceſimæ nomine, appellatus fuit hic reditus ad militaria ſtipendia perpetuò adſcriptus, *vt refert Dion lib. 55.*

17. Cui poſtea *ſecundum Clapmarium* centeſimam rerum venalium, hoc eſt, centeſimum, rerum in auctione venalium, nummum adjunxit: quæ res fundamentum Principatus Romani fuit, quo tempore militum ſtipendia in annum, ex noſtra moneta, fuerunt, quinq; milliones, quingenta ſedecim millia, & ſexaginta duæ libræ, & decem ſolidi, *vt numerat Sauilius* : Idq; amplius eſſe putatur, quàm Turca hodie biennio ex omni reditu recipere ſolet *lib. 5. de arcan. rerumpub. c. 12 in fine.* Atq; rogatus â populo Romano Tiberius, vt hanc viceſimam tolleret, recuſauit, inquiens, militare ærarium eo ſubſidio niti. *lib. 1.*

18. Studium Romanorum in augendo ærario militari.

Quanta præterea huius ærarij augendi, locupletandiuè priſcis illis temporibus cura fuerit, apparet ex hoc, quod ſi Gens aliqua armis ſuperaretur, omne æs, aurum, & argentum, in ærarium ea vincentium & triumphantium integritate inferebatur, vt nefas ex his vel minimum attigiſſe arbitrarentur *Valer. Maxim. lib. 4 c. 3. n. 5. & 8.* Nec peculatus judicium vel tantillum ſubripuiſſe criminatus, effugiebat. Furius Camillus quod ærario quindecim millia æris Tribunus pleb. abeſſe querebatur, in exilium miſſus. *Plutarch. in vita eiuſd.* Et Scipio African. qui confuſam & confractam belli Punici armis Rempubl. iam penè exanguem, & morientem Africæ dominam reddidit; voluntario ſe ipſum mulctauit exilio, quod quadragies ab eo repeteretur, qui bis mille in ærarium intulerat. *Liuius hiſtor. lib. 38. Valer. Max. lib. 5. c. 3. n. 3.*

19. Victis quoque gentibus Tributa imperabantur, quod ca-

put & bona ligabat, erantque ſtipendiarij ipſi & agri, gratiſſima pœna eorum, qui pertinaci bello ſuperati eſſent. *Lipſ. de magnitud. Rom. lib. 2. c. 2. Tholoſ. de Repub. lib. 3. c. 4. n. 15.* a.

Vtrum autem capitum ſeu hominum; illud tributum vniforme in omnia capita, an ex cenſu inductum fuerit, vix ex antiquitate erui poſſe fatetur, *Lipſ. d. l. 2. c. 3.* Explicare tamen rem nititur *Bodin. d. c. 2. n. 663.* Patrem familias pro ſingulis capitibus, & ſi nihil in bonis habebant, id ſoluere coactum fuiſſe. Quæ tamen capitatio poſtea à Conſtantino per *l. 1. C. de capitat. ciui. cenſ. eximend.* ſublata fuit. 20 Qualiter cōtribuebant.

Et pariter à Socijs ex fœdere, Penſiones, ſi bellum gerendum erat, accepiſſe, neque Dona & largitiones amicorum reſpuiſſe, peculiari tamen hic magnitudine, vt rebus aduerſis oblata Regum munera ſpernerent, vſos fuiſſe, (quemadmodum Ptolomæo Ægypti Regi. M. pondo auri, & X X. M. pondo argenti dono data remiſſa ſunt. *Liui. hiſt. lib. 32.*). Ampliſſima item regna fœdere iuncto tum teſtamento ſibi relicta, non indecore aſſumpſiſſe. *Ex Epito: Flori refert idem Bod. d. c. 2.* 21. Socii etiam penſiones dabant. Sicut ſimili titulo regnum Burgundionum ſeu Arelatenſe, Conrado Salico datum, Germanico Imperio acceſſiſſe. Et dein à Carolo IV. Imperat. in Delphinum Galliæ alienatum fuiſſe, *author eſt Peucer. Chronic. lib. 4. in vita Conradi Salici.* 22.

Et certè ſolidius nutrimentum ærario quæſitum non fuit, quam cum Vectigalia certa, perpetuaque eidem deſtinarentur. *Gregor. Tholoſ. de Repub. lib. 3. c. 3. n. 3.* faſtuoſum verò conſtituendi, locupletandi & conſeruandi modum, quem Chriſtianus Princeps facilè addiſcere non debet, *tradit Ioan. Guttier. de gabellis quæſt. 1. n. 31.* Sed videri poteſt inſignis Tractatus *D. Maximiliani Fauſt.* IC. & Syndici Reipublicæ Francofurt. Anno 1641. ibidem in folio impreſſus. Vbi ſub claſ. 7. 17. & ſeqq. De belli ſuſcipiendi cōſilijs & expeditione inprimis verò de militiæ neruo, pecunia, deq; ærario tempore belli, per nimias expenſas grauato fuſe tractat. Quibus remedijs ſcilicet licitè ſe ſubleuare, & præcauere poſſit, ne plus detrimenti accipiat: De variorum ærario militari, vnd was nicht allein die Römer für modos jhr Kriegsweſen vor Zeiten in Teutſchland anzurichten/ vnnd die Soldateſca zu vnderhalten erdacht/ ſonder auch was bey jetzigen Kriegsweſen in Hiſpania, Gallia, Italia, vnd ſonderlich zu Venedig/ vnd anderer Orten für Mittel in conſideration kommen. 23. Vectigalia certa deſtinabantur.

Annona etiam omninò neceſſaria eſt, ſiquidem nemo 24.

Annona valdè neceſſaria eſt. poſſit cum hoſte ſimul & natura pugnare: fames enim intrinſecus pugnat, & vincit ſine ferro. *Caſtellan de officio Regis. lib. 2. c. 45 fol. m 266.* Nam qui frumentum, neceſſariumq; commeatum non præparant, etiam abſq; armis facile ſuperari poſſunt. *Veget. lib 3. c. 3 & 26.* papula ſiquidem & annona in neceſſitate remedium non habent, niſi ante condantur: eam igitur tempore Pacis, Magiſtratus copia magna colligere, & in vſum belli reponere debet. *Tholoſ. de Republ. lib. 11. c. 3.*

25. Romanorum ſedulitas circa annonam. Hinc Romana Prudentia in plerisq; oppidis, totius anni, in aceto, frumento, larido, atq; hordeo & paleis, condita habebat. *Capitol. in Gor.* Sciebant enim Romani, quod diſciplinam ſeruare non poſſit jeiunus exercitus. *Caſſiodor. 4. var. 13.* nec miles timeat, niſi veſtitus, armatus, calceatus, ſatur, & habens aliquid in Zonulâ, *Lamprid. in Alexand* cum mendicitas ad omnem deſperationem vocet armatos.

26. *Amirat. lib. 13. diſc 5.* Inter militaria, inquit, munia, commeatuũ, diligentem curam habere, adeo præcipuum eſt, vt ij qui fame hoſtem vicerunt, longè maiorem, quam ij, qui ferro, laudem ſemper meruerint; quo minus enim res noſtras fortunæ arbitrio ſubijcimus, quoue minus ſanguinis noſtrorum effundimus, eo nos maior gloria manet: Hinc eſt quod in comparatione Alexandri cum Romanis, vbi penſitatum eſt, An Alexander melius caſtra metiri ſciuiſſet, additur illud verbum, cõmeatus expediret: *innuente Liuio lib. 9.* pro re certa Romanos ab Alexandro in hoc genere prudentię non ſuperatũ iri: Et præcipuum ſcientiæ Ducis ſpecimen eſt, vt commeatum diligẽter expediat, &c, *& paulo infra:* Igitur etiam prudentiæ pars eſt, cum quis commeatuum diuitias poſſidet, ſic ijs vti, ne quod duos menſes ſuffecturum eſt, vno abſumatur: Nam de hoc reprehenſi fuerunt Mummius Lupercus, & Numiſius Rufus in rebellione Ciuili: *vbi Tacit lib 20.* ita paucis diebus, ait, abſumpta ſunt, quæ aduerſus neceſſitates in longum ſuffeciſſent, &c.

27. Ein Proviandthauß zu haben. Inter monita etiam, quæ in bello, quod perduraturum dubitatur, duci obſeruanda ſunt, vtiliſſimum illud eſſe refert, ciuitatem habere aliquam commeatibus ſupplendis opportunam. Quod Scipionem impulit in Hiſpania, vt Carthaginem occuparet, quoniam præter cæteras opportunitates horreum illa hoſtium videbatur, ideoque Romanis magis neceſſaria. Hæc illi arx, hoc horreum. *Liu. hiſt lib 26.* Ideo velitibus & cataphractis ne graue ſit, equorum dorſo frumentum ſibi ferre:

quod

quod à Pompeianis equitibus factum eſt. *Cæſar. lib. 3. de bello ciuil.* Expeditq; ſi locus, quo commeatus ferendus, procul diſtet, ſtationes habere, vnde frumenta commodius & cautius vehantur, oppidis & municipijs hoc oneris imponendo, vtque viæ ſint faciles, & expeditæ, jubendo. *Liuius. lib. 44.*

28. Nihil à tergo hoſtile relinquendum.

Solemne illud rei militaris præceptum, ne hoſtis, hoſtileué oppidum, à tergo relinquatur, hinc principium trahit, ne commeatus impediantur. Quod à Cæſare ſic perſpicuè refertur, vt nullus dubitationi locus ſit. *lib 9. de bello Gallico.*

29. Hyberna non tempeſtiuè ſoluēda.

Neq; idem Cæſar ex hybernis copias educendas eſſe putat, niſi oportunum bello tempus, ne à re frumentaria duris ſubuectionibus laboret: nempè non ignarus, quantum rebus vehendis viæ impeditæ incommodum ferant. Si adjungerē, maturas fruges à militibus ſummo ſtudio metendas; ideoque inter cætera militaria impedimenta, ne falces deſint, debile fortaſſe monitum foret. Sed hoc tantum addam, conſueuiſſe aliquando Romanos, manipulis frumenti propè caſtra deuectis, ſpicas ſecare & atterere, ne caſtra paleis implerentur. *Liuius l. 22.* Quicunq; verò aſtu militari hoſtem commeatibus exſpoliant, eoq; pacto incruenta bella abſoluunt, ij demum maximi duces appellantur, & multifaciendi, paucíſque comparandi videntur. &c.

30. Dux belli maturè de annona proſpicere debet.

Cum itaq; ob commeatus inopiam, graue ſit famem perferre, inprimis operam dare, & in eo toti eſſe debent Duces belli, vt & ſibi, ſuoq; exercitui, in tempore de commeatu proſpiciant. Sic *Iudic. c. 20. 20.* Decem viri eligebantur è centum ex omnibus tribubus Iſrael, & centum de mille, & mille de decem millibus, ad portandum exercitui cibaria, vt potuerit pugnare contra Gaba Beniamin.

31. Græci in obſidione Troiana hac in re peccarunt.

Atque hac in re Græcos ad obſidionem Troiæ proficiſcentes, valdè impegiſſe, illumq; errorem veriſſimam decennalis Trojani belli cauſam fuiſſe *memorat Thucyd.* Græci enim cum propter comeatuum indigentiam, minorē duxiſſent exercitum (nempè quantum eo in loco, dum bellum gererent, ali poſſe ſperarent) ſtatim primo prælio ad Ilion victoriam obtinentes, vallo quidem caſtra circumdederunt: Verum totis viribus ad bellum non vſi ſunt, ſed ad colendos agros in Cherſoneſo conuerſi, & propter inopiā commeatuum, prædas agere cœperunt, inde factum, dum Græci ita diſperſi, tàm in agris quàm ſpolijs vagarentur, vt Trojani viribus relictæ parti ex-

ercitus, ſemper pares exiſtentes, toto decennio facilè reſiſtere potuerint. *lib.1 fol.m.16.*

32. Et alii. Ita quoque Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, cum Anno 1557. Belgicis copijs imperaret, maiorem difficultatem in eo bello nullam, præterquam in procurandis, adducendiſq; ad exercitum rebus ad victum neceſſarijs, expertum fuiſſe: Similiter etiam Sebaſtianū Portugalliæ Regem in Africana expeditione in hoc erraſſe: Franciſcū quoq; I. Galliæ Regē, Italiæ Imperiū idcircò amiſiſſe, refert *D. Beſold. de Iure belli. c. 7. n. 6.*

33. Hoſti annona præcludenda eſt. Neque hoc ſolum in prouido Duce ſufficere: ſed etiam vt hoſtes ſuos quouis modo ad inopiam redigere, & commeatu prohibere poſſit, ars bellica requirere videtur. *Boterus de mod. optime admin. Imperii. lib 6. c. 12.* Qui enim rem ita inſtituit, vt ſibi victus ſufficiat, & hoſtem inopia frangat, iam quaſi victor eſt. *Ranzou. lib. 1. comment. belli. c. 9.*

34. Babylon per famē capta eſt. Sic Cyrus cum Babylonem vrbem opulentiſſimam & munitiſſimam, obſidione cingeret, neuè eam facilè capere poſſet, Euphratem per mediam vrbem fluentem interceptum, in vicinam paludem deduxit, atq; ita Babylonios inopia aquæ laborantes, dedere ſe coegit.

Sic etiam Anaxilaus tempore famis deditionem fecit Byzantij, ac licet eo nomine ad Senatum Spartanum delatus fuerit, quaſi officium ſtrenui Ducis minimè feciſſet: fortiter & magnanimè reſpondit; ſe tantisper bellum geſſiſſe, donec bellum fuiſſet cum hominibus, viris cum viris. Sed poſtquā non cum hominibus, ſed cum natura bellum eſſet, tunc feciſſe deditionem. Quibus auditis abſolutus eſt Anaxilaus, & iudicatum eſt ipſum rectē feciſſe.

35. Briſacum quoq; ſic à Vinarienſi occupatū. Et huius rei infinita, & quidem recentiſſima extant exempla, ſingulariter de Briſaco, fortiſſimo Briſgoiæ, & in medio Rheni rupi inædificato, ac inſuper miris fortalitijs circumdato Oppido. *De quo Waſſenberg. de bello Francico fol. 455.*

Cum verò Vinarienſes, *inquit,* acrius vrbem infeſtarent, acriorīq; obſidione cingerent, Götzianos aliquoties cæderēt, & omnes aditus tam terra, quam Rheno concluderent, magna fame obſeſſi laborabant, adeo vt ad nefandos & abominabiles cibos (vt olim Hyeroſolima, vel Hermonius lapis recens occupatus) compellerētur, ſed etiam nonnulli (vt perhibent) ab eſu humanarum carnium non abhorrerent, horrendum dictu? horrendum auditu? cum famem atram diutius tolera-

re, nec

re, nec vllā ſalutis ſpem ſperare poſſent, ſæpiſſimeq́; vitæ gratiam oblatam conſtanter reſpuiſſent, tandem Briſacum munimentum celeberrimum (decus & ornamentum Auſtriacæ domus, clauis Imperij Romani,) cum omnibus tormentis, & innumerabilibus diuitijs, fame potius, quam armis ſuperatū, à D Reynachero munimenti Præfecto, Vinarienſibus Menſe Decembri Anno 1638. conditionibus deditum, & præſidio Gallico firmatum fuit.

36. Duces inopia annonæ preſſi, abundātiam ſimulant.

Vbi igitur huiuſmodi inopiæ periculo obſeſſos laborare contingit, ſingulari ſtratagemate belli Duces, ne hoſtis inopiam commeatus intelligat, eius abundantiam ſimulantes, panes in ipſum conijcere ſolent. Sic Romani, cum à Gallis Capitolium obſideretur, extrema etiam famis neceſſitate preſſi, panes in hoſtes eiecerunt, vt abundare commeatibus viderentur. *Bocer. de bello c. 13 n 8.* Quomodo verò annonæ caritati ſubueniendum, & ea durante, remedia excogitāda ſint: videatur *Amirat. lib. 12. diſc. 3. fol 348.*

37. De ratione pabulandi & frumentandi.

Et quidem ratione pabulandi ac frumentandi, *Caſtellanus.* Quod ſi pabulatum inquit, frumentatumué longius extra præſidia ire oporteat, valida expeditorum militum manus, leuiſq́; armaturæ equites, cū pabulatoribus frumentatoribuſq́; ſunt mittendi, ita tamen vt ſemper antecedant ſpeculatores, qui ſi quid impendeat periculi, certis ſignis ſignificationē faciant: ſed ſatius fuerit, locū mutare caſtris, niſi quid aliud grauius impediat, quā pabulo & re frumētaria longis, & ideo fortaſſis periculoſis, duriſué ſubuectionibus laborare. *De offic. Regis lib. 2. c 56.*

38. Quid ſit Contributio

Deniq; cum ſupra de pecuniâ & ærario permulta dicta ſint, lubet etiam aliqua neceſſaria & vtilia de Contributionibus in ſpecie adijcere. Die Contribution iſt lander bey diſen 20. jährigē Kriegszeiten ſo gemein worden/ daß ſolches wort nit mehr fur Lateiniſch/ſondern ſo weit Teütſch zuhalten/ das es auch die Bauren im Feld nur all zu Teütſchlich verſteht. Veruntamen ex Lymnæi Iure Publico, Hæccé tantū de contributionibus ad propoſitum ſe exhibent, quæ Stat⁹ in vtilitatē Imperij, emergēte neceſſitate vel in pecunia, vel etiā in militibus contribuunt. R. A. zu Cölln vnd Trier de An. 1512. §. nach den Churfürſten. R. A. zu Speyer de An. 1542. §. vnd nach dē der Churfürſten. R. A. zu Wormbs de An. 1521. §. Item haben wir vns weiter mit gedachten Ständen/vn̄ ſie widerumb mit vns ſich vertragen/das ſolch ihr Hülff mit Volck zu Roß vnd Fuß/vnd nicht mit Gelt geſchehen ſol.

Vnde cum Princeps ac Magiſtratus quiſq; alius, annuas indictiones ordinarias atq; reditus loco ſtipendij habeant, igitur primùm erogare eos tenentur, etiamſi bellum pro Republicâ moturi ſint, quam ſubditos grauare. *l. ult, C. de Priuil. Dom. Aug. lib. 11. Modeſt. Piſtor. conſ. 9. n. 8. Bocer. de iure collectar. c. 2. n. 10.*

39. Quando ſubditi teneãtur contribuere.

Quod ſi vero Statuum prædicti reditus erogandis hiſce collectis nũ ſufficiant, aut aliàs jam dudum ad onera ſint deputati: **Wann jnen dergleichen Hülffe auß jhren eygnen Cammergüttern / vnd Einkommen / allein zu leiſten / vnd abzurichten / ohnerſchwinglich fallen will /** vt habent verba **R. A. zu Augſpurg** de Anno 1582. **§. dieweil nun diſe bemelte.** eo caſu ſuos in ſubſidium poſſunt collectare ſubditos. **Es ſtehet jhnen frey: vnd iſt zugelaſſen / jhre Vnterthanen Geiſtlich vnd Weltlich / ſie ſeyn** exempti, **gefreyet / oder nicht gefreyet / niemandt außgenommen / derhalben mit Steuer zu belegen / doch höher vnd weiter nicht / dann ſo fern ſich einer jeden Obrigkeit gebührende Anlage erſtrecket / vnd das den Vnterthanen zu vorderſt / eigentlich vnd außtrucklich die Hülffe kundtbar gemacht werde.** Cũ enim ſubditorum quoque hiſce in caſibus quæratur ſecuritas, æquum erit onera eorum hærere oſſibus, quos ſequuntur commoda. *Decian in Reſponſ. 55. n. 4. lib. 1.*

40 Contributio ſit æqualis.

Jedoch das die Anlage der Steuren auffs gleichiſte außzutheilen / vnd anzulegen ſeye / nach eines jeden Orts Vermögen / vnd Einkommen: æqualiter ſcilicet per æs & libram, pro ratione bonorum & obuentionũ, non ſecundùm capita hominũ, ſed ſecundùm facultatem rerum, & pro viribus ſingulorũ; quo facilius ex ipſa æqualitate publicis pareatur officijs. *l. fin. C. de præd. decur. ſine decret. non alien. lib. 10. l. 7. C. de oper. publ. Chaſſanæ. in conſuetud. Burgund. rub. 1 de Iuſtic. §. 4. verb. indire: n. 9* Sed contra huiuſmodi æqualitatẽ jam olim tempore irruptionum Vandalicarum conquæſti ſunt tenuiores, à proceribus ſe nimium onerari: & condere quidem diuites decreta, aſt inopes ſoluere tributa, *teſte Saluiano de prouident. Dei. lib. 5. p. 157.* Decernunt *inquit*, potentes, quod ſoluunt pauperes: decernit gratia diuitum, quod pendat turba miſerorum: ipſi enim in nullo ſentiunt, quod decernunt. Quid iniquius eſſe aut indignius poteſt, quàm vt ſoli ſitis immunes à debito, qui cunctos facitis debitores? Addit poſtea, quod hoc ipſo ſæculo, in hac ipſa cauſa eſt notandũ. Et putamus quod pœna diuinæ ſeueritatis indigni ſimus, cum ſic nos ſemper pauperes puniamus? & miramur ſi non vincantur à noſtris partibus Vandali? aut credimus cum iniqui nos iugiter ſimus, quod Deus iuſtus in nos omninò eſſe non debeat?

Principum certè eſt, has pauperum querelas admittere, nec ſurdis auribus præterire. *Weſſenb conſ. 45. n. 18.* Ne alias in modum equi Æſopici partem oneris aliquando recuſantis, aſino ſuccumbente ac pereunte, periculum ſit, onus integrũ aliquando, qui nunc immunes eſſe volunt, portare, aut diram (abſit omen) ſeruitutem ferre cogantur: de quo *Bodin. de Rep. 6. c. 2. p. 974.* Dann ſo vormals ſolche Klagen vnd diſordres ſich begeben / hat man vilmehr bey jetziger Zeit / hochbeſchwerlichen vnnd vnerträglichen Kriegs Aufflägen / nit allein vber deren vnerſchwinglichkeit / ſondern auch deren auff den armen Haußman / vngebührliche hinſchiebung im Werck verſpürten Klagen / vnd grauaminibus, Glauben beyzumeſſen. Deßhalben eines ernſtlichen Einſehens vnd Remedirung / vmb ſo viel deſto mehr nötig / dieweil darbey der Armen vnd Plattenlandes / conſequenter Landtsfürſtlicher hoher Obrigkeit ſelbſt ſalus & conſeruatio, Status aut ruina, & deuaſtatio verſetur: Damit ein durchgehend æquilibrium gemeiner Beſchwerungẽ gehalten / vnd die gemeine Vnterthonen / ſo wol wider die Kriegßleute / als jhrer Mitglieder Vnterdruckung geſchützet / vnd geſichert werden. Rövenſtrunck *in conſil.* von Anlagen.

41. Contributio quando ſit diminuenda.

Hanc igitur æquitatem Cenſitor admittere debet, vt officio eius congruat reuelari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui, certis ex cauſis non poſſit. Quodq; auctis bonis, collecta ſoluenda pro ijs, quæ acceſſerunt: diminutis autem bonis, collecta diminuatur. *l. 4. § ſi quis inquilinum, ff. de cenſib. Ruland. de Commiſſ. p. 4. lib. 2 c. 6 n. 77.* Siquidem collectæ non perſonis, ſed rebus imponi ſoleant. *l. indict. C de annon. & tribut.* Vnd dahero wann einem Herrn oder Standt ſein Landtſchafft wirdt geringert / deſſelben Anlagen auch geringert werden ſollẽ. *Mynſing 5 obſ. 34. Klock. de Contrib. concl. 58.* Alſo wird im H. Reich die Fallung / Abgang / moderation, vnd Regierungsſach / nicht auff Reichstagen / ſondern in jeden Kreyſen zur richtigkeit gebracht: vnd haben in ſolcher moderation, die Kreyſes moderatores ſummariè ex æquo & bono, arbitrio boni viri zu ſtatuiren: von welchen pars grauata, an das Keyſerl: Cammergericht ſich hat zuberuffen / vñ in Jahrsfriſt an ſelbigen die Sach anhängig zu machen. R. A. zu Augſpurg de An. 1548. §. Dieweil aber darneben. & ſeqq. R. A. ibid. An. 1555. §. neben obgeſetzten & ſeqq.

42. Forma ſeu quota contributionis.

In vbrigẽ ratione der Contributions Anſchlägen / iſt in dẽ Reichs Abſchieden verſehen / das von Reichs Anlagen niemandt außgenommen ſein: ſonder geben ſolle / von 100. fl. rechten werths ein halben: von 1000. fl. fünff gulden: von 20. Gulden / ſechs Kreitzer.

Digitized by Google

Von Baarſchafft/ jährlichen Gefällen/ vnd Nutzungen/ ſo Jährlichs mehr nutzet/ als 50. von 1000. Gulden/ den zehenden Pfenning.

Die Stifft/ Capitel/ Commendarien/ Geiſtliche Perſonen/ Clöſter/ Ordensleuth/ Kirchen/ fabricen, vnd Spitäl/ ſollen geben von jhren Penſionen/ Reſeruaten, Pfründen/ beneficien, competentien, præſentien, vnd allem Einkommen/ den zehenden Theil/ das iſt von hundert Gulden einkommens/ Zehen Gulden: vnnd alſo auff vnd nider.

Die Freye Reichs- vnd Landtſtätte/ von den Einkommen in jeder Cammer/ auch von den Nutzungen jhrer Hoſpitalien/ vnd anderer Häuſer/ Zünfften/ Gaffeln/ Vniuerſiteten, Communen, Collegien, Faculteten, vnnd Samblungen/ von jhren Gefällen von 1000. Gulden werth/ 50. Gulden/ R. A. de Anno 1495. zu Wormbs/ tit. von dem gemeinen Pfenning. Item R. A. ibid. de Anno 1500. 1512. vnd 1521. R. A. zu Speyer/ de Anno 1542. & Anno 1544. §. vnd nemblich: cum ſeqq.

43. Remiſſio contributionis.

Notandum etiam, ſicut ſupra dictum eſt, contributionē ſecundum diminutionem bonorum, diminuita quoque quod propter notoriam impoſſibilitatem contributio expreſſe ad tempus remitti poſſit, vt remiſſam fuiſſe in ſpecie legim' von der Statt Goßlar/ Mülhauſen/ Northauſen/ Wangen/ vnnd Zell im Harmersſpach/ wegen jhrer kundtbarlichen Schäden/ Brandt/ vnd Verarmung halber. R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. vnd wiewol die Stätte. Hæc & plura alia de contributionibus, vide apud *D. Maximil. Fauſt. in Conſil. pro ærario. Claſſe 6. Ord. 199 & ſeqq.*

DISCVRSVS. XIII.

DE ARMIS ET MVNITIONIBVS.

1. Arma neceſſaria ſunt.

Arma quoque ad bellum neceſſaria ſunt; quia ſine his non ſolum vim hoſtilem avertere, vel inferre non poſſumus, ſed etiam vt eorum qui arma habent, ſerui fiamus, neceſſe eſt: *Ariſt. lib. 3. polit. c. 5.*

2. Arma alia defenſiua, alia offenſiua.

Armorum autem variæ ſpecies recenſentur: ſunt enim alia tuendi noſtri gratia, vt galeæ, caſſides, thoraces, ſeu loricæ. Alia ad offendendum, vt gladius, machæra, romphæa, enſis falcatus, haſta, bipeñis, bombardæ ſeu machinæ fulminales, colubrinæ, Salamandræ, Baſilici, Sclopi maiores, Crocodili,

codili, & arcus perforati, ſiue arquebuſes, qui ad murorum demolitionem vſui ſunt, vulgo Chartaunẽ/ Nachtigal/ Scharfſentinle/ Nothſchlangen/ Falckenetlin/ Feldtſchlangen/ Singerin/ Mörſer/ Scharffmetzen/ Baſiliſcus/ Petarden/ & alia ſimilia, de quibus fuſè *Alex. ab Alexand. genial. dier. lib. 1. c. 20. Speckle. lib. 3. Architecturæ. cap. 5. pag. 102. b.* Quemadmodum etiam ad arma pertinere dicuntur, ſine quibus vel arma non haberi, vel ijs vti non poſſumus, vti ſunt eorum artifices, puluis bombardicus, globi, currus, quadrigæ, jumenta, tentoria, ſecures, ligones, pontes, naues; *Zuinger. vol. 28. lib. 3. Tholoſ. de Repub. lib. 11. c. 5.*

Conſultum igitur eſt, vt bellum geſturus, armamentarium habeat, in quo ad certum numerum peditum, equitumuè arma, itemq; tormenta, machinæ, puluis, & ſi quæ his ſunt ſimilia conſeruentur. Nam ſubitò iſta ægrè parantur, & ſemel parata, non ſolum in bellum valent, ſed ne ſit bellum: *And. Knichen. de ſublimi & regio territorij iure. c. 3. n. 239.* 3. Armamẽtario opꝰ eſt.

Atq; ſic de armamentario Romano meminit *Cicero pro Quinto Rabirio.* & de Venetorum Arſenali attingit *Zinanus de ratione optimè imperandi. lib. 9. c. 7 fol. m. 595.* Quod quidem amplitudine duorum, vel vt alij, trium eſt milliarium Italicorum in circuitu, vt magnam æquet ciuitatem, cuiuſque generis, armis, & nauibus circiter ducentis, nauigijſq; infinitis, nec non tormentis nauibus inſtructiſſimum. *Pighius in Hercule Prodicio. p. 195.*

Verùm multum intereſſe, quo armorum genere, in bello vtamur, *Amirat. lib. 2. diſcurſu 4. tradit.* Cum enim C. Furius Creſinꝰ, inquit, veneficij aliquando accuſatus fuiſſet, ideò quia ex paruo agello vberiores, quam ex ampliſſimis agris vicini, fruges collegiſſet, coram judicibus inſtrumenta ruralia produxit, quę affabrè laborata, grauiſſima, tritaque, neq; rubiginoſa erant, aſſerẽs non alia ſibi veneficia, non excantationes eſſe, quàm arma illa & labores, quos ipſe cum ſuo famulitio dies noctesque in colẽdo agro impenderet: adeò multum eſſe, media ad finem conducentia benè eligere: quemadmodum etiam Cæſar, Gallos de Romanis cenſuiſſe refert, cum admiranda ab ipſis fieri cernerent, locutos fuiſſe. Non ſe exiſtimare, Romanos non ſine ope Deorum bellum gerere. *lib. 2. de bello Gall.* 4. Multum intereſt, quibus armis vtamur.

Hinc vnuſquiſq; ſibi perſuadeat, Romanos Hiſpanis, Gallis, alijſq; gentibus, non viribus, ſed ingenio, bellandiq; modis & artibus ſuperiores exſtitiſſe: Inter quas artes præcipua erat ſcientia, qua partim hoſtes facilius offenduntur, partim 5. Romani cæteras gentes, belli modo ſuperarunt.

 eorum

eorum vires & damna cautius repelluntur. Quoniam autem ad jnferendum hoſti damnum multum refert, cuiuſmodi ſit armorum vſus, longè maior in hoc, quam cæterarum nationum, Romanorum fuit induſtria, ſicut in ijs bellis præſertim, quæ Tiberius contra Germanos geſſit; videre eſt: nam licet Germani ſatis auderent, neq; fortitudine deſererentur, tamē ob hoc ſolum, genere pugnæ & armorum ſuperabantur. *Tacit. lib. 2.* Vbi apparet longas barbarorum haſtas, propter locorum anguſtias minus ijs vtiles fuiſſe, & Romanos ſcutis gladijſq; armatos expeditiores extitiſſe, &c. & de Britannis *Tacitus* hæc verba ſubdit: Si auxiliaribus reſiſterent, gladijs ac pilis legionariorum, ſi huc verterent ſpatis & haſtis auxiliariorum ſternebantur.

6, Et longe clariora fuiſſe, quæ Romani ſpatis, quam quæ pilis geſſerunt, cum ſæpius legatur, à Romanis ſiuè ob iram, ſiuè ob feſtinationem pilis proiectis, ad gladios ventitatum fuiſſe, vnde maior occiſorum copia; ſic prælio cum Samnitibus commiſſo, in quo Conſul fuit P. Philo, *inquit Liu. lib. 9.* Romanos, ne mora in concurſu pilis emittendis, ſtringuendiſq; inde gladijs eſſet, pila velut dato ad illud ſigno, abieciſſe, ſtrictiſque gladijs curſu in hoſtem latos fuiſſe.

7. De his igitur gladijs loquens, addit, quo tempore Romana Reſpublica, cum Philippo Perſei patre bellum geſſit, nihil æquè Macedonum animos perterruiſſe, quam vulnerum latitudinem, quæ Romani ipſorum cadaueribus infligebant, nā Hiſpanico gladio admodum breui vtentes, corporibus brachia, capita truncis diuidebant, & pleroſq; inteſtinis extractis aſpicientes Macedones, nunquam ſimilem terrorem animis conceperant, cogitātes, aduerſus quæ tela, quoſq; viros pugnandum eſſet. *lib. 31. &c.* hunc gladium ita deſcribit *Polyb.* vnà cum ſcuto, ait, gladio imperant, quem fert ad dextrum femur, appellant Hiſpanienſem, habetque mucronem eximium, & ictum vtrinque vehementem, quoniam lamina eius firma eſt, & ſtabilis. *Lipſ. lib. 3. de milit. Rom. dial. 3.*

8. *Arma Belgarū hodie probantur.* Hodie quidem arma Belgarum maximè probantur, ſed certè armorum prærogatiua non omnibus eſt nota: ſiquidē ea proficiſcatur è ſubtili hominis ingenio, cum nimirum perpenditur diligenter, quæ arma hoc loco, hoc tempore, & in hiſce actionibus vtiliter adhibeantur; quod qui non diligentius obſeruarit, contrarium ſuo conatu euentum experietur.

Traduc. in Turca vincib. fol. 285. vbi etiam *fol. 335* cenſet, inter omnia armorum genera, præſtantiſſimas eſſe haſtas illas prælongas, quas Macedones Sariſſas appellaſſe credit *D. Beſold. p. m. de iure belli. c. 3. n. 1.* Miror etiam ait, genus illud haſtarum, quas vulgo halebardas vocant, non amplius vſurpari, cum ijs etiam in fugâ quilibet ſe defendere poſſit, & ſanè nunc cum ſolis ſclopetarijs, bella geruntur, plus terroris, quam virium habent conflictus, nec diu durant; neq; item in noſtratibus prælijs, tot, quot olim cadunt. Ac ſi quis frontem Sclopetarijs muniat, celerique curſu cominùs hoſtem aggrediatur, facillimâ operâ ijs, qui tractabilibus & manuarijs illis haſtis promptè vtuntur, fugare poterit hoſtem. Hoc quoque modo Lucullus Barbaros, qui eminùs ſolum telis & ſagittis pugnabāt, vicit: *Plutarch. in eius vita fol. 1011.* 9. Sariſſæ etiam cō- mendantur. 10. Et Halebardæ.

Teſtatur hoc etiam *Blaſ. de Montluc. lib. 3. des comment. f. 177. En toutes les deux troppes du ſeigneur Corneli & de moy, il n'y auroit pas vne ſeule arquebuſe, ains picques, hallebardes, & eſpeés à deux mains, toutes armes pour nous ioindre incontinent, collet à collet. Ce ſont les plus furieuſes armes: car s'amuſer à ces eslopeteries, c'eſt temps perdu, il faut ſe ioindre: ce que le ſoldat ne peut faire, tant qu'il ya des armes à feu, car il veut touſiours porter de loing.* 11.

Et quidem de tormentis bellicis, nonnulli militiæ benè experti, ea plus ſtrepitus in pugna, quam vtilitatis habere exiſtimant. Vnde Iulianum Caroli Cæſaris, peditum Præfectū, Duci Sabaudiæ fuiſſe confeſſum dicunt, ſe ſæpe ad ſpeciem Sclopetarijs vti ſolere, non ad neceſſitatem: ſed poſt primum impetum, aciem hoſtium celeriter ſubire, & abiectis fulminalibus, gladijs victoriam parare, nec vnquam hac ratione fruſtra pugnaſſe. *D. Lanſius in Orat. contra German. fol. 853.* Hinc commoditatem gladij *Lucan. lib. 8.* his verſiculis laudat. 12. Gladius melior eſt Sclopeto

Enſis habet vires, & gens quæcunq; virorum eſt,
Bella gerit gladiis &c.

Il eſt plus apparent, de s'aſſeurer d'vne eſpeé, que nous tenons au poing, que du boulet, qui eſchappe de noſtre Piſtole, en la quelle il y a pluſieurs pieces, des quelles la moindre, qui vienne à faillir, vous fera faillir voſtre fortune. Montaigne 1. des eſſais. c. 48. f. 266.

Quæ tamen omnia pro conditione hoſtilium armorum, eiuſque belli gerendi ratione, mutanda erunt.

Cæterum ſicut hodie, ita etiam olim moris fuiſſe, vt hoſtes in poteſtatem noſtram redacti, arma ponere iubeantur, legimus apud *Liuium lib. 4.* Dedi Imperatorē, arma poni iubet &c. 13. Hoſtes capti arma deponunt.

& lib. 5.

& lib. 5. Faleriorum legati vltrò, mittite, *aiunt*, qui arma, qui obſides, qui vrbem patentibus portis accipiant. *& Cæſar lib. 2. de bell. Gallico.* obſidibus traditis, omnibuſque armis ex oppido collatis, eos in fidem recepit. *Et Tacit. 2. hiſt.* publicè *inquit*, armis mulctati. *Gunther. item lib. 7.*

Armaq; victori, caſtellaq; plena relinquens.

Nudus ad hoſtilem miſerè compellitur vrbem.

Qualiter verò arma defenſiua debeant eſſe temperata, leuia, expedita, apta ad corporis motum: Item de Ornatu armorum, an ſit permittendus. Vide *Boter. de modis opt adminiſt. imperij lib. 9. cap. 4. & 5.*

14. Veneti primi vtebantur bomdardis cõtra Genuenſes.

Vſum itidem bellicum Bombardarum, Venetis primum innotuiſſe, earumq; vim primùm perpeſſos fuiſſe Genuenſes in illo bello, à Venetis contra ipſos, ad Foſſam Clodiam circa annũ Chriſti 1380. ſuſcepto, vbi Genuenſes, ſe quidem interfici ſentientes, quo tamen teli genere, non animaduertebant, præter alios, tenet *Guicciard. lib. 1. fol. m 89.*

15. Et primi educebãt tormenta bellica in campum.

Eodem modo, cum longo tempore vſus Bombardarum maiorum talis fuiſſet, vt trabibus infixæ imobiles eſſent, nec rotarum volubilitate primitus mouerentur, quales adhuc aliquibus in arcibus Imperij Turcici videre licet. *Petr. Bellon. obſer. lib. 2. c. 4.* Barthol: Coleon, qui viginti amplius annis Venetorum copijs cum Imperio præfuit, primũ omnium in bello, quod aduerſus Mediceæ familiæ principatum, à Florentinis exulibus in Gallia togata excitum eſt, inſtituiſſe, vt tormenta aduerſus aciem emitterentur, cum antea in expugnandis tantum, defendendiſque vrbibus vſui eſſe ſolerent. author eſt *Iouius in Elog. lib. 3.*

16. Quis fuerit inuentor bombardarũ.

Et licet variæ ratione primi inuentoris reperiantur opiniones, referente *Pierre Meſſie les diuerſes leconſ. lib. 1. c. 8.* Communiter tamen, inuentionem illam Chronologi in annum Chriſti 1380. ſub Imperium Wenceſlai collocare ſolent, *Camer. 2. Med. hiſt. c. 28.* In ejuſq; Inuentorem tale extat, Epigramma.

Dum parat humano generi Chymiſta medelam,

Sulphura Mulciberis dum ſale miſta coquit.

Mulciber oſtendit mortalibus acre venenum,

Quo nullum letho corpora plura dedit.

Quæ latuère illos, Munſterus nomina ponit,

Bertholdumq; vocat, nomine, req; Nigrum.

17. Quamuis etiam per earum inuentionem, ſplendorem &

virtutem

virtutem militarem langueſcere cœpiſſe, *tradat Polydor. Virgil. de Inuentor. rer lib. 2 c. 11.* Non deſunt tamen, qui eandem pro ratione harum ætatum Reipublicæ vtiliſsimam eſſe cenſeant, ad defendendas nempè vrbes atq; arces, Regioneſq́;, contra robur ac vires potentiorum. *Kirchner. de Republ. diſput. vlt. hypoth. 1. Claude Fauchet. cap. vlt des origin. des cheualiers. fol 59.*

An earũ vſus ſit vtilis.

18. Bombardarum ac gladiorũ vis, arte magica impediri poteſt.

Sed vt vt tanta ſit bombardarũ violentia, fuga tamen vitari poteſt. *Montaig. lib. 1 c. 12.* & magicâ vi, non impetus quidem, ſed quo minus corpus perforet, globus inhiberi, ac itidem ferri, gladiorumq; acies hebetari poteſt: id quod experientia ſat facit jam indies teſtatum. Vnde ruſticos ſupra Ænum Auſtriæ nuper contra Cæſaream Majeſtatẽ rebelles, hac magica arte fretos, furioſorum inſtar, cunctis contemptis glandibus, in Cæſarianos quadam rabie irruiſſe, memorat *Waſſenberg.* Et ingens tunc quidem periculum erat, cum fiſtulæ in veneficio duros nihil proficerent; adeoque Generalis ipſorum Achaz Willingerus, magno tormenti ænei globo ſeptem paſſibus retrò jactatus, ſanus in prælium reuertebatur. In eum tamen Cortenbachius Tribunus inuectus, propria manu minoris fiſtulæ globulo per Dei gratiam, incantatorem confecit. *De bello Auſtriaco ſecundo. pag. m. 146.* Et hac de re fuſe *Ioh. Staricius in ſua verſione Achillis Panopoli* Heldenſchatz *inſcripta.*

Veterem hanc ſuperſtitionem etiam apud Paganos fuiſſe ex eo apparet, quando Cycnum inuulnerabilem ab Achille fuiſſe ſtrangulatum, memorat *Ouidius lib: 12. Metamorph.* talemq; ſuum Orlandum extitiſſe deprædicat *Arioſto cant. 29. n. 62.*

Ma la pelle tonuo dura, come oſſo,
Anzi via piu ch' acciar, ch' Orlando nato
Impenetrabil era, & affattato.

Suntque tamen, qui & amuletâ hæccé ſoluere ſe jactitant; quam item virtutem Rugerij gladio adſcribit, ille idem *Italus Poëta Cant. 30. n. 59.*

19. Amuletâ hanc magiam ſoluere ſolent.

-------------- Pòco giona,
Contra la ſpada, che non ſcende in fallo,
Chē fu incantata; non per altra proua,
Che per far, ch' a ſuoi colpi nulla vaglia,
Piaſtra incantata, & incantata maglia.

Sed ratio tàm ligaturæ, quàm talis ſolutionis, cum certè

nec Naturæ, neq; item diuino miraculo regulariter adſcribi queat: conſequens eſt, illicitæ Magiæ eam quandoq; aſſignari, & expacto; vel expreſſo, vel implicito, cum hoſte generis humani prouenire debere.

20 Chriſtianum non decet hac arte vti. Nec dubitari debet Chriſtianus vllus, quin præſtabilius longè ſit, ſi Deo ſic fuerit viſum, oppetere mortem, quàm impijs huiuſmodi remedijs, vitam ſibi comparare, & viciſſim animę facere jacturam. *ex Camer. Horar. ſucciſiu. cent. 2. c. 76 ad fin. D. Beſold. p.m. de bello. c 3 n. 3.* Vnde in Bauaria huiuſmodi ſortilegia ſeuerè prohiberi, & pũniri ſolent. **Landtgebot wider die Aberglauben/ Zaubereÿ/ꝛc** *fol. 18. & ſeqq.*

21. An veterum tormenta bellica cum noſtris comparari poſſint. Plura de tormentis bellicis eorumq; vtilitate, & qualiter antiquorum tormenta bellica, etſi noſtris diſſimilia conſimilē ferè ſtragem ediderint, *vide diſcurſ. 3. Amirati. lib. 19.* cui tamen contradicit. *Thomas Bozius in tract. de robore bellico, aduerſus Machiauel. c. 8 f. m 300.*

Illud autem, *inquiens*, clariſſimè oſtendit, quanto noſtri interuallo poſt ſe relinquant antiquos in bellis adminiſtrandis: nam potiſſima illorum benè expediendorum pars, eſt poſita in machinis & inſtrumentis. Hinc ille Demetrius cognomēto expugnator Vrbium dictus, maximè apud omnes admirationi fuit, quod in illis plurimum valeret. Hinc Archimedes ille apud Romanos, cum Syracuſas diu oppugnarent, in multa æſtimatione habebatur: Hinc ijdem Romani apud Gallos, immenſum ſibi honorem, cum magno hoſtium timore compararunt, quod machinas admirandas tractarent ac mouerēt. Sed vetuſta illa nugæ ſunt, atq; vmbræ futiles præ noſtris, nā quid habent arietes & catapultæ, quod conferatur igneis noſtrorum tormentis? Cuniculi, quos agebat Cæſar ad inuadēdas vrbes, nunquid comparandi cum ijs, quos Petrus Nauarra dicitur inueniſſe, quique igneo puluere replentur, atque vbi injeceris ignem, continuò videas maxima propugnacula, totas arces à fundamentis conuelli, in aëra ſublimes diſijci, omnia ſurſum deorſum ferri? ſuſpiciebatur Archimedes, quod vitrea quædam ſpecula inueniſſet, quæ cum ſol percuſſiſſet, flammas concipiebant, & naues procul poſitas adurebant.

22. Nunc haud opus ſole, ē tormentis noſtrorū globi emittūtur, ac longiſſimè proijciuntur, qui continuò attollant incendia, vbi inſederint, & omnia latè corripiant, & exurant, ita vt

Stepha-

Stephanus Battorius Poloniæ Rex plurimas vrbes & arces Moſcouitici Imperij, quibus erāt mœnia firmiſſima; vallis ac propugnaculis optimè munita, facilè tamē cœperit, quod do. musintra ambitum murorum poſitæ ligneæ forent: Riſum moueat, ſi quis antiqua his noſtris auſit oponere: quantum præſtant itaq; hæc noſtra priſcis illis, tantò nos præſtamus antiquis arte militari. *Huc vſq; ille.*

Præterea quod gladij, bombardæ, & arma ſingulis, hoc præſtant vniuerſis munitiones & munimenta: Ea ſunt loca munita, propugnacula & fortalitia, vt vocant arces, caſtella citadellas, ciuitates, oppidauè, vallo, foſſa, aqua, muris, vel alijs propugnaculis, contra omnem vim externam munita, quibus Prouincia defenditur quouis tempore, pacis & belli; quæq; re- ceptaculum & refugium tutum præbent militibus, alijsuè ci- uibus, & quibus ciuium & ſubditorum ſaluti & ſecuritati cō- ſulitur, & in futurum, & in præſens tempus proſpicitur, ne nu- data propugnaculis Regio, inuadendæ ac diripiendæ illece- bra quædam ſit. *Iun. p. 2. polit. q. 64. Bodin. de repub. lib. 5. c. 5.* 23. Quid ſint Munitiones.

Arces autem, ſiuè citadellæ vel ad conſtruentis tutelam: aut ad totam regionem defendendam, quæ prioribus longè digniores ſunt, conſtruuntur, quia his expugnatis tota regio ſubiugatur, illis autē, vna tantū ciuitas occupatur, & hæ im- periorum propugnacula nuncupantur, taliſq; fuit Cremona à Romanis contra Gallos, qui vltra Padū incolebant, ædificata; *ex Tacit. lib. 19. Clapmarius de arcanis lib. 3. c. 7.* 24. Quid proſint arces, ſiuè citadellæ.

Alſo haben auch die alte Römer diß vnd jenſeits deß Rheins vnd der Donaw/ vber die 50. vnterſchiedliche Caſtella zu dem ende auffer- baut/ wann ſie jrem Vorhaben nach/ ſich deß gantzē Teutſchlands fur voll je nit bemächtigen ſolten/ damit ſie doch vermittels vorangezog- ner erbauten Caſtellorum, zum wenigſten die daran gelegene Landt- ſchafft wider dieſelben erhalten köndten.

Dergleichen Römiſche Gebäw/ vnd vnder denſelben allerhandt ſtarcke Thürn (welche ſie zu Friedenszeiten zu Kornſchütt/ Stadel/ oder Scheüren gebraucht habē) noch auff den heutigen Tag am Rhein zu Stein/ Rudesheim/ Ehrnfels/ Caub/ Catzenelenbogē/ Engerß/ Keyſerswerth: wie auch auff dem Hundtsruck bey Hoheneck/ Ha- ge/ Odenwaldt bey Erbach/ Lindenfelß/ vnd andere vorhanden ſeyn. Vnder welchen ein theil Caſtra Herculis, als Erckeln in Hollandt/ vnnd bey Lüttich/ dan Caſtrum Traiani, das iſt Kronburg/

vnderhalb Franckfurth/ Caſtrum Erenberti, das iſt Erenbreitſtein/ gegen Coblentz vber/ Item Aſciburgium, das iſt daß vnderhalb Cölln in der Graffſchafft Mörß/ noch auff den heutigen Taa gelegene Orth/ Aßburg oder Duißburg/ vnd bey der Zuiderſee Caſtellum Fleui, vnd andere mehr genennt worden ſein. *D. Wurffbain in relat. hiſtorica Habspurgo. Auſtriaca. part 1. ſ m.5.*

25. De citadellis noſtri temporis.

Sic noſtris etiam temporibus Cajeta clauſtrum Regni Neapolitani nuncupari poteſt: Quemadmodum Caletum Anglis Scalam, qua in Galliam deſcendebant, fuiſſe dicunt. Atq; harum præcipuarum arcium maxima ratio ſeruanda, ſummaque laude dignus habendus eſt ille, qui ſitubus ſingulis exploratis, ita arces, vt totam regionem poſſit vnica arce defendere, locare nouit. Et quidem *Plato lib. 6. de legib.* de cuſtodia regionis ita ſcripſit, Vniuſcujuſq; diligentia & opera ea potiſſima ſit, vt quod fieri poteſt, ab hoſtium impetu regio defendatur, hoſtiſque vallis, turribus, muris procul arceatur: additq; ciuitatem circularem loco editiſſimo, vt fortior ſit, ædificandam eſſe.

26. Locaque dã communire neceſſe eſt.

Et nullus dubitationi locus relinqui videtur, quin aliqua loca communire neceſſarium ſit: nam quia munimentis huiuſmodi nihil aliud quæritur, quam vt hoſtis conditio fiat deterior, hinc omnia inuenta ad hoſtem offendendũ profluxẽre: Inter cætera cum illud valdè noxium ſit, quo aggrediente hoſtem à lateribus vexamus, affligimuſq;. *Cæſar lib. 7.* Hinc turres & propugnacula, & quæcunq; hoc incommodum gignerent, inſtituta ſunt; vt fuerunt muri Hieroſolimæ, *qui duos colles immenſum editos claudebant, per artem obliqui, aut introrſum ſinuati, vt latera oppugnantium ad ictus pateſcerent Tacit. lib. 21.*

27. Vtilitas arcium.

Etenim cum pluribus de cauſis neceſſariæ ſint arces, & caſtella, quæ vulgo citadellæ vocantur, tum præcipuè *vt inquit Ariſtot:* quia nemo aggreditur, quos benè inſtructos eſſe cognoſcit, vndè hoſtibus alioquin ingreſſuris animus diminuitur: Deinde quia paucis te in arce defendis, quem extra arcẽ ægrè multi defenderẽt: quod à Cæſare prætermiſſum non fuit, *quo minore numero militum munitiones defendi poſſent. lib. 7. de Bello Gall.* Item ad meliores & minus ægras ab hoſte conditiones impetrandas: cuius rei apud antiquos & noſtrates innumerabilia ſunt exempla. Doch muß man auch zuſehen/ daß man der Sachen nicht zu vil thue: dann wann man einen Orth nach den Kriegs Regulu nit halten kan/ vnd gleichwol Halßſtarriger weiß in demſelben verbleibt/ kan man leichtlich ſich/ vnd ſeine Mitgeſellen auff die Fleiſchbanck liefern.

fern. Sonſt köndte man wol ein gantzes Heer vor einem Tauben-hauß auffhalten/wann man allzeit gewiß wäre / daß es der Feindt wurde vngerochen laſſen: *Mich. de Montagine en ſes Eſſais lib.1.c.14.*

Vtilem quoque ijs hoc tempore videmus, qui ſibi à nouis, aut ad rebellionem inclinatis ſubditis, aut finitimis principibus metuunt, aut de fide & affectu eorum periclitantur: his enim & ſimilibus optimam medicinam faciunt munitiones. *Bodin de Repub. lib.5. c.5.* Exemplo Henrici IV. Imperatoris, qui Saxones Caſtellis, burgiſque in Saxoniâ conditis, in officio continere voluit. *Lehman in Chronic. Spirenſi lib.5.c.27.* quia præbent locum tormentis bellicis & vniuerſæ armaturæ; certus militum numerus ibi, tanquam in ſchola exercitatur, paruis mœnibus integram regionem defendunt, exiguoq; ſumptu multis difficultatibus obſtant. 28.

29. Græci & Romani ædificabant Caſtella.

Hinc Græci, quorum induſtria magna fuit, Romanique, quorum vbiq; ſumma prudentia emicuit, plurimum ſemper tribuêre caſtellis. *Boter de modo opt. adm. imp. lib.6. c.2.* Vndè apud Romanos Arx Capitolina, apud Carthaginenſes Byra, Thebarum arx Cadmæa fuit. *Plutarch. in Pelop.* Athenienſes præter Pyrrhæum armamentarium validiſſimum, etiam arcem nomine Munichiam habuerunt.

30. Hodie in Galliis habentur plures Citadellę.

Et hodie in Gallijs, plures hujuſmodi validiſſimæ arces ſiuè citadellæ, in vel prope maiores & populoſiores ciuitates Metis, Verdungi, alijſq; in locis, exſtructæ videntur. De quarum omnium vtilitate *D. Lindenſpir in d.c. 4. fol. 134.* Egregiam ſanè operam, *inquit*, præſtant fortalitia, ad conſeruationem atq; tranquillitatem regnorum, eaq́; nec Græci, neq; Romani neglexerunt, quibus tamen omnes alij populi, vltrò manus dare, & ita apud illos fortalitia parum neceſſaria fuiſſe videbantur. Teſtantur id Citadellæ, quas habuerunt apud Corinthios, Tarenti, atque in regio oppido. Romanumq́; Imperium in cunis ſuffocatum fuiſſet per Gallos, niſi conatus ipſorum muri Capitolini retudiſſent. *Le Conſeill. d' Eſtat, p.1. c.36.* Vnicum enim prælium ab hoſte feliciter peractum, toto regno regem exuit, ſi fortalitijs careat: idq́; experta eſt Anglia, vt & Rex Perſarum, cui Turcarum Imperator vna vice ingens territorium ademptum propugnaculis fortalitijſq́; poſtea muniuit atque conſeruauit. Et hodiè maximè ſolæciſmus militaris eſt, loca ad fortificationem idonea, hoſtis arbitrio relinquere, qui ea capta, etiam minima feré, vallo circumdare ſolet: vnde no-

ſtra bella diuturniora eſſe, & ad totale excidium, cum innumerorum militum iactura tendere videntur. *Hæc ille.*

Contra eaſdem tamen diſcurſus extat *in tomo 4. Mercur. Franc. ſub Anno 1616. fol. 42.* vbi agitur *de la Citadelle d' Amiens.* vide *Pelen. lib. 2. de l'hiſtoire de Henri le grand.* Fürſtliche Tiſchreden. *lib. 1. c. 4. Theſor. Politic. p. 1 fol. 169. Amirat. lib. 19. diſc. 4.*

31. Munitiones duplicis generis ſunt.

Munita propugnacula verò ſunt, aut beneficio ipſius naturæ, loci nimirum aſperitate, aquæ profluentis vel ſtagnantis copia, aut alia acceſſus incommoditate: hoc modo munitiſſimæ ſunt in Italia, Mantua, Ferraria, Venetiæ: Item Oruietum Thuſciæ oppidum. Situm eſt enim in excelſi præcipitiſq; montis vertice plano ſine mùris, quorum vice rupibus vndique præruptis altiſque cingitur, á naturâ hoc modo creatis: vt ex ſumma crepidine deſpectum in ima perquam horribilem habeant. Et plura alia huiuſmodi loca. In Germania Briſacū, Hohenvviel, &c. in Belgio verò Holandia, Selandia, & loca plurima.

Alia verò ſunt munita per artem, quæ aggeribus, buluardis, foſſis profundis, muriſue altiſſimis & denſiſſimis defenduntur. *Iun lib 2 polit. quæſt. 64* Quale eſt Caſtellum S. Michaëlis Romę, Mediolanum, nempè Ramparda nouem baſtionibus, & ſemibaſtionibus ſeptem ornata, præter Caſtellum locum propugnaculi debiliorem defendens, totique ciuitati ſubiectæ imperans. Luca, Caletum, S. Omer, Arras, Oſtenda. In Germaniâ Argentoratum, Lapis hermonius, Vdenhemium, Ingolſtadium, Gomorra item, munimentum limitaneū contra Turcarum tyrannidem valdè munitum, à Potentiſs. Ferdinando II. exſtructum ad vicinæ regionis tutelam. Situm eſt enim hoc munimentum in angulo extremo Danubianæ Inſulæ, Schutæ dictæ, vbi duo fluminis rami confluunt, & vtrāque ripam ſtringentes in formam coronæ exacuunt, hoſque ramos foſſâ ductitia lata fundaque iungit. Et innumera alia, tam Superioris, quam Inferioris Germaniæ oppida.

32. Locis munitis inſidiatur.

Parum tamen huiuſmodi fortalitia efficere, ni commeatu, tormentis bellicis, præſidijs, robuſto fortique milite, & quod caput rei eſt, duce fido & exercitato ſint inſtructa, experientia ſemper docuit. *Althuſ. c. 34 fol. m. 571.*

Qui enim imperio inhiant, loca naturâ munita ſectantur: nec ante, quam ea quocunque tandem modo, & ſtratagemate occupare poſſint, deſiſtunt. Vnde Octauius Auguſtus

Ægyptum, aliaſque Prouincias, bello & ad rebellandum, reſiſtendumq; aptas, cenſeri inter proconſulares prouincias noluit, ne quis Equitum aut Senatorum Romanorum eam cum poteſtate ingreſſus eſſet, occaſione inuitaretur aduerſus Cæſarem inſurgendi. *Dio. & Sueton in Auguſto.*

Cæterum vrbes amplas & ſatis ſpatioſas muniendas quoque eſſe, vt ſubditis præbeant receptum, optimé *cenſuit Steph. Paſquier lib, 7. des recherches c, 15.* cuius rei quidem artificium in eo conſiſtere dicunt, vt vnum punctum longam tueatur lineā, nec vllus locus ſit fortalitij, qui ab hoſte occupatus, nō multis modis offendi queat, die gantze Kunſt an der Befeſtigung / beſtehet allein darin / daß man in der Grundtlåge einer Statt / Schloß / Schantz / &c. ſo man befeſtigen will / alle Linien dahin richte / daß auff welcher Seyten der Feindt ſein Låger ſchlagen / oder den Angriff thun wölle / jhm ſtracks vornen / vnd auff allen Seyten widerſtandt könne geſchehen. *Ioan. Euerhard. de Barle duc, c 1, in princ. tract, de fortificat.* 33. Vrbes ſpatioſæ muniendæ quoq; ſunt.

Huius verò artis circa fortificationem verſantis præcepta, in compendio ex ſequenti ſcemate, videri poſſunt.

☞ 34.

Et ſupradicta quidem in munienda ciuitate, fusè & enucleatè ad oculum explicat. *D. Zachar. Fridenreich.* 35.

Munitiones ciuitatum, *inquit*, conſtant foſſa, aggere, ſeu vallo, muro, propugnaculis, portis: quarum ſtructura à noſtris potiſſimum temporibus, hodiernoq; militiæ vſu, petenda eſt.

Prima in muniendo, foſſæ cura eſt, quæ latiſſima altiſſimaque facienda, vt nec facilè poſſit adæquari, repleríque ab obſidentibus, & cum aquæ cœperint inundari, ab aduerſario cuniculum continuare minimè patiantur. Nam duplici modo opus ſubterraneum peragi, eius altitudine, & inundatione prohibetur. *Veget. lib. 4. c. 5.* 36.

Foſſas illas plerorumq; probat conſenſus, quæ aquis viuis ſcaturientes, pro libitu inundari aut exſiccari poſſunt. Terra è foſſis educta ad aggeres & valla conſtruenda adhibetur, modò argilloſa illa & ſatis vliginoſa ſit. Talis namq; congeſtam aggeris molem firmiùs continet: præſertim ſi herbarū aut fruticum ſeminibus inſpergatur, &, quod hodie frequens, ſalicum ſurculis antrorſum intexatur, qui radicibus copioſè & 37.

celeriter immiſſis terrâ arctiùs conſtringunt: dummodò ſurculi pubeſcentes crebro reſecti in arbores non excreſcant, quæ fortè auulſæ pondere ſuo compagem valli diſſoluerent & diſſiparent.

38. Vallum intrinſecus fornices & hypogæum in circuitu habeat, ad cuniculos hoſtis præcauendos, & recondenda ea, quæ ad munitionem & tormenta ſunt neceſſaria, utq; tranſiri inde libere ad omnis munitionis partes poſſit. In valli ſummitate pectoralia ponuntur, quibus rurſus aggerem alium cũ ſuis pectoralibus imponunt, qui Catus vulgò appellatur.

39. Murus laudatur coctilis, lateribus ex terra lutoſa & argilloſa, arenà calceq; & cæmento tenaciſſimo inter ſe compactis, eductus: forma non perpendiculari, ſed aliquantum inclinatâ, tum etiam periſtylijs è frontiſpicio & à tergo fulcitus; altitudine & craſſitudine eâ, vt tormentis non facilè deijci, aut ſi deijciatur, ruderum copia foſſarum profunditatem non cõpleat. Hic poſt foſſam proximè adhæreat vallo, & cum eodem poſteriore ſui parte quaſi coaleſcat, ſuiſq; pectoralibus inprimis inſtructus, & foraminibus ſclopetarijs & tormentarijs, in locis, vbi opus eſt, diſtinctus.

40 Hiſce partibus munitio quæuis perficitur, quarum diſpoſitio & ſi ad loci ſitum dirigenda ſit, illam tamen præſtantiſſimam iudicant architecti, quæ hexagona, heptagona, octogena, & polygona regularis ſit, & includi circulo queat. Neque enim foſſa, vallum, atque murus ambitu directo ciuitatem cingere, ſed procurrentibus angulis & ſinuoſis anfractibus circumduci debent: tali artificio, vt propugnacula protuberantia penè triangularia & modicè acuminata ſe mutuo reſpiciant: angulis anguli, acumina acuminibus ita ſubordinentur, vt globorum exinde emittendorum exactiſſimè ſibi correſpondentium directione, ſine impedimento è ſingulis peti ſingula poſsint, & perfectiſsimâ proportione ac diſtantia ſe mutuò defendant, tum hoſtis machinas admouere volens, non ſolùm à fronte, ſed etiam à lateribus, & propè à tergo, veluti in ſinum concluſus opprimatur.

41. Portarum locus medius intra duo propugnacula, aut in alicuius propugnaculi angulo eligendus, ad quas pons per foſſam ſublicius, poſteriori parte verſatilis ducat, itineribus, vt quidam volunt, per vallum arcuatũ, & obliquis, vel, quod alijs conſultum magis videtur, directis, ſed quæ intrinſecus areā

quadra-

quadragena,foſſa,vallo,& aggere vndiq; munita, excipiat. Ipſius portæ aditus concludatur foribus,ſeris, peſſulis, catenis, catarractis,quæ conſtent trabibus præpilatis,nō in cratis morem connexis,ſed ſeparatim mobilibus. Poſticum etiā relinquatur anguſto aditu,quo emitti ſinguli poſſint, cum portas pandere ſemper non licet. In fornicis autē concauitate ſupra verticem foramina ſint,per quæ in hoſtem irrumpentem omnis generis detorqueri tela valeant. *add. Daniel. Speccel. & Simon. Stevvin. de architect. munition & diſput. M. Conrad. Theodor. De munition. & propugn.*

Omnium puncta, Palma Venetiarum propugnaculū, ante annos non ita multos in foro Iulio, nō procul ab Aquilegia exſtructum, meretur: quod formā circulari & rotundā nouem propugnaculis, quorum ſingula ducentis in vicem diſtāt paſſibus, foſſis duodecim paſſibus latis, profundis triginta, portis tribus, communitur. Nouem fora ſeu planities habet, quorū primarium in vrbis eſt centro: vbi munitiſſima turris in altiſſimam molem exſurgit, ex qua proſpectus in ſingulas munitiones patet liberrimus. Diametrum vrbis ſexaginta paſſibus deſcribitur. *Theatr. Zuinger. fol. (mihi) 4062.* 41. Palma Venetiarum propugnaculum laudatur.

Quid de ciuitatum munimentis ſenſerint Romani, vel ex legibus ipſorum perſpicuum eſt: quibus ſanctos eſſe muros ciuitatis iubent, non permittunt in his, aut etiam in portis, aliquid fieri, addi vel demi, ſine Principis conſenſu, pœnā capitis ſtatutā in eum, qui aliquid in muros deliquiſſet, & ſcalis admotis, vel aliā quauis ratione, tranſcendiſſet: 43. Muri à Romanis habebantur ſancti

Vnde *Poëta* de Tranſilitione muri à Remo facta. *lib. 4. Faſtor.*

Neue quis aut muros, aut factam vomere foſſam
Tranſeat, audentem talia dede neci.

Ius quoq; muniendi olim nemini competebat, niſi cui illud indulſerat Princeps. *Tacit. Hiſtor. 5* Iudæi, inquit, empto iure muniendi, ſtruxêre muros in pace, tanquā ad bellū, & *Vulp. in l. 9. D. de rer. diuiſ.* Muros municipales nec reficere licet, ſine Principis vel Præſidis authoritate, nec aliquid ijs coniungere vel ſuperponere. Eſt enim illud arcanum dominationis, ne cuiquam liceat arcem extruere, vel ciuitatem muris circumdare. *Tacit. 15. annal.* Nero iubet præuenire conatus Conſulis, occupare velut arcem eius, opprimere delectam iuuentutem, quia Veſtinus imminentes foro ædes, decoraque ſeruitia, & pari ætate habebat. 44. Quibus ius muniendi cōpetat.

45. Sic Lucas ille Pittus, qui aduerſus Petrum Medicæum poſtea conjurauit, Florentiæ ad Romanam portam, editiore in loco, ad effigiem munitæ arcis ingentem domum exſtruxit, vt Coſmum magnificentiæ gloria ſuperaret, & hac via ad principatum graſſaretur. Quare cum Marſus Syriæ Præſes Claudio Cæſari indicaſſet, Agrippam murum ingentis magnitudinis circa Hieroſolymam inchoaſſe; Claudius nouarum rerum ac diſcordiæ ſuſpicionem captans, Agrippæ nouum opus nunciauit: quo facto ſtatim ab opere deſtitit Agrippa: *Ioſephus lib. 19. antiquit. cap. 7.*

46. Rebelles murorũ demolitione puniebãtur. Et plerumque murorum demolitione puniebantur rebelles. *Suetonius in Galba.* Quaſdam inquit, ciuitates Hiſpaniarum Galliarumque, quæ cunctantius ei acceſſerant, murorũ deſtructione puniuit: *Et de Placentinis Guntherus.*

Taliquè reũ eſt reddidit a pacto
Gratia, directis vt tota turribus vrbe
Mæſta ruinoſis lacerarent mœnia muris;
Quaſq; metu regis cepiſſent duvere, rurſus
Ingeſto patulas implerent aggere foſſas.
Neque alias exſtruere licebat: Idem lib. 4.
Terdonæ veteres, nobis prohibentibus, arces
Erigit, & vetitas audet ſarcire ruinas.

Et ibidem:

Ne clanderε pergeret vrbem
Iuſſus ab incepto populus deſiſtere muro.

47. Quorundam priuilegiũ, ne ipſis in vicinia quid ædificetur. Quin etiam hodie multæ ciuitates, *teſte Gailio.* priuilegium ab Impp. obtinuerunt, ne vicinis liceat, intra vnũ vel duo milliaria prope ciuitatem, caſtrum ædificare, quod hæc res vicinorum potentiam ac robur augeat, ipſis verò periculum ac metum inferat: idque refert de Rege Scytharũ, *Curt. lib. 7.* cum vrbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, ſuis impoſitam ceruicibus, emiſſa militari manu dirui iuſſiſſet. Quo argumento cum primis vtuntur illi, qui tam hodierna, quam veterum propugnacula deprimunt. Quæ tamen maximum vſum habent; & Romani ſæpenumero totam ſalutem in ijs poſuerunt, vt videre eſt in illo. *Liui lib. 32.* Vides tu Aule Corneli, cacumen illud ſupra hoſtem, arx eſt illa ſpei ſalutiſque noſtræ, ſi eam, quoniam cæci reliquere Samnites, impigrè capimus.

Huiuſmodi etiam Priuilegium allegat Colonia Agrippina contra Duces Iuliacenſes: quorum ſcripta in publico, & omnium manibus teruntur.

De nouis fortificandi modis & inuentionibus, vide *Monſ. de la Noue diſcourſ. 18. Clande Flamand. Specklins, Steuini & Boteri Eberh. de Barle-duc, tractatus de fortificatione ſingulares.* Modum item artis fortificatoriæ Belgicum zum andernmahl gedruckt zu Dreßden bey Wolff Seyfferts. Anno 1630. Item Ioan. Willhel. Dillichium in fol. zu Leipzig Anno 1636. in folio, getruckt / vnd mit ſchönen Kupffer gezieret.

DISCVRSVS. XIV.

DE DVCIBVS BELLI.

1. Viri in bello vel ſunt Duces aut milites.

Tertium in bello gerendo, quod ſpectandum maximè, Viros dixi, per quos nihil aliud, quam multitudo armata, quæ eſt vel ad impugnandum, vel ad repugnandum apta atque idonea, intelligitur: quæ bifariam rurſus vel in Duces vel milites diſpeſcitur: Milites verò, vel in Equites, vel in Pedites, quibus omnibus in bello ſummoperè opus.

2. Milites aut ſunt pedites vel equites.

3. Dux egregius exercitui præficiendus eſt.

Et Principibus quidem aut Reipub. quæ bellum meditatur, prima cura & ſollicitudo eſſe debet, vt egregiè fortem & peritum virum exercitui præficiant: Verè enim dicitur, tanti omnem exercitum eſſe, quanti Imperatorem: quippe cum Exercitus vniuerſus quaſi quoddam animal ſit, cuius caput Imperator, ordinata acies pectus ac thorax, pedites manus, equites autem pedes exiſtant, & capite concuſſo, perturbatoque membra reliqua languere fluereq; dicantur: Ita fathiſcente præ imperitia aut alio aliquo vitio Imperatore, cæterum quoq; exercitũ fluctuare, ac in præceps agi, euenire ſolet. *Curt. lib. 10.* Vt haud abſurdè, mortuo Alexandro Magno, eius exercitum Leoſthenes cuidam Cyclopi comparauerit, qui amiſſo oculo omnium incertus hinc inde vagaretur. *Plutarch. in Galba.*

4. Plus in Duce eſt, quam in exercitu

Nam plus in Duce eſt, quam in toto exercitu, ſiquidem ipſius Ducis aſpectu milites aduerſum fortuita refoueri ſoleant. *Tacit. de morib. German.* Hinc *Dionyſ. Halycar.* nulla re *inquit*, ad felicem victoriam ex prælijs reportandam æque opus eſt, atque bonis ducibus. *lib. 6. antiq.* Numeroſæ enim copiæ, ſi nacti fuerint duces imperandi minimé peritos, nullum præclarum

facinus faciunt, & ſæpiſſimè ipſæmet ſuarum cladium ſunt authores, & tanto magis conflictantur, quantò maior eſt earum numerus. At egregij Imperatores, quamuis exiguas habeant copias, tamen celeriter eas, & numero, & rebus omnibus neceſſariis augent. Sic C. Marius exigua manu innumerabilem Venetorum multitudinem, Cæſar Gallorum, Alexander Perſarum, feliciter debellarunt. Maximè igitur opera danda eſt, vt aut Snperiorem, præſtantioremuè, aut certè non inferiorem peritia bellica, hoſtium duci opponamus. *Veget. de re milit.*

5. Dux vel eſt primarius vel ſecundarius.

Ducum verò duo ſunt genera, primariorum ſcilicet & ſecundariorum. Primarius ſiuè Generalis ille dicitur, qui à ſummo Magiſtratu conſtitutus ſummæ rei imperat, ſuiſq; conſilijs & ductu rem gerit, cui omnes reliqui ſecundarij Duces & milites ſubiecti ſunt: Vnde eius quoque officium eſt, videre & curare, vt ſpeciales inferiores Duces, officium iniunctum faciant, ideoq; veluti inſpector reliquorum eſt. *Althus. c. 34. fol. 563.*

6. In Duce primario quatuor requirũtur.

In hoc eligendo, quatuor præcipuè ſpectantur: Scientia rei militaris, Virtus, Authoritas, & Felicitas. *Polyb. lib. 6.* Ego enim exiſtimo *inquit Cicero*, in Imperatore ſummo, quatuor has res eſſe oportere, ſcilicet ſcientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, & felicitatem *In Orat. de laudib. M. Pompeij.*

7. Primo Scientia rei militaris.

Primo ſcientia rei militaris: quia ſi bellum gerere debet, meritò quoque eius gerendi ſcientiam habere debet: Turpe enim eſt ſcientiam, in qua verſatur, ignorare. *Tacit. 3. annal.* Scientia rei bellicæ, dimicandi nutrit confidentiam, quia nemo id, quod ſe bene didiciſſe nouit, facere metuit. *Veget. lib. 1. c. 1.* neceſſe igitur erit, vt plures per prouincias ſtipendia meruerit. *Cicero pro Manil.* & nullum genus belli ſit, in quo illum non exercuerit fortuna: vt ſciat, quis ordo agminis, quæ cura explorãdi, quantus vrgendo, trahendouè modus, ſecundarum etiam ambiguarumq; rerum gnarus ſit, eoq; interritus. *Tacit. 1. & 3. annal.*

Tales olim extiterunt Iulius Cæſar, C. Marius, Hannibal, Pompeius, & alij ſexcenti, qui artis ſuæ peritiſſimi & in militia exercitatiſſimi idcircò fuerunt, quod nullum belli genus eſſet, in quo eos fortuna non exercuiſſet *Amirat. lib. 14. diſ. 6.* Talem etiam deprædicat *Coneſtag.* Ducem Albanum, militum enim, inquit, Hiſpanorum virtus, inutilis eſſe videbatur, ſi Duce talibus digno, deſtituerẽtur, Albano verò Duce etiam quęcunq; exercitum ſufficere putabãt. *lib. 4. de Portugal. & Caſtell. coniunct.*

Econtra

8. Imperitia Ducis primarii eſt ruina exercitus

E contra Ducum in exercitu imperitia, ſtrenuis quoq; militibus obeſſe, & magnarum cauſam cladium ſæpius præbere memorat *Xantippus apud Polyb. lib. 1.* Exemplum eſt in Xerxe Perſarum Rege potentiſſimo, cum contra Græcos expeditionem inſtitueret, Regnum habuit ampliſſimum & florentiſſimum, centum ac viginti Prouincijs conſtans, in caſtris decies ſepties centena militum millia, verum rei militaris ignarus, amiſſis ſuis fuga longè turpiſſima ſibi conſuluit, domum ſcapha reuerſus, non ab alienis, ſed ſuis, miſerè trucidatus fuit.

Imperitiá item Ducum Publij Æmilij ac Varronis acceptum ferunt, quod tanta illa Cannenſis extiterit clades, in qua vltra quinquaginta Romanorum millia, vno in prælio ceciderunt: Tot equites perierunt, vt horum annulis aliquot modios plenos, victoriæ in argumentum, Carthaginem Hannibal miſerit.

9. Scientia rei militaris, in quibus conſiſtat.

Et certè mirum videri non debet, quandoquidem Duci primario neceſſaria ſit, ſumma in conſulendo ſapientia, promptum in prouidendo conſilium, ſingularis in agendo induſtria, inuicta in periculis fortitudo, admirabilis in conficiendo celeritas, ſagacitas in ſtratagematibus, vigilantia in ſuſpectis, patientia laborum, & ſeueritas in animaduertendo. Quibus virtutibus ſi ſummus belli Præfectus deſtituatur, Leo ſine oculis erit, aut Polyphemus, monſtrum horridum, cui lumen ademptum eſt. Nam ſi tot virorum fortium, atque adeò Regni totius fortuna ab Imperatore dependeat, quis in eo non ſummam prudentiam exigat, & ſagacitatem?

Plurimum in bellis ingenium poſſe, toties res agendæ, toties pericula docuerunt, & vix vnquam vllus exercitus perijt, niſi cum Duces in capiendis conſilijs errauerunt: Quippè gladius Imperatoris conſilium eſt, quo ſemper plus efficere poteſt, quàm ferro militum manus. Non magna magni nominis vmbra ſed multa prudentiæ lux victorias parit, & triumphos inuitis & attonitis hoſtibus extorquet.

10. Vicario opus eſt experto, vbi Generalis bella nõ geſſiſſet.

Aliquando tamen eligitur Dux belli, qui nulla geſſit bella, ſi vult, eſtq; pater patriæ, cum plurimum conducat eum, quẽ res proximè concernit, bello præeſſe: ſed tum Vicario opus, qui copias aliquando duxit, & vſu militari confirmatus eſt.

11. Secundo Virtus in

Virtus quoq; in Duce conſideratur, quia hæc militum amorem & reuerentiam Duci conciliat, eoſq; ad imitationẽ incitat. Et alia quidem ad bellum pertinens virtus eſt, quem-

admodum labor in negotijs.&c. Alia verò in moribus, velut temperantia, fides, humanitas, juſtitia, & his ſimiles, vnde *Cicero pro lege Manil:* Quanta inquit, innocentia debent eſſe Imperatores? quanta omnibus in rebus temperantia? quanta fide? quanta facilitate? quanta humanitate? quæ niſi habeat, non ego poſſum Imperatorem in aliquo numero putare: ſiquidem indecorum ſit, ſi patiatùr ſe ſubigi voluptatibus, ex nimia forſan felicitate. *Curt.lib.10 pag 254.* Cum rarò faciat mixturam cum moderatione recens proſperitas; Quod innuere viſus eſt Aſdrubal in Senatu Romano, *teſte Liuio lib. 30.* Ex inſolentia, inquit, quibus noua bona fortuna ſit, impotentes lætitiæ inſanire, populo Romano vſitatè ac propè iam obſoleta ex victoria gaudia eſſe: *de Hannibale Valer. Max. lib 9.c.1.*

12 Sit temperans

Temperantia itaq; neceſſaria Duci virtus eſt; non enim poteſt exercitum continere, qui ſe ipſum non continet. *Cic. pro lege Manil.* Hac virtute prædìtus, pecuniam ſtipendijs exſoluēdis ſeruat, non alea perdit, non in Venerem, non in Bacchum conuertit. Victorijs plurimis inſignem & probè inuictum habitum Hannibalem, Campanæ voluptates hyeme vnica perdiderunt, atq; ita eius eneruârunt exercitum, vt à Romanis tandem profligaretur. Cum luxui apud Veronam Ludouic⁹ Germanorum Rex operam daret, ex inſidijs & captus, & oculis orbatus fuit. *Bocer.c.4.n.10.*

13. Fidem datam ſeruet.

Fidem quoq; Principi vel Magiſtratui ſuo datam, conſeruet, nec ſe largitionibus corrumpi patiatur: obcæcāt enim homines munera, & à recto virtutis tramite abducunt: quemadmodum Aratum Achæorum Ducem ſeduxerunt, cùm ei à Ptolomæo Philopatre Rege Ægypti decem talenta dono oblata eſſent. *Plutarch. in Arato.*

14. Non ſit auarus, ſed innocens.

Sit quoq; innocens, non auarus, cuius non manus tantum, ſed nec vllum veſtigium, cuiquam, niſi hoſtibus, nocere dicatur: Vnde *D. Vernul. de bello gerendo. Orat.4.* Egone illum inquit, Imperatorem ſiuè belli Ducem aliquo in numero putabo, qui cùm patriæ protector eſſe debeat, eam furioſi exercitus licentia deuaſtat? qui auaritiæ ſuæ perfugium, & militaris cupiditatis arenam, in ſociórum & amicorum tectis eſſe vult? qui bellum gerit, vt diteſcat, ferrum acuit, vt aurum occupet, victoriam pretio redimi permittit, non ipſe armis extorquet? Eius animus ſupra aurum eſſe debet, qui ferrum in hoſtes diſtringit, nec oblatum accipere, ſed raptum occupare, & di-

ſtributa inter milites præda maiores animos excitare. Non iſta diuitiarum cupiditas, non rapinæ, non exercita in amicos crudelitas felici curſu ad victoriam contendit. Totillæ miſerorum ruſticorum lacrymæ, tot viduarum & pupillorum gemitus, tot miſeriæ lugentium & iacentium villarum atq; vicinorum vltionem è cælo petunt, & diuinæ iracundiæ fulmẽ accendunt. Hæc eſt infelicium ſucceſſuum ſæpè cauſa, hæc patriæ pereuntis occaſio, dum offenſa diuina Maieſtas hoſtium arma in noſtrorum ſtragem militum, & vrbium pernitiem conuertit. Nolo iam dicere, ita ferè ſemper euenire, vt ij miſerrimà fame pereant, qui omnia rapiendo nihil aliud, quã inopiam famemq; iis reliquerunt, quos protegere debuiſſent. Sit mihi ille Imperator in omnium ore & prædicatione, qui ſuorum armorum ſcopum, ſolam de hoſtibus victoriam, & Principis ſui gloriam proponit; qui patriam clypeo tegit, in hoſtes gladium oſtendit, qui non ferreis tantum, ſed religionis & iuſtitiæ armis, ſine quibus nulla felicitas aut victoria eſt, vt Beliſarius, *teſte Procopio lib. 1. de bello Vandal.* dicebat, bellum gerit. Non patiebatur ille glorioſiſſimus Dux in exercitu ſuo eos, qui aduncas manus & ſuorum ſanguine cruentatas haberent, quod fortitudo parum proſit, niſi innocentiæ & æquitati coniungatur. Volo, inquiebat ipſe, vt milites mei puras manus ad hoſtium internecionem adferant. O ſi omnes ita dicerẽt Imperatores! O ſi omnes Alexandrum Seuerum imitarentur, cuius exercitus cum ad Perſicum bellum proficiſceretur, incedebant milites tanquam Senatores, quos ruſtici tanquam fratres amabant, & eorum Ducem tanquam Deum honorabant.

Continentia tamen in Duce, præ cęteris quoq; virtutibus ſummoperè laudari, & mirabiles ipſi in periculoſis occaſionibus, proſperitatis effectus largiri, ipſumq; adornare & admiratione dignum facere ſolet: Hoc modo Scipionem maiorẽ continentiſſimum fuiſſe referunt, qui nunquam captiuis mulieribus vſpiam illuſit, aut vllam aſpectui ſuo præſentari permiſit: Et cum forte aliquando ad eum duceretur captiua Virgo admirandæ pulchritudinis, eam honeſtè integreq; cuſtodiri juſſit & cum paulò poſt comperiſſet, eam deſponſatam eſſe cuidam Luceio Principi Celtiberorum, integram eam intactamq; ſponſo reſtituit; Cuius rei celeberrima fama, cauſam præbuit, vt Celtiberi vltro in partes Romanorum conceſſerint, & quod armis Scipio aſſequi nequiuerat, continentiæ ru- 15. Continẽtia quoq ſummè laudat Ducem belli.

more confecutus ſit. *Patric. de Inſtitution. Regis. lib. 6. tit. 21.*

16. Tertiò authoritas ſit in Duce primatio

Tertium quod in Duce requiritur, eſt Authoritas, nam vbi illa non eſt, ibi nec timor eſt hoſtium nec ſubditorum: Homines enim in tantis rebus, opinione non minus famæ, quam certa aliqua ratione commouentur, vt aut contemnant, aut metuant, aut odio vel amore proſequantur: Hanc verò authoritatem maximè parit ſeueritas in delictis militaribus vindicandis, & in diſciplina bellica conſeruanda *Veget. lib. 3. c. 10.* Facilis enim Dux, vt inutilis contemnitur; quamuis illo milites delectentur, & *vt Lipſ. lib. 5. de milit. Roman. dialogo. 15. pag. 345.* hiſce tribus verbis inſinuabat, terrent, niſi timẽt. Im Krieg ſpricht *Philip Seberbius ad polit. Ariſtot. pag. 69.* diſputirt man nit vil/ ſonder es heiſt ſchlechts kauͤpffe auff: Dieweil in Kriegsſachen die Strenge vil beſſer vnd heilſamer iſt/ dann die Barmhertzigkeit. *Petr. Cabal. cent. 3. caſu 94.* Vnde Scipio quoq; Ducum auſteros & rigidos ſuis, at faciles & largitores, hoſtibus vtiles eſſe aiebat.

17. Seueritas comitate temperãda eſt.

Comitate tamen & humanitate aliqua interdum huiuſmodi ſeueritas temperanda erit. *Tacit. 1 hiſt.* Hæc enim milites obſequentes, illa beneuolos facit; hæc in officio continet, illa ad omne periculum promptos & alacres reddit. Amant quippe illum milites Imperatorem, qui eos Commilitones & fratres in prælio appellat, qui facta ſingulorum extollit; ſaucios inuiſit, vulnera intuetur, alium ſpe, alium gloria, cunctos alloquio & cura, ſibique & prælio firmat. *Tacit. lib. 4 annal.* Amant illum, quem ſocium in laboribus & periculis vident, qui tantum laboris ſibi inſumit, quantum alijs imponit; qui teſtis eſt meritorum vniuscuiuſq;, nec minus tolerantia, labore, diligentia, quam authoritate cæteris antecellit: Amant præterea illum, qui cultu habituúe parũ à priuato milite differt *Curt. lib. 3.* qui cum militibus cibum militariter ſumit: item ſi minus prædæ capiat, eamque militibus relinquat.

18. Prædam ſi militibus communicet.

Die alte Kriegsobriſten pflegten vorzeiten die Beuth vnder die Soldaten zu theilen/ vnd nichts vor ſich behalten: wie Scanderberg gethan/ als er ein Beuth von 20000. Cronen vnder ſeinen Kriegsleuthen außgetheilet hat *Hiſtoire de Schanderberg lib. 4. c. 2. fol. 95.* Der Keyſer Aurelius Probus namb allein Waffen fuͤr ſich/ das vbrig gab er den Soldaten zum beſten. Aber Clodouæus Koͤnig in Franckreich/ namb fuͤr ſein theil nicht mehr/ dann ein anderer Soldat. Hingegen hat Theodo I. Hertzog in Bayrn/ als er Auguſtam Tiberij/ die jetzo Regenſpurg genennt wurd/ erobert/ hat er die gantze Beuth/ ſei-

nen

nen Soldaten zum beſten geben. *Henr. Pantal. de Viris illuſtr. German. par. 1. fol. 128. & 183.*

Si denique non abutatur ſanguine militum, neque eum temerè, crudeliter, vel perfidè effundat. Et tales fuêre Scipio Africanus, & Lucullus apud Romanos, quorum ille, ſe malle vnum ex ciuibus ſuis ſeruare; quam mille hoſtes perdere, dicere ſolitus erat: Hic verò incitantibus ad direptionem, reſpondit, malle ſe vnum militem Romanum ex hoſtium manibus eripere, quam vniuerſas hoſtium fortunas ſibi vendicare. *Bruſo. lib. 2. c. 24.* Hinc Phocion Dux Athenienſis, cum adhuc floreret Leoſthenes, interrogatus ab Oratoribus, quid ipſe boni feciſſet Reipublicæ? Nihil aliud, inquit, niſi quod, donec ego vobis fui Dux, nulli dicta ſit Oratio funebris, ſed omnes vita defuncti in majorum munimentis ſepulti ſint: Alij jactabant cruentas victorias: Phocion exiſtimabat egregij Ducis eſſe, ſic adminiſtrare rem militarem, vt nulli, aut quàm pauciſſimi ciues pereant: Mos autem erat Athenis, eos, qui in acie cecidiſſent, apud populum laudare, ac cenotaphia erigere. *Plutarch. in Phoc.* 19. Nec abutatur ſanguine militum.

Similiter egregius ille belli Dux Pelopidas, vxori ſuæ, quę ipſum ad bellum proficiſcentem muliebriter rogabat, vt ſe ipſum ſeruaret: Alij, reſpondit, vt iſtud faciant, monendi ſunt: Princeps enim & Dux, potius hortandus eſt, vt ſeruet ciues. *Bruſ. lib. 2. cap. 24.* Melius & clarius adhuc Q. Fabius Minutius: hortante ſiquidem filio, vt locum idoneum paucorum jacturâ caperet: Viſne, inquit, tu ex illis paucis eſſe? Vox certè Imperatore digna, exiſtimans quippè non eſſe boni ducis, etiam vnius militis incolumitatem contemnere. *Eraſm. in Apophth.* 20

Verum noſtris temporibus, de quorundam belli Ducum, militum ſuorum ſanguinem varijs in occaſionibus nimis temerè profundentium, incuriâ, *D. Carue ſequentibus exclamare verbis*, non veritus fuit. Hie ſihet man wie getrewe Dienſte / etliche Generalen Jhrer Kay: May: leiſten / denen es gleich gilt / ob ſie die Knechte erhalten / oder auff den Fleiſchbanck hinliefern / ob das Vatterlandt verderbt / oder erhalten werde / wann nur jhr Beutl vnnd Bauch voll wirdt: Jm Sauffen ſeindt ſie mächtig / vnd ſtarcke Männer Trunckenheit anzurichten / aber zum Fechten / ſeynd ſie forchtſamer als die Haaſen. Hæc ille in ſeinem Kriegs Reißbüchlein *cap. 23. pag. m. 197.* 21.

Felicitas deniq; in ſumo belli Præfecto reſpicienda eſt, quia comes ferè conſilij & rationis eſt; *Veget. lib. 3.* quam quidē omnes 22. Quartò felicitas

quoq; in Duce primario requiritur.

illi optare poſſunt, nemo præſtare. *Cic. pro lege Manil.* Maximo, inquit, Marcello, Scipioni, Mario, & cæteris magnis Imperatoribus, non ſolum propter virtutem, ſed etiam propter fortunam, ſæpius Imperia mandata, atq; exercitus eſſe commiſſos.

23. Nonnulli nimium ſunt infelices.

Sed tamen paulò benignius quibuſdam à Deo attributa, nonnullis etiam, alioquin ſummis viris denegata eſt. *Euſt. in Iliad.* qui quarta ſcilicet luna nati, domi equum Seianum, (*vt veteres dixerunt ex Agell.*) habere videntur, adeo vt cuicunq; rei manũ & mentem admoueant, ea ſe auertat. *Gregor. lib. 11. c. 4. n. 6. & 7.* Hanc infelicitatem, eorum quoque comitari ſolet militum ſtupor, ſicut felicitatem eorundem fiduciæ. *Vnde Theog.*

Multis mens leua eſt, ſed eiſdem numina dextra,
Queis malè quod cœptum eſt, vertit & in melius.

24. Alii è cõtra fortunatiſſimi.

Contra alijs deſtinata, ſalubriter omni ratione potentior ſucceſſus diſcuſſit, vt qualicunq; occaſione vtantur, ita præcellunt, quaſi venti tempeſtateſq; obſecundent. *Cic. pro lege Manil.* atq; exinde ſapere eos, omnes dicunt, *vt ait Plutarch.* Talis fuit Alexander Magnus, licet enim plurimum debuerit virtuti, plus tamen fortunæ debuit, quam ſolus omnium mortalium in poteſtate habuit: quoties enim illum à morte reuocauit? quoties temerè in pericula vectum perpetua felicitate protexit? vitæ quoque finem eundem ille, quem gloriæ ſtatuit. *Curt. lib. 10. c. 5.*

25. Fortuna quorundam.

Talis etiam Pompeius Magnus prædicatus eſt, qui diuina quadam felicitate, tot & tantas res geſſit, quot & quantas nemo optare à Deo immortali auſus fuiſſet: Talis quoq; Iulius Cæſar erat, qui in ſua poteſtate fortunam habuiſſe videtur: atque innumeri apud Græcos & Romanos alij, quibus lauros & palmas vltrò conijcere in ſinum fortuna ipſa credebatur, propter quam ſumma ipſis imperia & exercitus committebantur.

26. A Deo petenda eſt.

Et ſanè fruſtra, quantumuis egregius Imperator, victorias de hoſtibus ſperabit, niſi illi fortuna diuinitus adjungatur, quæ quia in eius voluntate poſita non eſt, neceſſe eſt, vt eam à Deo poſtulet, & ſuæ meritum pietatis obtineat. Fieri enim nõ poteſt, vt eum Deus immortalis non feliciſſimum eſſe velit, quem ſui nominis cultorem eximium, & virtutis ſtudioſiſſimum eſſe ſentit. Ille tantam felicitatem Theodoſio Imperatori conceſſit, vt ei venti & tempeſtates obſecundare viderentur, quod ita pietatis eius merita poſtularent.

IlleConſtantinum Magnum ita fortunatum effecit, vt pro eo militare Cœlum crederetur, atq; idcircò, quod cũ vitæ probitate clariſſimus eſſet, tum ardentiſſimo Zelo Catholicam religionem propagaret. Sileo plures alias veteris iſtius æui Heroas, quorum pietas cum gratiſſima Deo eſſet, eius quodammodo manu, nulloq; periculo ſuo ad victorias & triumphos ducebantur. Viderunt etiã noſtra tempora, & extulerunt pietatem iſtam in ſummis aliquibus exercituũ Præfectis in Dño nunc mortuis, quorũ victorias dum numerare vix potuiſſent, diuinitus adiunctã illis felicitatẽ eſſe confitebantur. Profectò non idoneum eſt belli felicis inſtrumentũ Dux improbus, & cum à Deo proſperi ſint bellorum ſucceſſus, non ſcelere, ſed pietate ſunt obtinendi. *Sed de huiuſmodi heroibus & Viris æterna memoria colendis, vide infra diſcurſum vltimum.*

Cæterum non inutiliter hoc loco quæri poſſet, qua ſcilicet ætate Imperatores vel belli Duces militiæ preficiendi ſint? Plato ante trigeſimũ ætatis annum neminẽ militiæ præficiendũ ſtatuit, etiam ſi ſpectatæ virtutis eſſet, & aliqua militari gloria illuſtratus: Hanc ætatem legitimã etiam bellicis muneribus primò arbitrati ſunt Athenienſes, vnde cum aliquando in electione Ducis, Chares quidam iuuenis ferox, & robuſto, validoq; corpore, Iphicrati valdè ſeni prælatus eſſet, ibi Timotheus Princeps Senatus, ſurgens ciues monuit, vt talem non Ducem eligerent, ſed qui Duci ſtragulas ſuas portaret. *Plutarch. in Apoph.* Huic tamen legi poſtea nonnunquam derogauerũt, & præcipuè in Alcibiade, qui adeo gratus populo in adoleſcentia fuit, vt omnium ciuium oculos, quoties in publicum prodiret, in ſe vnum conuerteret, nemoq; par ei Athenis exiſtimaretur: Is ante ætatem bello Syracuſano præfectus eſt, cui tamen duo longè maiores natu collegæ dati ſunt, Nicias & Lamachus, vt tutius Reipublicæ conſulerent. De quo, item Themiſtocle & Cimone. *Iuſtin. lib. 2.* 27. *Quã ætate Duces præficiẽdi ſint.*

Idem placuit Romanis, nec ab hoc præſcripto diſceſſerunt, niſi in maxima Reipubl: calamitate. Poſt varias enim multiplicesq; Hannibalis victorias, cum jam vrbi immineret, ciueſq; omnes in magna deſperatione eſſent, Scipionẽ admodũ iuuenẽ elegerunt, quẽ cum exercitu Carthaginẽ mitterent, vt preſſi domeſticis malis Carthaginenſes, ab Italia Hannibalem reuocarent: Octauius quoq; duo de viginti natus annos Imperator deſignatus eſt, M. Cicerone id populo perſuadente. 28.

29. Veterano Duci melius fidendum.

Longè tamen tutius veteranis & exercitatis militibus exercitus creditur: Expertum ſiquidem non rarò eſt, damna ſæpius ſub duce iuuene ſenſiſſe exercitum, quam commoda. *Iuſtin. lib. 1.* de Tomyri Scytharum regina referens: Quod, cum nuntiatum eſſet Reginæ, adoleſcentulum filium ad inſequendum Cyrum, cum tertia parte copiarum mittit. Cum ventum ad Cyri caſtra eſſet, ignarus rei militaris adoleſcens, veluti ad epulas, non ad prælium veniſſet, omiſſis hoſtibus, inſuetos barbaros vino onerare ſe patitur, priuſq; Scythæ ebrietate, quā bello vincuntur; nam cognitis his, Cyrus reuerſus per noctē ſecuros opprimit, omneſque Scythas cum Reginæ filio interficit: de Antiocho Syriæ Rege, & de Cleomene Spartiate ſimiles lapſus, tradit *Polyb. lib. 5 & 9.*

30. Eſt enim magis quieto animo.

Cauſa & ratio datur, quod iuuenum conſilia ferociora & feruentiora ſint, minuſque incerta caſuum repetant, cum fortuna nunquam eos deceperit: Senes autē quieto animo multa præuideant, fortunæ aditus conſilio præcludant: quorſum reſpexit *Polyb. lib. 10.* vbi de induſtria Hannibalis loquitur: Hanc ſententiam etiam ſecutus eſt Alexander Magnus, qui annum ætatis vigeſimum primum agens, Philippum Patrem amiſit, & vt non tam Imperij, quam gloriæ ſucceſſor eſſet, cum paternum exercitum hæres accepiſſet, non æquales ſuos, cum quibus educatus fuerat, alioſuè primæ ætatis ac roboris iuuenes, ſed veteranos elegit, plæroſque etiam emeritæ militiæ, qui cum Patre dudum militàuerant, vt non tam milites, quam militiæ Magiſtri lecti viderentur: quæ quidem res effecit, vt victor ſemper euaſerit, & cum parua admodum manu ſexcēta Perſarum millia ſuperauerit, & niſi morte præuentus fuiſſet, vniuerſum terrarum orbem ſubegiſſet.

31. Atque huc benè conuenit, quod *Plutarch in Sertorii vita* refert; nempe Sertorium, cum Pompeij milites variè diſperſos ſuperaſſet, multis occiſis, audiſſetq; aduentare Metellum ſenem cum alijs copijs, diremit prælium, reuocatiſq; ſuis dixit: Ego puerum hunc, niſi ſuperueniſſet anus illa, verberibus caſtigatum domum remiſiſſem. Vnde liquet, quantum Duces ſenes, & experientia rerum edocti, iunioribus & rerum imperitis ſint anteponendi.

32. An Dux ex ſtemate nobili eligendꝰ

Altera quæſtio, Vtrum generis ſplendor in electione Ducis attendendus ſit? Reſpondeo breuiter cum *Bocer. de bello c. 6. n. 13.* Quod ſi è generis nobilitate, vetuſtate ac ſplendore haberi

quis

quis poſſet idoneus, hunc omninò præferendum eſſe. Hoc modo Albertus Auſtriæ Dux, eius nominis Quintus, in bello, quod contra Bohemos, prius quam Romanis imperaret, diutiſſimè geſſit, interrogatus, quem copijs præficere ſtatuiſſet? ſi alium inquit, quàm me, ductorem exercit⁹ petitis, fruſtra me Auſtriæ Ducem appellatis: Dux enim reuera eſt, qui exercitum ducit, & quem acriter pugnantē exercitus ſequitur: Quibus verbis prudentiſſimus Princeps ſignificare voluit, præter heroicas virtutes, etiam generis ſplendorem ac nobilitatem in Duce commendandas eſſe, quibus militum animos facilius flectere, victoriæque ſpem fortiter conſequi poſſit. *Æneas Syluius. lib. 3 Commentar de reb: Alphonſi.*

Alſo ward auch im Jahr 1632. vber die Kayſ. armeen zum Ge-
neraliſſimo geſetzt Jhr Churfurſtl: Durchl: Maximilian, Pfaltz- 33.
graff bey Rhein / Hertzog in Ober: vnd Nidern Bayrn / rc. Welcher
mit einem anſehnlichen Hauffen zu Felde gezogen / vnnd die Statt
Prag drey Tag vor Pfingſten erobert / den Feindt gäntzlich auß Bö-
haimb verjagt / vnd zum Fürſten von Friedlandt in der Ober Pfaltz
geſtoſſen / rc. *de quo D: Carue.* in ſeinem KriegsReißbüchlein / *c. 3 f. m. 27*

So ſeind ebenmeſſig hernach Anno 1635. die zu Hungarn vnd Böhaimb damahls Königl: an jetzo Röm: Kayſ: May: Ferdinandus III. vermög Prageriſchen Fridenſchluß über alle Kayſ: vnd deß Reichs armeen zum Generaliſſimo erwöhlt / vnnd durch dieſelbe bey der Nördlinger Schlacht / vnd anderen Occaſionen mehr / anſehnliche victoriæ erhalten worden.

Conſentit *Althus. & Caſman. in ſyſtem. c. 40. fol. 205.* quod ſcilicet generis etiam ràtio in electione ducis habēda ſit, vt vel ex Ephoris regni, vel ex filiis ſummi Magiſtratus, maximè idoneis cōſtituatur: ſed ita vt in èligendo virtus appareat: nam licet virtus in multis exiſtat, in generoſis tamen clarius eluceſcit. Videatur *Amirat lib. 17. diſ. 3.*

At cæteros etiam non reijciendos eſſe, etiamſi parentibus 34. Humili loco nati etiam nō contemnendi,
nati ſint obſcuris, cenſet *idem Bocer.* Iphurates enim licet filius Sutoris fuerit, ab Artaxerxe tamen Perſarum Rege, cū Ægyptijs bellum inferre ipſe vellet, Dux electus fuit. Themiſtocles quoq; homo natus infimo loco, plurimis & maximis victorijs inſigniter claruit. Narſes item genere obſcuro natus. P. Scipionem æquaſſe dicitur, & conſtat ex hiſtorijs quod Gothos penitus ex Italia depulerit. C. Marius fabri ferrarij filius, ſepties Romæ conſulatum, reſque in bello feliciter geſſit. Es

werden aber jetzt die Befelch vngleich außgetheilt/vt crebræ audiantur querelæ,& ſubditi ſuo, ac Reipublicæ experiantur incommodo. *Keller.de offic. Iuridico,polit.lib.2.c.30.fol.m 604.*

35. Turcæ quales Duces eligere ſoleant. Turcæ verò hac in parte prudentius & vtilius, præſtantiſſimos quoſque viros ad dignitates adhibent, qui à pueritia Principis ſumptibus educati, vel in alijs artibus laborioſis, vt cuiuſq; fert naturæ & ingenij inclinatio, edocti & inſtructi fuerunt. Et hi conſtituunt aulicam militiam Turcarum, vt Spachi, Spachioglani, atque Ianizzari, Soluſtri vel Soluphari, Vluſagi, Charipici: Et tanquam ex Seminario depromuntur inde Sangiachi, Baſſæ, & Veſiri. Innumeri illi milites, nec gentilitijs armis, nec vllo nobilitatsi hæreditariæ ſigno vtuntur. Nam in hunc finem initio ſunt inſtituti, ne ſibi quidquam proprij attribuerent, nec vllam exſpectarent dignitatem, niſi quatenus ipſorum Virtus, præmium & compenſationem ab Imperatore mereretur: ita refert, *Iacob. Geud. de conſeruat. Imper. lib. 2. c. 2.*

36. *& 5.* vbi de Mozelinis, id eſt feudatarijs, Alconitijs h. e. voluntarijs militibus, Azafris h. e. remigibus, Belgerbegis &c. *inc. verò 3.* de Chriſtianorum liberis inſtar decimarũ exactis, quorum nomina dicit Turcas diligenter in album annotare, & Conſtantinopoli poſteà hinc inde mercatoribus alendos diſtribui, vt leges Machometis & Turcicam addiſcant linguam, ac tandem, vbi virilem attigerunt ætatem, Ianizzarorum militiæ adſcribantur: Interim ait, eos in omni militari ſtudio exerceri, certos eſſe conſtitutos magiſtros, qui eos arcum tendere, luctari, ſaltare, ſuper equum ſalire doceant, nec quidquam omitti, quod eos induſtrios & ſtrenuos ad militiam reddere poſſit: eiuſmodi exercitijs corpora eorum ita occaleſcere; vt maximos belli labores non grauius, quàm actiones quotidianas & vſitatas ferant. Hac de re videatur *Soranzius de Turcico Imperio cap. 4.*

37. Dux belli num audax eſſe debeat. Tertio non incongruè quæri ſolet, vtrum conueniat Ducem belli audacem eſſe? Et quidem ante omnia certum eſt; Ducem belli nihil amplius curare debere, quam ne timere videatur, *R. P. Strada lib. 7. pag. m. 461.* Qualiter Timotheus ille Græcus, qui, cum alius quidam cicatrices ſuas, quas in bello pro patria Imperator accepiſſet, Athenienſibus monſtaret, ridens de ſe ipſo faſſus fertur, Equidem valde erubeſco inquiens, quod cum Samum obſiderem, juxta me ſagitta fortè cecidit, qua exanimatus, non quaſi Dux tanti exercitus; ſed quaſi ig-

nauus

nauus Tyro profugerim. *Patric. de Inſtit. Regis lib. 2. tit. 1.* Vnde apud plebem nulla dubitatio eſt, quin magis audacem, quam virtuoſum exoptet. *Thucyd. lib. 3.* In omni enim ſeditione populari, quidquid modeſtum eſt, aut moderatum, ignauiæ ſpeciem apud plebem habet, quod circumſpectum & prouidum, ſegnitiæ; quidquid autem præceps, abruptum, atq; audax, id verò forte magnanimum & virile prorſus cenſetur: adeoq; ſemper in ea plerumq; maioris animi, quam conſilij pars vincit.

Certum tamen eſt, quod in Duce belli minimè audacia, *Comin. lib. 5. c. 5.* ſed magis prudentia, *de qua ſupra,* deſideranda ſit. *Paruta lib. 1. diſ. 5. fol. 88.* Vnde ad Principem Parmæ Princeps d'Oria ſapienter reſpondit: *Ie ſçai quelle eſt ma charge, mes cheueux ſe ſont blanchis en l'apprenant. Voſtre Excellence ne doit rendre compte au Roy Monſeigneur, que d'vne picque, & ie luy dois reſpondre d'vne armée, en laquelle ſi bien la fortune m'a failly, ie ne veux point, que les autres parties requiſes à ma charge, le courage, l'auctorité, ny l'experience me defallient, ny qu'on me puiſſe reprocher d'auoir failly en cela. Pierre Matthieu, lib. 4. narrat 3. n. 5. fol. 112.* 38. Prudētia magis in Duce quā audacia deſideratur.

39. Similiter cum quidam ad Scipionem Maiorem dixiſſet, illum parum eſſe audacem vel pugnacem, reſpondit: Benè quidem dicis. Mater enim mea me Imperatorem, non autem bellatorem peperit: quo dicto oſtendere voluit, Ducis non eſſe, temerè ſe obijcere periculis, & audacia ſua totam rei ſummam in diſcrimen perducere. *Patric. d. tit. 1.* Sic Hannibal Romanos Duces cautos & prudentes multò vehementius metuebat, quàm feroces & feruidos. Itaq; cum Sempronium & Flaminium, prompti & rapidi ingenij Imperatores, Romani aduerſum ſe miſiſſent, gaudebat Hannibal; ac cum ferocius, quam conſultius rem ſciret geſturos, eorum temeritati inèſcandæ, leuibus aliquot prælijs patiebatur ſe vinci, vt cauſam iuſti certaminis cum illis contraheret: Deinde quo proniores eſſent in vitia ſua, eos ſociorum cædibus atq; incendijs irritabat Pœnos. Illi ſuum dedecus rati, quod per mediam Italiam Pœnus impunè vagaretur, pugnandi conſilium cepere. Ita dū præpropere vniuerſo periculo ſummam rerum committunt, inſignibus duobus prælijs ab Hannibale victi ſunt. *ex Liuio lib. 22 refert D. Lindenſpur in diſc. de arcanis Imperij c. 4. fol. m. 118.*

40 Huiuſmodi feroces & audaces belli Duces, diſſuaſit etiam Mæcenas Auguſto, vbi inquit, Etſi ipſa nos ratio doceat, magna negotia magnis adiutoribus egere, nunquam tamen, ſpon-

tè mea, author ſum Principibus & Rebuſpub: vt ijs hominibus ad gubernandam', defendendamq; fortunam ſuam vtantur, quorum animus vaſtus, ferox, ſubdolus & ambitioſus eſt: Verè enim hi nouandis, quam gerendis rebus aptiores ſunt, aut vbi præclarum aliquod facinus in re militari ciuiliq; fecere, contemptor ille ſpiritus, amentia & ſtoliditate completus, ſecunda ſe aura erigit, nec patitur eodem apud ſe loci modeſtiam & potentiam eſſe. Sed vbi ſe clientelis præſidijſq; amicorum ſatis munitum conſpicit, palàm iam inſurgit in ſalutis ſuæ authorem, aut quiduis, pro vt collibitum eſt, exprimere ab eo conatur. *apud Dion. lib. 52:*

41. Hinc Euripides, cautus inquit Imperator, præferendus eſt audaci: Rarum enim eſt audacibus, bono eſſe conſilio. *Vitichindus lib. 3. geſtor. Saxonicor.* propterea *Cicero in Catone maiore,* refert Ducem illum Græciæ nunquam optaſſe, vt Aiacis ſimiles decem habeat, ſed vt Neſtoris: quod ſi acciderit, non dubitaſſe, quin Troja breui fuiſſet peritura. Nam Agamemnon *apud Homerum lib. 2. Iliados.* cum Neſtore loquens.

Certè, inquit, venerande ſenex, te plurima lingua
Gratia commendat: prudenti pectore cunctos
Haud dubiè Graios ſuperas, vinciſq; loquendo.
Atq; vtinam tales mihi Dij bis quinq; dediſſent,
Nempè breui noſtris manibus caperentur, & alto
Pergama conciderent à culmine.

42. *Anplures belli Duces primarii habendi.*

Quartò quæritur, num expediat plures primarios belli Duces exercitui præficere? Negatiuè reſpondet *Patricius lib. 9. tit. 11 fol. m 550.* Vnius itaq; Imperium inquit, ſicut in pace & otio omnibus aliis præſtat, ſic in bello adeò neceſſarium eſt, vt etiam Reſpublica, quæ multorum imperio in pace reguntur, belli tempore vni ſe ſuaq; omnia credunt. Quem ſi non domi ſatis idoneum habent, aliunde acceerſire debent. Carthaginenſes domi Rempub: agebant, militiæ autem Imperatorem vnum ſemper præficiebant. Iſocrates Athenienſis, cum de propria patria ſcriberet, ait Athenienſes, vt qui Reipublicæ ſtudioſiſſimi eſſent, ſæpè conſueuiſſe duos, pluresue ciues vni eidemq; bello præficere: quod quidem dum factitarunt, ſemper infeliciter pugnaſſe: Hoc verò cum perſpicerent, vni tantum ſummam rercredidiſſe, & hoc pacto deinceps ſemper victores extitiſſe, quoties vnius Imperatoris ductu certatum eſt.

Difficillimum ſiquidem videtur, vt qui æquali ſint poten-tia Principes diu in belli ſocietate, diuturnam amicitiam co-lant, niſi maiori alicuius authoritate cohibeantur, *Liu. lib. 5. dec 1.* Nam multi imperantes perdidère Cariam, & multi imperātes habent imperium & regnum nullum, aut incertum & diſcor-dijs obnoxium adſtipulantur R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. vnd nach dem man auß Alten/ꝛc. *Cominæ lib. 2* Mea hic eſt ſententia, ait, vt exiſtimem eum, qui ſolus in poteſtate habet decem ho-minum millia, magis eſſe metuendum, quam decem confœ-deratores, qui ſinguli ſenis millibus præſunt. Nā quia nullius hic eſt præcipua vel ſingularis authoritas, multa quotidie in diſceptationem incidunt, & antequam aliquid conſtituatur, prætereunt ferè occaſiones: Exemplum præbet bellū Germa-nicum à confœderatis Smalcaldicis geſtum. *Althus. c. 35. fol 582.*

43 Difficulter plures Duces æquales, remanēt concordes.

Vnde non mirum ſi ex tali ducum diſcordia, magnæ ſub-ſequantur clades; quemadmodum Romani ob diſcordiam L. Sergij ab Æquis fuſi & profligati ſunt. *Liuius lib. 4.* Et ſimile quid recenſet *Froſſard.* quendam nempè belli ducem Anglum, in ſua memoria virum, & animo & conſilio præſtantē, mul-tum præterea in ſuis rationibus fortunatum, voluiſſe quodā die, nactum occaſionēm pulcherrimam, ferire hoſtē, vt quoq; negotium melius conficeret, oraſſe comitem quendam An-glum, quatenus certo numero Equitum ſibi ferret ſuppetias. Quod cum ille haberet in animo, commonefactum à ſuis, ne omnino ſuccureret, quod ille ſi res feliciter caderet, omnem rei geſtæ laudem ſolus eſſet habiturus: ageret negotium ipſe ſuum, & aliquid moliretur, vnde ſolidam gloriam obtinere poſſet: hac ratione impeditum illum, quod maximè optabat, perficere nequiuiſſe.

44. Ex horū diſcordia clades ſubſequuntur.

45. Nimirum vbiq; dominatur inuidia & ambitio, in bellis autem maximè: ac ſæpenumerò fit, vt dum alter in alterius gratiam nihil vult ſuſcipere moleſtiæ, omittantur præclariſſi-mæ rerum gerendarum occaſiones; & aduerſarij hoc ipſum deinde in vſum proprium conuertant. Et licet de inexatiabi-li huiuſmodi belli ducū æmulatione, quæ hodie maximè ob præcedentiā, generis ſplendorem, & titulorum varietatē ple-rūq; exoriri ſolet, multa adferat *Amirāt lib 2. diſc. 11.* Magnū tamē inter Sereniſ: Bauariæ Principē & Electorē Maximilianū, &c. ac Comitē Buquoium, Sumorū Cæſarei exercit⁹ Ducū, amo-rem & ſynceritatem non ſatis deprædicare poteſt *Waſſenbergius*

de bello Bohemico.fol m 32 Inde coniuncti inquit, duo exercitus, duo magni Duces, Bauarus & Buquoius, hic Bohemicis, ille Auſtriacis victorijs clarus. Non alibi tam gratus belli Ducum conuentus: hærebat in mutuis alter alterius amplexibus, cum amborum corda religio, cauſa, & intentio dudũ vnà colligaſſet.

46. An primario Duci libera poteſtas dãda?

Supereſt & alia quæſtio, Annè Primario belli Præfecto libera adminiſtrandi belli ſit facienda poteſtas? Et licet apud Politicos valdè ſit controuerſa, affirmatiuam tamen opinionem ſequitur ex Tacito, *Amirat.lib.15. diſ.6.* Tiberius enim Pannonicarum legionum motu intellecto, cum Druſum filium illuc mittendum cenſeret, comites addidit illuſtres, reiq; militaris prudẽtes, cæterum miſit ipſum nullis certis mandatis, ex re conſulturũ. *Tacit lib.1.* Sic Claudius cũ in Armenia legatorum culpa, turbæ eueniſſent, miſſus illuc fuit cum legione legatus Heluidi⁹ Priſcus, rebus turbidis pro tẽpore vt cõſuleret. *Tac.l.12*

47. Eodem modo Reipublicæ Romanorum peculiaris mos fuit, vt in maioribus periculis libera ducibus ſuis mandata injungerent, judicio atq; virtuti eorum omnia commendantes, ijs verbis, cauerent, ne Reſpublica aliquid detrimenti caperet, *Liu lib 2*, vide *Enenckel. lib. 2. de priuileg. militum. c.3. fol. 74. Lencc. in obſer. politic. obſ.278.*

48. Sanè Veneti, Belgæ, & populi alij, aliter qui faciunt, magis metuunt Tyrannidem internam, quam hoſtem externum. Marchionis cuiuſdã apophtegma refert, *Boter. de detti. fol. 44.* Qui de Principe quodam bellico, ſuo Legato injungente, vt prœlium non ineat, ſed tamen regionem defendat, dicit: *Che queſto era vn dargli autorita di poter eſſer vinto, ma non vincere. D. Beſold. p.m. de Iure belli. c.8.n.18.*

49. Præſentia Ducis cõducit ad victoriã.

Sciendum deniq;, quod præſentia Ducis in bellis plurimũ faciat ad conſequendam victoriam, & ad fugandos hoſtes. Quod enim Nauclerus in naui, quod Pater in familia, quod Rector in ſchola, quod Sol in cœlo, id Imperator eſt in exercitu, quo præſente omnia proſperè procedant, eo abſente autẽ omnis militũ ſalus periclitatur. Ideo Brabantinos olim ducẽ ſuũ infantem exercitui in cunis demonſtraſſe, refert *Greg. Richter polit. axiomate 260.* vt animos adderent militi, & feliciter pugnaſſet.

50. Quando Princeps debeat intereſſe pugnæ.

Principem tamen non ſemper prœlio intereſſe conuenit. Niſi vbi ſalus Reipublicæ in ſummo verſaretur diſcrimine, vel propter ejus abſentiam totus exercitus dilaberetur, aut labaſceret & animo deficeret, aut in territorio proprio bellum

ei infe-

ci inferatur: tunc enim melius erit, vt interſit, & ſua præſentia robur & vires militi inſpiret, *Tacit.lib.4.hiſtor.Lipſ.lib 5. cap 5. Iun.lib. 1.politic. quæſt.79* Extra hos caſus inconſultum eſt, vt ipſe prœlio & pugnæ adſit. Sic dicenti Dauidi Regi: Egrediar ego vobiſcũ ad prœlium? reſpondit populus; Non exibis: ſi media pars ẽ nobis ceciderit, parum refert, tu vnus pro decem millibus cõputaris: meli⁹ igitur eſt, vt ſis nobis in vrbe præſidio. Ad quos Rex ait: quod vobis videtur rectum, hoc agam. Stetit ergo Rex iuxta portam, dum egrederetur populus. *2.Regum.21.*

Hoc modo Theophraſtus dicere ſolebat, eum qui imperat, non gregarij militis, aut gladiatoris in arena, ſed fortiſſimi ducis mortem obire oportere. Innuit autem vir clariſſimus Regem fortem eſſe oportere, non autem audacẽ ferocemúe, & quaſi vitæ ſuæ prodigum ac contemptorem. Vbi enim Imperatoris periculum ipſa rerum neceſſitas, & Reipublicæ ſalus poſtulat, illic forti animo pugnandum eſt: ſin ſecus, abſtinendũ ab armis. *Patric.de Regis inſtit.lib.2.c.1.* 51.

Atque hac in re præter Alexandrum Magnum, etiam Sebaſtianum penultimum Regem Portugaliæ, & nuper Guſtauum Adolphum Succiæ Regem ſolœciſmum militarem commiſiſſe cõmemorat *Anonymus ille Gallus in præfat. de l'intereſt des Princes,* hiſce verbis: *Sebaſtien penultieſme Roy de Portugal, auant que ce Roiaume fuſt vni à la Couronne de Caſtille, eſtoit venu au monde auec les plus riches dons de nature, que Princ y euſt paru il y auoit long-temps. Ce que les elemens fourniſſent de plus precieux, & ce que les aſtres influent de plus admirable, dans la generation des grands hommes; s'eſtoit rencontré en la ſienne, & il ne manquoit au Portugal, qu'vn autre Ariſtote, pour faire de Sebaſtien vn autre Alexandre. Mais cela lui manqua. Il eſtoit d'vn courage fort ardent, & naturellement agité, d'vn exceſſif deſir de gloire &c. les exercices plus perilleux eſtoient les diuertiſſimens plus agreables de ce Prince; Et on les lui conſeille. Il affectoit d'aller à la chaſſe pour y combatre les beſtes les plus furieuſes, & à la mer, pour y nauiger pendant l'orage; Et on l'en loue. Auſſi l'euenement ne trompa point en ceci: la portee de ſes cauſes, & la conclusion fuſt telle, qu'elle deuoit s'engendrer de la nature de ſes principes. Ce courage mal ordonné & mal conduit lui fut funeſte, & lui fit perdre la vie auec la battaille, à la iornee de Tomita, qui fut la premiere occaſion, où il l'emploia. Le Portugal en ſuitte de cela changea de face, & en tomba ſous vne autre domination, &c.* 52. Multi hac in re peccarunt. 53. Sicut Sebaſtianus penultimus Rex Portugaliæ.

Celle d'Alexandre le fait voir clairement, de qui on ne peut pas douter, qu'il n'ait ſouuent violé les loix de cette vertu, que ſon grand Maiſtre lui auoit dictees, & qu'emporté de l'ardeur eternelle de combattre qui le bruſloit, & de cet indomptable appetit de gloire, dont il eſtoit poſſedé. &c. 54. Itẽ Alexander Magnus.

Guſtauus Adolphꝰ quoque Rex Sueciæ.

Le feu Roy de Suede meſme, quelque grand eſprit, qu'il euſt naturellement, & de quelques grandes lumieres acquiſes, qu'il l'eſt eſclairé; ne peut pas touſiours gouuerner ſon courage par la raiſon. Il ne peut pas touſiours s'empeſcher de tomber en cette extremité de vaillence, qui le miſt quelquefois en denger d'eſtre tuè, ou fait priſonnier, & couſta quelquefois la vie, à quantité de ſe plus braues gens, en des occaſions, où apparemmẽt il y auoit bien à gagner des coups, & à eſperer la mort: mais ou raiſonnablement on ne pouuoit pas acquerir de l'honneur, ni attendre la victoire. L'attaque de la ville d'Ingolſtat, & celle du camp de Valſthain deuant Nuremberg, meritoient bien d'auoir les ſuccez, qu'elles eurent. Et le deſſein du paſſage du Lek, ſi memorable per euenement, & ſi iudicieux, certes en la forme de l'execution, eſtoit peut-eſtre hort des regles de la veritable vaillence, & peut-eſtre, qu'il ne lui euſt pas eſtè plus heureux, que le furent par apres les deux attaques dont nous venons de parler, ſi la fortune que ne pouuoit pas encore ſe ſeparer de te Prince, ne l'euſt faire reuſſir, en faiſſant d'abord bleſſer & retirer Tilly, par la retraitte duquel, toute ſon armee perdit courage, & ne ſonge à plus ni à combattre, ni à ſe defendre, mais à ſe ſauuer. Mais la precipitation, dont il vſa à Lutzen, où il n'auoit beſoin, que d'vn peu de patience pour vaincre, eſt inexcuſable, & il n'y à pas lieu de colorer, ni de defendre ſon procedè, d'auoir ſans neceſſitè mis en hazard auec ſa perſonne tout le fruict de ſes peines paſſees, & toutes les eſperances de ſa future grandeur. &c.

55. Duce occiſo fortuna mutatur.

Varius enim belli euentus eſt, vnde tota rei ſumma fortunæ non ita facilè committi debet, quæ nulla in re magis incerta eſt, quam in bello, ſicut admonet *Guicciard. lib. 1. hiſtor.* Ne Duce occiſo non ſolum totus exercitus, verùm etiam vniuerſum regnum pereat & amittatur. Quàm pernitioſa autem ſit, vnius ſæpè hominis iactura, vide *Ioan. de Marnix. ſect. 8. reſolut. 8. per tot. Bodin lib. 5. c. 5* Et hac de re paulo fuſius etiam diſſerentẽ *D. Lindenſpir. d. c. 4 fol. 100. & ſeqq.*

56. Duces boni non facilè mutandi.

Notandum denique Duces bonos non facile mutandos: ſiquidem, vt experientia nuper edocuit, Reipublicę nociuum eſſe ſoleat: Vnde Philippus Macedoniæ Rex potentiſſimus, Athenienſes ſibi magnoperè beatos videri dicebat: qui quot annis inuenirent decem, quos belli duces crearent, cum ipſe multis annis vnum duntaxat belli ducem, ſcilicet Parmenionem reperiſſet: ſignificans inutile eſſe Reipublicæ, ſubindè mutare duces, ſed ſatius fore, ſi quem idoneum ac fidum nacta ſit, eundem retinere: Tum etiam in bello non referre, quàm multi ſint duces, ſed quam bello gerendo accommodati. *Plutarch. in Philip.*

Inuento

Inuento itaque & declarato Duce belli Primario, quærendi ſunt & reliqui Duces ſecundarij, idque primarij conſilio. *Polib. lib. 6.* Qui ſcilicet huius nutu ſiuè juſſu imperant, & ſuo ductu rem gerunt, & partibus Exercitus præſunt. Veluti Præfecti Legionum, Præfecti cohortium, Præfecti alarum, Tribunus legionum, Tribunus cohortium: Centuriones, qui & præfecti Centuriatū dicuntur. Qui omnes ſtrenui eſſe debent, & cauere, ne popularis fauoris ſignificationē & applauſum captēt, vel admittant, ne fiant duci ſuſpecti. *Althus. c. 35. f. 592.* Sed de horum aliorumq; belli Præfectorum ſecundariorum officiis, videri poteſt. *D. Georg. Obrecht Argentinenſis IC. in diſputatione ſua de militari diſciplina.*

57. Duces ſecundarii ex primarii Ducis conſilio eligendi ſunt.

DISCVRSVS. XV.

DE MILITIBVS, EORVMQVE SPEciebus.

SEquuntur Milites, quorum alij pedites, alij equites ſunt: quorum omnium habilitas ex patriâ, ætate, corpore, animo, & moribus dijudicari ſolet. *Iun. lib. 2. politic. quæſt. 70. Amirat. lib, 20. diſc. 2. f. 53.*

1. Ex quibꝰ cognoſcatur bonus miles.

Primum ergò ratione patriæ, in quæſtionē venit, num miles domeſticus Externo præferendus ſit? Et quidem domeſticum militem regulariter præferendum eſſe, ſentiunt Politici, cum omnes penè hiſtoriæ nos doceant, in mercenarijs militibus parum eſſe ſpei collocandum: cū enim vix alium habeant ſcopum, niſi quæſtū, acceptis ſæpè nummulis, ſiuè ſpe honorationis militiæ, vel priuatim transfugiunt ad hoſtes, vel publicè ſunt proditores, quales fuiſſe patrū noſtrorum memoria Heluetios accepimus, (refert *ex Iouio hiſt. lib. 7. Caſtellanus de Officio Regis. lib. 2. c. 27. fol. m. 239*) qui Ludouicum Sfortiam Mediolanenſium Ducem â Gallis pecunia emptum, hoſtibus tradiderunt.

2. An domeſticus miles, externo præferēdus.

3. Accedit etiam illud, ſi quid ſecus accidat, vbi domi milites ſunt, quod facilè & citiſſimè bellum nouis extemplò contractis copijs reparari poſſit, ſin verò deſint, vno aut altero prælio malè pugnato, actum de imperio ſit. Nam ſi bello Punico ſecundo, tot ſtratis ab Hānibale exercitibus, tot acceptis cladibus, Romanis domeſticorum militum copia non ſuppe-

tijſſet, ſine dubio manus victori dandæ, & accipiendæ manicæ fuiſſent: Verum cum ſemper nouis delectibus augerentur vires, non modo per annos ſedecim ſe tutati ſunt, ſed etiã glorioſiſſimam victoriam de infeſtiſſimis, potentiſſimiſque hoſtibus ſunt adepti.

4. E contra Carthaginenſes â Scipione aliquot prælijs fracti, quia imbecillem multitudinem & in vrbe, & in agris aluerant, pacis conditiones ab hoſtibus accipere ſunt coacti: Domeſticus itaq; miles & illatum bellum defendere, & regni fines propagare ſolet. Atq; hanc opinionem ſequitur etiam *Patric. de regis inſtitutione. l. 9. tit. 15.* Vera enim inquit, eſt Galbæ Cæſaris ſententia, qui dicere ſolebat, Optimum eſſe milites deligere, non autem emere. Tunc autem Principes militem emunt, cum ex ciuibus ſuis non habent, quem deſcribant, & exercitum conducere coguntur. Mercenarij militis fides ex fortuna pendet, quâ inclinante ad hoſtes, plerumq; etiam ipſi ſpem atque animum eò inclinant.

5. Claſſe Carthaginenſium apud Ægates inſulas â C. Luctatio Catulo Romanorum Conſule ſuperata, ſtatuerunt Carthaginenſes pacem cum populo Romano inire, remque Hamilcaris, qui cognomento Barcha dicebatur, imperio permiſerunt, qui tandem multis ſermonibus vltrò citroque habitis, pacis conditiones â Catulo Conſule accepit: Qua quidem conciliata, milites qui contra Romanos militauerant, ad numerum circiter viginti millium nouandarum rerum ſtudio â Carthaginenſibus deſciuerunt, & conſtitutis inter ſe Ducib⁹ Vticam, Hipponem, & pleraq; alia oppida ad defectionẽ compulerunt, vrbemq; ipſam obſederunt: quibus malis Pœni perterriti auxilium â Romanis paulò antè hoſtibus impetrarat: huic bello Hamilcarem Imperatorem præfecerunt, cuius tanta virtus illuxit, vt hoſtes â mœnibus repulerit, oppida quæ defecerant, reſtituerit, & mercenarios milites eò compulerit, vt locorum anguſtijs clauſi, plures ex ijs fame quam ferro perierint: qua ex re tantum laudis aſſecutus eſt Hamilcar, vt omnium ſententia patrię ſaluator diceretur. Quo nunc exemplo facile eſt intelligere. quantò tutior præſtantiorque ſit propria ciuium noſtrorum manus; quam externa militia.

6, De Heluetiis. De Helueticis item Mercenarijs ſequentia habet *Montluc. 1. de comm. militair. fol.* 8. loquens de prœlio Bicoque, Anno 1522. *La quelle bataille le ſieur de Lautreé fuſt forcé d' accorder, pour l' opiniaſtreté de ſuiſſes. I' ay veu en*

mon temps

mon temps, le deſpit de gens de ceſte nation, eſtre cauſe de la perte de pluſieurs places, & interrompre grandement les affaires du Roy. Ils ſont à la verité vrais gens de guerre, & ſeruent comme de rempars à vne armee. Mais faut que l'argent ne manque pas, ny les viures auſſi. Ils ne ſe payent pas de parolles.

Im Jahr 1499. hat Kayſer Maximilian I. mit ſambt dem gantzen Reich/ein gar ernſtlichen Krieg wider die Helvetier geführt/alſo daß ihre Feindt nie/Tag vnd Nacht/auff jhrem Erdreich vnbeſucht ruheten. Aber ſo ſie ſich auß Begierd deß Goldts/durch außländiſche Fürſten/in frembde Krieg haben laſſen bringen/iſt jhr Mannheit verendert worden. *Stumpf.* in der Schweitzer Cronic *lib. 4. c. 6.*

Hocque ſemper nocuit Magnatibus, qui in Italia fue- 7.
runt, quod exterum & collectitium militem habebant. *Machiauel in hiſt. Florent. fol. m. 30. & ſeqq.* Hiſpani quidem mercenarijs vtuntur, ſed plerumq; eos ex Prouincijs colligunt ſubditis, Germanicis & Italicis. *Coneſtag. lib. 3. de coniunct. Portug. f. 158.* Nobiles verò Galli, jugiter ſuis regibus fideles extiterunt, malueruntq; ſua amittere bona, quam Anglis obedire. *Girard. lib 23 f 917.* De Mercenario quodam belli Duce Rudolpho Camerinenſi, refert *Poggius in Facetiis:* qui in bello, quod Florentini cum Gregorio X. Pontif. Max. geſſerunt, diuerſas partes ſecutus, Nunc vni, nunc alteri hærebat. Interrogatus à quodam: cur adeò nutans ſæpe ſe ita commutaret? Quoniam inquit, in eodem latere diutius jacere non poſſum. *D. Beſold. de iure belli, c. 2. n. 6.*

Atque hæc quæ dicta ſunt, obſigno teſtimonio. *Iuſti Lipſii* 8.
lib. 5 polit c. 9 & ſeq. Apud Mercenarios externos inquit, fides ſæpè exigua, vix patientia: in pugna frigidi, pauidi, ciuibus pernicioſi, graues ærario, cuius ſunt hirundines, & terræ quam defendere debebant, populatores. Cum è contra domeſtici fidi, obedientes, acres in pugna, erga regem proprium propenſi, amore & reuerentia illum proſequentes, patriæ amantes, vide *Senec. 1 de Clement. Iuni. quæſt. polit 70. Machiauel lib. 2. diſput. c. 20. Dana. lib. 7 polit. c. 1. Veget: lib. 1. de re militari, c. 28.* In bello maximè defenſiuo, domeſticum militem extraneo præferendum eſſe, cenſet. *R. P. Conzen lib. 10. polit. c. 20. & 28.*

Mercenarij tamen etiam quandoq; vtiles ſunt, inprimis, 9.
quando maior vis aut neceſſitas ingruit, nec in patria haberi poſſint. *Lipſ. lib 5. Ciuil. doct. c. 12 Iun. d. q 70.* Sed tamen ſemper cauendum prouidis ducibus, ne ita externis credant auxiliis, vt non plus ſui roboris ſuarumq; propriè virium in caſtris habeant. *Tholoſ. de Repub lib 11. c. 3.* de periculis à milite externo, vid. *Comin. lib. 8. c. 10 fol. 788,* præſertim ſi contra ſuæ nationis milites ducantur. *Piccard. dec. 3. c. 2.*

10. Quæuis gens in Europa fit ad bellum apta.

Ac quamuis nullum dubium ſit, quin quæuis gens in Europa apta ad bellum fiat, ex inſtitutione & vſu, vt omni armorum diſciplina, vel arte bellandi, veteres illos milites, qui orbẽ terræ ſubegerunt, facilè coæquare poſſit. Quemadmodum *Lipſius ex Vegetio refert. lib. 5. c. 10.*

Hodie etiam omnes penè Europæ populi per aſſiduum armorum vſum, ad tantam rei militaris peritiam & ſtrenuitatem peruenerint, vt de ijs nihil, niſi benè judicare, eorumque virtutem bellicam extollere liceat; Non deſunt tamen, qui de quorundam bellicoſa diſpoſitione variè, & ſatis quidẽ rigoroſam cenſuram facere non verentur: Sicut apud Anglũ illum Medicinæ Doctorẽ & Mathematicũ, *Robertum de Fluctibus, in Macrocoſmo ſuo tract. 2 part. 6. lib. 3. c. 1. fol. 403.* ſequentia, & quidem nonnullis non abſq; leui ſuſpitione, typis nuper euulgata, legere eſt, quæ ſic ſonant.

Hiſpani habent in *diſciplina militari*, tum

- *Virtutes*, quia,
  - Suis Regibus ſunt fideles, rarò enim ſunt proditores.
  - Obedientes eſſe ſuis ducibus & gubernatoribus percipiuntur,
  - Boni pedeſtres, & in armis ſuis nitidi.
  - Non deſerunt ſuos ſocios tempore neceſſitatis.
  - Pacifici ſunt inter ſe.
  - Sobriè viuunt, & ſine ebrietate.
  - Bonum obſeruant ordinem in incedendo.
  - Bene vigilant & cuſtodiunt, & quocunq; veniunt, ibi ſe fortificant.
  - Sciunt, quid faciendum ſit, antequam de ſuis ſtationibus decedant.
  - In obſeruationibus optimè ſe conſeruant.
  - Non præcipitant ſeſe in loca incognita.
  - Temerè non accedunt, nec cum magno periculo.
  - Qui bene ſe geſſerunt in bello, eos bene compenſant & honorant.
  - Meliores ſunt in executione, quàm Germani, ſed non ita ſtabiles contra inuaſiones.
- *Vitia*, quia
  - Superbi ſunt & glorioſi.
  - Spernunt & derident alias nationes.
  - Plus æſtimantur habere practicæ militaris, quam animoſitatis & valoris,
  - Crudeles ſæpiſſimè ſunt aduerſus victos & miſericordiæ expertes.

Galli etiam in

- *Virtutes*, quia
  - Valde ſunt animoſi, & ad bellum optimè diſpoſiti.
  - Equeſtres ſunt omnibus ferè Europæ nationibus præcellentiores.
  - Duces habent complures magnanimos, & generoſos, qui in arte militari valdè ſunt experti.

Bona

in bell. ſequuntur, tum

- *Vitia*, nam
  - Bona diſciplina & induſtria carent.
  - Valdè inconſtantes ſunt & mutabiles.
  - Regis ſæpiſſimè ſunt, & quaſi pro nihilo, proditores, quod euenit propter eorum inconſtantiam.
  - Sunt crudeles, auari, & vindictę cupidi.
  - Inter pedeſtres peſſima eſt diſciplina, & prauus ordo.
  - Labores bellicos tollerare non poſſunt.

Germani, quoque in diſciplina bellica habent.

- *Virtutes*, quia,
  - Sunt ſatis bene armati.
  - Ordinem antiquum pedeſtrium obſeruant.
  - Harquebuzá vtuntur mediocriter.
  - Valdè concordant inter ſe, & pacificè viuunt.
  - Optimè conſeruant ordines ſuos in bello, adeò vt ſe potius ſinant interfici, quàm vt vniones & ſeries rumpant.
  - Vt plurimum principibus, quibus inſeruiunt, ſunt fideles, & præcipuè Heluetij.
- *Vitia* nam
  - In bello ſunt valdè ſecuri, non experti.
  - Induſtria bellicoſa indigent.
  - In bello nec aſtuti nec ingenioſi multum ſunt.
  - Periculo ſe non exponunt, niſi cum neceſſitas compellit, nempè propter hoſtium incurſiones.
  - Ignaui, negligentes, & tardi exiſtimantur.

Itali in bello habent.

- *Virtutes*, quia
  - Stabiliores & firmiores ſunt in ſuis actionibus, quàm Galli.
  - Ducibus valdè ſunt morigeri.
  - Pedeſtres ſunt ſatis boni, & in executionibus non minus fortes, quàm Hiſpani.
  - Periculo non ſe libenter, niſi compulſi exponunt, ideſt, niſi in executione prius ſagaci conſilio cōfirmata.
- *Vitia*, quia
  - Laborem non ita tolerant, nec tā duriter & parcè viuunt, quam Hiſpani.
  - Sunt luxurioſi, crudeles, & impij in victos.
  - Bellum naturaliter non amant.
  - Magis ſunt mobiles, quam Hiſpani,
  - Vindictæ cupidi, & in ſua vindicta proditores.

Angli etiam notantur habere, cum

- *Virtutes.* quia
  - Satis ſunt inuicem fideles, vt ſimul mori ſæpiſſimè videantur.
  - Magnanimi ſatis, & in executione bellica plerumque audaces, ac in militia moræ haud multùm patientas.
  - In rebus marinis non exiſtimantur habere pares.
  - In conflictu ſunt magnanimi, non meticuloſi, ſed reſolutionis plenæ.
  - Optimi ſagittarij.
  - Extra patriam, ſi cum hoſte res ſit, militarem diſciplinam benè ſeruant.

Vitia, quia
- Potationi & ebrietati more Germanorum multoties dediti.
- Abſq; ſuo nutrimento conſueto parum faciunt, laboreſq; tolerare haud ſolent. Vbi enim victus cõſuetus deeſt, morbis diuturnis corripiuntur.
- Vinũ exoticum propter cereuiſiæ conſuetudinem ipſis eſt contrarium, febribus ardentibus & præcipuè Calenturâ ipſos afficit in regionibus calidis vltra marinis.

De quibus tamẽ omnibus, exercitatiſſimũ illum belli Heroẽ & Imperatorem Carolũ V. ſanius judicium tuliſſe legimus, cũ in cõparando exercitu ſe caput ſumere diceret ab Italis; brachia & manus ab Hiſpanis; pectus à Germanis (quorum fidẽ & robur maximè probabat) ventrem verò & pedes ex reliqua terrarũ natione: *David Chytre. in Orat. de vita & morte Caroli V.*

11. Fortiores milites qui ſint.

Cæterum ex plagis, quæ non nimiumà ſole remotæ ſunt, milites optimos ſeligi experientia docuit: ſolent enim hi, quia temperata complexiõe ſunt prædití, natura loci eſſe prudentes & fortes. Videatur *Bodin. in method hiſtor. c. 5.*

Fortior etiam miles è confragoſo venit, ſegnior eſt Vrbanus & verna. Ex Agricolis viri fortiſſimi & milites ſtrenuiſſimi gignuntur: ſunt enim duri, agreſtes, laborioſi, patientes famis, ſitis, ſolis & frigoris; ſine delicijs, & commercijs, inprimis ſilueſtres, & montani maritimiue. *Lipſ. lib. 5. c. 12.* Vnde *Veget.* Nunquã credo potuiſſe dubitari inquit, aptiorem armis ruſticam plebem, quæ ſub dio & in labore nutritur, ſolis patiens, vmbræ negligens, balneorũ neſcia, deliciarum ignara, ſimplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris, cui geſtare ferrum, foſſas ducere, onus ferre, conſuetudo, vt ſolem pulueremque ſuſtinere non timeat. *de re milit. lib. 1 c. 3.* Adſtipulatur quoq; *S Hieron. cum ait.* De cubiculo ad aciem, de vmbra egrediens ad ſolem; corpus aſſuetum tunica, loricæ onus non ſuſtinet; caput opertum linteo, galeam recuſat; mollem otio manũ durus exaſperat capulus: fortior autem miles ex confragoſo venit. *In Epiſt. ad Theodor. monach.*

12 Ætatis ratio in milite habẽda eſt.

Secundò ætatis rationem, etiam in militibus diligendis habendam eſſe, in confeſſo eſt. Nec enim poſtrema Imperatoris ſiue Ducis exercitus cura & induſtria in eligendo milite, & adornando exercitu conſiſtit, cum nec ſenes, nec impuberes pueri bello apti, ſed plerumq; exitioſi ſint; vtriq; quidem ob virium imbecillitatem & debilitatem, hi etiam ob imprudentiam: quod ab exemplo Athenienſium luculenter edoceri poſſet, de quibus *Iuſtin. lib. 5.* ita refert: Armantur tamen ſenes aut

impuberes pueri, & numerus militum ſine exercitus robore expletur: ſed non magnam bello moram ætas fecit: imbelles aut ceduntur paſſim, aut fugientes capiuntur: tantaq; ſtrages aut occiſorum, aut captiuorum fuit, vt Athenienſium non deletum Imperium tantũ, verum etiã Nomen videretur. *hæc Iuſtin.*

Vnde eligendi potius iuuenes, quam ſenes, quia illi labores tolerare melius poſſunt, & exercitationibus quoq; aptiores & accomodatiores ſunt, quam ſenes. Antiquiſſimo etiam populi Romani iure, Tullij nimirum Regis inſtituto, qui regnauit Anno Vrbis conditæ 176. Et poſtea lege Sempronia, ætas militaris definita fuit anno 17. quo ad militiæ munera adoleſcentes admittebantur. *Plutarch in Gracchis. Liuius lib. 25 & Gell. lib. 10. c. 28.* Lege Moſaica ætas militiæ apta ab anno 20. vſque ad 50. reputata eſt. *Fl. Ioſeph. lib. 3. antiq Iud. c. 11.* Cenſa ſunt, inquit, capita ſexcenta millia eorum, qui arma ferre valerent, ætatis ab anno vigeſimo, vſque ad quinquageſimum. 13. Qualis ætas eſſe debeat.

Alexander Magnus pueros ex varijs gentibus, quas vicerat, ſelegit, & militaribus artib⁹, ac diſciplinis inſtitui juſſit, vt ab ineunte ætate militiæ & armis tractandis inſueſcerent. Apud Lacedæmonios & in vniuerſum Græcos omnes, delectus militũ ex iuuenibus fiebat. *Iuſtin. lib. 3 & lib 5* Simpliciter ætatẽ militarem vocat eam, quæ juuentutis ſeu adoleſcentiæ annis cõtinetur, ab año videlicet 17. ſeu 20. vſq; ad annũ 50. *Xenoph l. 1. Cyri.* 14 De modo Alexandri Magni.

De delectu militũ Romanorum *Polyb. lib. 6.* ſic refert. Cum verò militum delectum habituri ſunt, conſulari præditi magiſtratu prædicunt publicè diem, quo adeſſe oportebit Romanos omnes, per ætatem ad arma idoneos. *Et poſt interuallum.* Romæ autem tribuni, inquit, vbi milites jurare adegerint, denũtiato die ſingulis legionibus, ac loco, ad quẽ adeſſe oporteat inermes, tum quidẽ eos dimiſere. Congregatis autẽ in præſtitutũ diem, deligunt ex ijs minimos natu ætate, fortunæq; per quã tenuis in Pilanos: ijs adultiores, in eos, quos haſtatos vocãt: ætate ac robore præſtãtes in Principes: natu maximos in Triarios; tot enim ac tales ſunt apud Romanos differẽtiæ, tã appellationũ quã ætatũ: imo etiã armaturarũ in vnaquaq; legione. 15. De modo Romanorum.

Apud Perſas magiſtri rei militaris grandiori ætate fuere, nec citra annũ quinquageſimũ, ſub quibus parata, inſtructaq; acie, parcè primùm ac modicè, mox exactiſſima cura militiam ediſcebãt: apud quos iuuent⁹ à vigeſimo ad quinquageſimũ annum militare cogitur: vltra vero arma tractare vetitum. *Alex. ab Alex. lib. 1. genial. dier. c. 20.* 16. De modo Perſarum

17. Apud alios inoleuit mos, vt poſt annum quadrageſimum militiæ tyrocinio neminem adſcriberent: poſt quinquageſimum verò militare deſinerent, hiſq; velut perfunctis militia, miſſio daretur. Quod Scytharum legibus cauebatur, ne hominem ſexagenarium militiæ admitterent. Ægyptijs idem in more fuit. Vndè *Seneca in libello de breuit. vita.* Lex, inquit, à quinquageſimo anno militem non cogit: quod ipſum etiam juri noſtro Ciuili conſonum eſt. ex *l. manifeſti. C. qui ætate ſe excuſ. lib. 10. C. qui non implet ſtip. ſacr. ſol. lib. 10.*

18. De modo Turcarū. Turcas hodie in eligendis Tyronibus, Romanorum veterum morem & inſtitutum ſequi, quo à 17. ætatis anno initium faciunt, notat *Obrecht in diſput. de Iure belli n. 695.*

19. Aliquādo nec ſenibus parcitur. Quantumuis autem Iuuenes militiæ regulariter aptiores ſint, quam ſenes: Neceſſitatis tamen tempore, nec ſenibus parcendum. Sic P. Sempronius cognomine Sophus, cum Prętor Romanus cognouiſſet, Etruſcos, Vmbros, Samnites, & Gallos in armis eſſe, & iam Vrbi minitari, delectum omnis generis hominum habuiſſe, nec ingenuos modò aut juuenes ſacramento adegiſſe, ſed ſeniorum quoq; cohortes conſtituiſſe, notat *Forſter. in eius vita.* Sic *Xenophon. lib. 1. Cyripæd.* ſcribit; Senes qui ſcilicet annum 50. ætatis egreſſi ſunt, non militare extra ſuam regionem, ſed domi remanere, & omnia, & publica, & priuata munera exercere, & ſi opus ſit, patriam armis defendere. Videatur *Barth. Agricola in tract. de ætate ineuntium officia c. 43. per tot.*

20 De conſtitutione corporis, qualis in milite requiratur. Tertiò quod ad corpus militis attinet: non ſit longurio, ſed media militaris ſtatura. *Liu. lib. 7.* cui ſint dura corpora, ſtricti artus, minax vultus, maior animi vigor. *Tacit. de morib. German. Lipſ. lib. 5 c. 12.* Grandes adſciuit Marius, qui ſenos pedes, vel certè quinos & denas vncias haberēt. *Veget. lib. 1 c. 5* & *Pyrrh. Frontin. 4. Stratag. 2.* Sit autem adoleſcens Martio operi deputandus, oculis vigilantibus, erecta ceruice, lato pectore, humeris muſculoſis, valentibus digitis, longioribus brachijs, venter modicus, exilior cruribus, ſuris & pedibus non ſuperflua carne diſtentis, ſed neruorum duritia collectis. *Veget. lib. 1. c. 6.*

21. Obeſi nō admittebantur. Epaminondas dicere ſolebat, militum quibus arma gerenda ſunt, corpus exercitatum eſſe debere, non ſolum athleticè, id eſt robuſtè, ſed etiam militariter, ſiuè agiliter & expeditè. Vnde obeſis infenſus erat, adeo, vt huiuſmodi quendā expulerit ab exercitu, dicens: Quod vix clypei tres, quatuorué tegerent ipſius ventrem, per quem nunquam vidiſſet ſua

puden-

pudenda. *Plutarch. in Græco Apoph.* Similiter Cato ſenior videns quendam vehementer obeſum, mirabatur cui vſui tale corpus eſſe poſſet Reipublicæ, cuius integer guttur & inguen omnia venter occuparet. *Eraſm lib. 5. Apoph.*

Olim qui manci aut debiles erant, inhabiles ad militiam iudicabantur, & nominatim ij, quibus pollices aut digiti non eſſent; Vndè is qui filium debilitauit, vt inhabilis militiæ fieret, deportabatur. *l. 3 ff. de re milit. Lipſ. 1. de milit. Roman. c. 4 p 30. Schönborn. lib. 6. c. 12. p. 586.*

22. Durities in milite commendatur.

Durities ergò in milite maximè commendatur. Quem enim potes (*inquit Staniburſt.*) mollem & eneruatum Nouitium, aliquo in numero putare, qui cum hoſte non valet confligere, niſi dulcicula potione, & quibuſdam ſpottellis ſuſtentetur: Imò niſi abdomini natus, crapulam quotidiè exhalet, niſi vnguentorũ odore nares recreet, niſi ſub pellibus interquieſcat, niſi varijs veſtibus, & neſcio, quibus lacernis ornaretur? Bellicoſus quidẽ ille miles & neruoſus haberi debet, qui ſudo & vdo cœlo aptus eſt; qui ad omnes labores impiger inuenitur, qui famem pro condimento, naſturtiũ pro cibo, humum pro cubili, arbuſtum pro tabernaculo habet. *lib. 1. de reb. hybernic ad fin.*

23. Mos Turcarum.

Turcæ etiam captiuos per Natoliæ oppida diſtribuunt, & ruſticis operibus, ruri ſcilicet arando, & pecudum gregib⁹ cuſtodiendis, materiæ atq; lignis ad ædificia portandis, alijſq; ejuſmodi laboribus applicant, vt corporis vires roborent & confirment, quo magis idonei ad militiam euadant. Nonnulli ad remos alligantur, non vt nauicularia diſcant, ſed vt aſſiduis moleſtijs callum obducant. *Traduc. fol. 243* Atque in duritie præ cæteris Scythæ olim maximè commendabantur: Vnde Ateas hunc in modum ſcripſit Philippo: Tu quidem imperas Macedonibus bellandi peritis, at ego Scythis, qui & cum fame & cum ſiti pugnare valeant. *Plutarch. in Reg. Apopb* Idcircò ſupradictum eſt, Ruſticos & agricolas plerumq; oppidanis præferri: ac vrbicum militem non eſſe bonum, cenſuit *Plutarch. in Othone f 942.*

24. Ruſticani & Vrbani milites, fiunt exercitio inſignes.

Vtrumq; tamen, & agreſtem & Vrbanum exercitio ſtrenuum fieri poſſe judicauit. *D. Beſold. p. m. de Iure belli. c. 2 n. 8.* & Vrbanum quidem citius, niſi ſit ſedentarijs opificijs, & vmbratili quæſtu eneruatus. *Kirchner. de Repub. vlt th. 36.* Ac ſanè agricolas paci magis, quam bello aptos, *prodit in Numa Plutarch fol 134.*

25.

Exinde Ruſticos & imperitum vulgus ciere, eiſq; confidere,

Ruſticis fidere ridiculum & periculoſum eſt

ridiculum cenſuit, *Meier. lib 16. annal.* qui tamen de inexercitatis potius Ruſticis loqui videntur: quemadmodũ etiam nihil periculoſius eſſe, quam ex agreſtibus tyronibus exercitum conſcribere, iiſq; confidere, experientia ferè ſemper docuit. *Bodin. de Repub lib. 5. c 5 n. 678.*

26. Miles quoq; ſit alacris, audax & acutus.

Quarta nota militis eſt in animo, vt ſit acer, præſens, acutus item, atq; verſutus. *Cicer. 2. de Oratore.* habeatq; confidentiã militarem. *Veget. lib. 1. c. 8.* nihilq; metuat, niſi turpem famam. *Saluſt. in Iugurth.* Vnde *Plutarch in Agid. & Cleomen.* qui legum, inquit, metuentiſſimi, iidem in hoſtes audaciſſimi, & pati quiduis minimè verentur, qui male audire maximè verentur. Verecũdia enim dum prohibet fugere, facit eſſe victorem. *Veget. 3. c. 7.*

De quodam claudo refert *Plut. in Lacon. Apoph.* quidam, inquit, conſpiciens, Lacedæmoniorum quendam claudum ad bellum exeuntem, cum ei equum veluti debili neceſſarium quæreret. Non intelligis reſpondit, Ageſilae, in bello opus eſſe, non qui fugiant, ſed qui loco maneant? ſignificans nempe eos demum bello vtiles eſſe, quibus in prælio aut vincere, aut mortem oppetere, decretum eſt. Et *vt Lucan. lib. 1 ait,* qui ad ſuſpicionem vulneris non palleſcunt, verum audaciter cruorem ſuum ſpectant. Nam vbi metus dominatur, ibi intellectus eſt ſuppreſſus. *Montluc lib 2. fol. 98. Montaigne lib. 1. des eſſais. c. 17 & lib 2. c. 7.*

27. Exemplũ meticuloſi militis.

De quodam meticuloſo ſequentia *Melander in Iocoſeriis lib. 1. n. 727.* memorat. Inclytus quidam Germaniæ Princeps, ſuorum non tantum ciuium, verum etiam ruſticorum agebat delectum, ex iis certos aliquos ſegregabat, quos quidem armis tractandis, belliſq; gerendis aſſuefaceret, & præpararet: quãobrem cum ruſtico cuidam togula ſcolpetaria, **das Schützen Röckel** inijceretur, ratus miſer ille, ſibi è veſtigio in militiam proficiſcendum, cumq; hoſte dimicandum eſſe; expalluit penitus, totoq; corpore contremiſcens, hanc in rationem exclamauit, Heu me miſerum, nunc quidem ſanè veſtior ego, atq; accingor ad mortem oppetendam: **Ach ich armer Mann/ da zieht ich mein Todtenkleid an.** Quo quidem Capitaneus audito, excordem hunc, imbellemque nebulonem, amiculo iſto extemplo denudat, ac fuſte probè probeque dedolatum exauctorat, ad ſtiuamque relegat, alio quodam animoſiore ad militiam magis idoneo, in fungi fucique huius effœminati deſperabundique locum ſuffecto. Contingit tamen, vt fortiſſimi etiam colorem nonnunquam commutent, & animi

minus prompti indicia præbeant; non quidem animi, ſed corporis vitio: ſicuti de Arato ſcribit *Plutarch. in vita f. 890.*

Verum ad huiuſmodi metum tollendum, multum præuia exercitatio confert, etiamſi vmbratilis quaſi ſit: nam & Romani ad palum pugnarunt. Marius item in bello contra Cimbros, (quod etiam ſedulò imitatus eſt p. m. Comes Pappenhemius) ſuos paulatim animauit, & ab vmbratili illa exercitatione, ad prælium ſerio agendum aptos effecit. *Plutarch in Mario.* Vnde *Caſſiodor.* ars bellandi, inquit, ſi non præluditur, cum fuerit neceſſaria, non habetur. *lib. 1. Epiſt. 39.* 28. Exercitatio præuia metũ tollit.

Variè quidem Hannibal ſuos confortare ſolitus fuit: Hinc aliquando Giſconi nuncianti, ſibi admirabilem videri Romanorum inſtructorum ad pugnam numerum: Imò aliud, inquit, mirabilius te fugit. Quidnam hoc eſſet ſciſcitanti Giſconi; quod ex tam numeroſa, reſpondit, hominum multitudine, nullus appelletur Giſco. Atque ſic per huiuſmodi iocum multum timoris detraxit, multumque alacritatis addidit exercitatis ſuis militibus. *Plutarch in Hannibal.* *Montlucius* quoque aliquando militum ſuorum galeas, velo aliquo conſpicui coloris inſigniri fecit, vt eò magis eorum appareret fortitudo. *lib. 2. ad fin. fol. 141.* Sed metus non adimitur opera faciliori, quam ſi milites (id quod apodicticè etiã verum eſt) ſibi habeant perſuaſum, minus tutum eſſe fugere, quam pugnare. *D. Beſold. p. m d. c. 2 n. 11.*

Non tamen in faſtu quodam, vel rixandi procliuitate cõſiſtit militis boni virtus: ſed in modeſtia & obedientia eſt ſita; vndè haud ex eo fortiores milites ſunt habendi, ſi ad duella facili opera cõcitantur. *Perche l'auer à far queſtioni, procede à da poca prudenza, ò da impatienza, ò da beſtialità,* quod Ferdinand. Peſcarius dicere ſolebat. *Bottero dodetti. fol. 14r* 29. Miles ex faſtu non fit fortior.

Sed nulla virtus in milite magis neceſſaria eſt, quam obſequium promptum. *Bottero ibid. f. 52.* Tam neſcire quædam milites, quam ſcire oportet. Ita ſe Ducum authoritas, ſic rigor diſciplinæ habet, vt multa per Centuriones, tribunoſque tantum iuberi expediat. *Tacit.* Sic vbi iubeantur, quærere ſingulis liceat, pereunte obſequio, imperium quoque perire neceſſe eſt. Hinc Phocion olim dixit, Athenis Capitaneos multos, paucos verò milites eſſe. *Plutarch. in Phoc. f. 317.* parendo enim potius, quàm imperia ducum ſciſcitando res militares continentur. Et hoc eſt quod Cæſar dicere ſolebat. Non minus ſe modeſtiam in milite, quam virtutem, atque animi magnitudinem deſiderare. *Iul. Cæſar. lib. 7. Commentar.* 30. Miles debet eſſe obediens

Atque hic non incongruè quæri poſſet, Vtrum Epiſcopi & Clerici, propria manu pugnare, vel licitè bello præſentes eſſe poſſint, quam quæſtionē fusè tractat *Molina de Iuſt. & Iure. to. 1. tract. 2. diſput. 108. & ſeqq.* ad quem beneuolum D. lectorem remitto.

31. Miles nō ſit infamis vel abiecti animi.

Deniq; in legendo milite mores apprimè ſpectandi ſunt, ne vel infames, vel ſeruilis, abiectiuè ingenij homines eligantur. Ita enim gratianus, Valentinianus, & Theodoſius edicūt. *lib. 7. C. Theod. tit. 13.* Inter optimas lectiſſimorum militum turmas, neminem è numero ſeruorum dandum eſſe decernimus, neué ex caupona ductum, vel ex famoſarum miniſtris tabernarum, aut ex cocorum aut piſtorum numero, vel etiam eo, quē obſequij deformitas militia ſecernit, nec tracta de ergaſtulis nomina.

32. Hodie hæc non obſeruātur.

Verum *Veget. l. 1. c. 7.* Nunc tales, inquit, ſociantur armis, quales domini habere faſtidiant: adeò vt quidquid vſquam corrumpi, & corrumpere queat, in illis verſetur. *Tacit. 4. annal.*

Requirunt prætetea, vt vita prætetita militis talis fuerit, vt non mollium artium cultor, dulciarius, linteo, auceps, ſellularius, nec ſedentarius, vilis aut infamis fuerit, ſed exercuerit artes ſeu opificia duriora & aſpera, laborioſa, & actuoſa, vt ſunt fabri ferrarij, carpentarij, macellarij, venatores, piſcatores, agricolæ; ruſtici: hi enim certandi laborem, & in exercitu famem, ſitim, & reliquas ærumnas, belli patienter & abſque defatigatione magna perferre poſſunt. *Liuius lib. 3 Veget d. lib. 1. c. 7.*

33. Aliqui diuites non admiſerunt

Singulariter verò Iphicrates pauperes, diuitiarum verò auidos minime eligere voluit; dicēs illos audacius pericula ſubitutos, quo ſuis cupiditatibus ſuppeditarent. Epaminondas etiam, inſuper diuites ab exercitu ſuo auctorauit; Cum enim ſcutatum militem à captiuo quodam magnam pecuniarum vim accepiſſe ſenſiſſet. Huic Epaminondas: mihi inquit, redde clypeum, te verò ad cauponam emitto, in quâ vitam degas: poſthac enim nolles eodem modo ſubire periculū, quippe jam vnus de numero diuitum ac beatorum es. Rectè judicauit timidum (*vt eſt in prouerbiis*) eſſe Plutum, magis enim metuit mortem, qui domi habet, vnde ſuauiter poſſit viuere. *Plutarch in Græc. Apoph.* Atque hæc de delectu militum: plura conſule apud *Amirat lib 20. diſc 2. & 3.*

34. Quales hodie milites conſcribātur

Verum referente *Althuſio c. 35 fol. m. 594.* in conſcribendo milite hodie hęc non obſeruantur, magno certè Reipublicæ malo, vt rectè *Lipſius* conqueritur; Nam emunt hodie, non legunt

militem,

militem, pecuniola proponitur, tympanum ſtrepit, & ecce
coëunt aliquot ignoti inter ſe, ignorantesq́;, purgamenta quã-
doque vrbium ſuarum, quibus ob egeſtatem, & flagitia, ma-
xima peccandi neceſſitudo eſt, *Egeſip. lib. 4. c. 4.* aſſueti latrocinijs;
bellorum inſolentes, atq; vt vno verbo dicam, quorum lingu-
a vana, manus rapaciſſimæ, gula immenſa, pedes fugaces,
quæ honeſtè nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima. Quod
ſi melioris notæ ſint immixti, hi facilè abripi, & velut à reli-
qua fece obduci poſſunt. *Lipſius lib. 5. polit c. 8.* ex alijs recenſet.
Simile quid etiam *Busbequius fol. 304.* de Turcicis bellis loquẽs,
refert. Pulſata longè lateq́; tympana ait, ad eorum ſtrepitum 35.
conueniũt lucelli ſpe, quibus viſum eſt: tertius fortaſſis quiſ-
que, qui loricam aut thoracem nunquam induerat, nec ho-
ſtem vel à belli limine ſalutârat. Reliqui quales? homines lu-
xu perditi, decoctores, ganeones, &c. quos eò produxit, non
patriæ charitas, non æquitas cauſæ, non religionis ſtudium,
non amor virtutis exercendæ, ſed ebrietatis, aleæ, rapinarum,
ſacrilegiorum, ſtuprorum, & vt vno verbo dicam, ſcelerum &
flagitiorum omnium impunitas atq; licentia. vid. *Herman. Lathe-
rum lib. 3. de Cenſu. c. 8. n. 78.*

Allhie kan ich nicht vnderlaſſen nur ein einzigs Exempel, auß 36.
dem D. Carue (als welcher damals Kayſerlicher Feldtprediger / vnd
alſo ſeinem Bericht nach 10. Jahr continuirlich in jetzigen Krieg ge-
weſen) von den vnſerigen Soldaten zu referieren. Bald / ſagt er /
ſeindt wir auff Aruil zugangen / vnd ein zeitlang gelägert / da dann
dem Feindt / das iſt dem Frantzoſen / nicht geringer Abbruch geſche-
hen. Es iſt nicht zu ſagen / was Muthwillen vnnd Graumſamkeit
die Crabaten alhie verübt / die vmbligende Dörffer vnd Flecken / ha-
ben ſie verbrent / die Städte geplündert / Edle vnd Vnedle ohn vnter-
ſchied getödtet / die Weibsbilder / ſo gar auch die Cloſter Jungfrawen
geſchendet / die Gott geweyhete Häuſer verunehret / ein ſchandt iſts
zu ſagen / Türcken vnd Saracenen hetten ärger vnnd Gottsvergeß-
ner nicht / gegen die Chriſten ſich verhalten künnen / als diſe gethan
haben. Diß alles geſchahe / theils durch Nachgebung der hohen
Häupter / wann ſie ſich nur Bereichen kundten / fragten ſie wenig dar-
nach / obs mit Recht oder Vnrecht beſchehe / obs dem Feindt oder
Freundt abgenommen würde. Aber der gerechte Gott / blibe mit ſei-
ner Straff nicht lang auß / ſondern erweckte den Feindt wider vns /
der alle zu Ruck jagte / vnd in die öde Oerter triebe / da wir den groſ-
ſen Mangel / vnd bittern Hunger abermahl leiden müſten. So gar

ergrimmeten die Bauren auch wider vns/ welche vns ſo wol heimlich nachſtelleten/als auch mit Gewalt zu Todt ſchlugen/ vnd wo es jhnen an Waffen abgienge/funden ſie Prügel/ vnnd Zaunſtecken genug/vns den Kopff zu lauſſen. Et paulò infra. In diſem Jahr ſeind mehr als 20000. Mann von Hunger jämmerlich geſtorben/vnd war diß damals vnſer gewohnlich manir zu Kämpffen/ das gantze Regimenter/ja gantze Heer oder Läger dahin zu Todt fielen/ ehe ſie einigen Feindt geſehen hetten. Hæc illè in ſeinem Kriegs Reißbüchlein. *c 19. fol. m. 166. & ſeqq.*

37. Melior ſententia Amirati de noſtris militibus. Aliter tamen & melius ſentit *Amiratus lib. 2 de regni, regiſq. inſtitut. fol. m. 963.* De militibus verò permulta â Platone, ac alijs Philoſophis, inquit, præcepta video, quæ quanquam commoda videantur, nequaquam tamen noſtris temporibus omnia conducunt. Nam militem ipſa ab infantia rectè educari, artibus liberalibus imbui, nihil eum proprij habere, vino non vti, aliaque hujus generis multa ſunt apud Platonem, quæ bona quidem illa videri poſſint, ſed his temporibus planè non congruentia. Quamobrem pios, robuſtos, probos, fidos, Reipubl. ac ſui Principis ſtudioſos milites tantum requiramus, eoſque â Ducibus, jubeamus officio & diſciplina contineri, ne iniuriam alicui faciant, neuè prædentur, aut inſolentes, maledici, crudeles, ſæui, inhumaniq; ſint, neúe ſegnes, pigri, inobedientes, caſtrorum deſertores, neúe reliqua militum officia non tueantur: cætera nec ab ijs requiramus, cum veluti inſtrumenta belli tantummodo ſint, & Principi ac Ducibus ſi videatur, committamus, â quibus maior prudentia poſtulatur.

38. Vtrum autem militum copiæ, ex ciuibus ſint, an ex alienigenis & conductitijs hominibus conſcriptæ, nihil refert, modo ea, quā dixi, ratione omnis contineatur, habeaturque bonorum fidelium ac fortiſſimorum delectus. Qui enim aliquod inſtrumentum quærit, num hoc loco factum, an illo ſit, minimè ſpectat, ſed an rectè factum omninò ſit, ita Princeps militem eum gerendo bello deligat, qui fidiſſimus ac robuſtiſſimus ſit: reliquum addat ipſe, vt neceſſario victu & ſtipendio dato cunctos ſeueritate diſciplinæ coerceat. *Hæc ille.*

39. Exercitus etiam ex equitibus conſtare debet. Milites porrò alios pedites, alios verò equites eſſe ſupradictum eſt: ex quibus omnis exercitus neceſſariò conſtabit: Pedeſtris enim exercitus licèt validus ſit, plurimū tamen terreri ſolet equitatu exiguo, ſed firmo, ab eoq; infeſtari & affligi:

ſicuti Mardoniũ Græcos in Citharone vexaſſe refert. *Hérodot. l.9.* Vnde *Xenophon. lib.6.* In exercitu cataphractos equites, & reliqua hujuſmodi exercitus robora eſſe oportere ait, quæ in acie hoſtibus, velut turres inexpugnabiles opponantur: Quorum vſum *Patric. de inſtit. regis lib 3. tit. 2.* his verbis laudat: Et præſertim noſtris temporibus, inquit, quibus maxima ex parte equeſtri pugna decernitur, inſtruuntur cohortes Cataphractorum equitum, adoperti per omnes membrorum artus ferreis laminis, nulla ex parte vulneribus patentes, tectiſque equis vehuntur operimentis ſcorteis ſiuè ferreis, quorum quidem ſplendor adeo fulget, vt aciem oculorum occurſantium perſtingat.

Et Cataphractorum quidem equitum militiam, primi omnium Perſæ inuenerunt, vt Græcorum hiſtorici teſtantur, & ex noſtris *Ammianus Marcellinus.* Quintus etiam Curtius in hiſtoria Magni Alexandri contra Perſas, ejuſmodi verba protulit: Equitibus, equiſque tegumenta erant ex ferreis laminis ſerie inter ſe connexis, in modum tenuis pluuiæ, vt *Marcellinus* addit. Theſſalos verò Pelij montis accolas equeſtrem pugnam primos inueniſſe, colligitur, quod ex illa re, eos ex dimidio viros, ex dimidio verò equos fuiſſe fabuletur antiquitas, dicanturque Centauri, quòd primi aculeis equos foderint. 40 Perſæ primi cataphractis equitibus vſi ſunt.

Porrò hic nonnulli anxiè inueſtigare ſolent, Vtrum equitum vel peditum maior vſus & vtilitas in bello ſit? Et quidem ſecundum mentem *Polibii* non negandum eſt, quin Equites maximam vim hoſtibus inferre, pugnamúe facilius victricem facere, melioraque ex victis ſpolia referre poſſint: Quocirca omnes Scotos quodã in bello equitaſſe, memorat *Froſſard. to.1. c.18.* atq; omne penè bellicum Turcarum robur in equitatu conſiſtere, narrat *Soranzius c.14.* 41. An vſus equitum melior ſit?

Verum ad oppida propugnanda, vel expugnanda, atque in montanis locis aut impeditis, quis non videt, *inquit Veget. lib.2. c.2.* magis neceſſarios pedites, qui poſſint vbiq; prodeſſe? Vnde Heluetij, locorum natura adjuti contra Principes Auſtriacos, peditatu deſtitutos, feliciſſimè bellarunt: Et mentionem *Stumpff. lib. 10. c.31* facit, cujuſdam Glatonenſis, ſo ſich in einem bequemen Vortheil wider 20. Reiſigen gewehret. *Tacitus* etiam in Cattis, omne robur in pedite conſiſtere, obſeruauit. *de moribus German.* Sic quoq; *lib. 1. hiſt.* Quæ gens, *inquit,* valet, equeſtri tantum, non 42. Quando pedites vtiles & neceſſarii.

etiam pedeſtri certamine, multa incommoda pati ſolet.

43. Quod olim Galli (liceat in equitatu præ alijs commendabantur, *La gendarmerie Francoiſe ne ſe laiſſe comparer à autrenation. Bellay. lib. 2. fol. 72.*) in prœlio Pictauienſi peditatu deſtituti, contra Anglos acriter decertantes, magno ſuo damno experti fuêre. *Froſſard. to c. 1 161. & 198.* Siquidem multo tutior & ſecurior ſit ſtataria pèditum pugna, quam equitum: vt eleganter loquitur *Montaigne lib. 1. des eſſais. c 48 fol 265 Vous engagez voſtre valeur, & voſtre fortune, a celle de voſtre cheual. ſes playes & ſa morte, tirent la voſtre en conſequence: ſon effroy ou ſa fougue, vous rendent ou temeraire, ou laſche: s'il a faute de bouche, ou d'eſperon, c'eſt à voſtre honneur, d'en reſpondre.* Vnde Equites Romani extremo periculo vrgentè, ſæpius ab equis deſcendiſſe, & victorias illuſtres pedeſtri certamine, contra equites & pedites conſecutos fuiſſe, tradit *Cæſar lib. 6 de bello Ciuili.*

44. Germani robur in peditatu ponebāt.

Germanos etiam veteres, plus penes peditem roboris æſtimaſſe, refert *Tacit. de morib. Germ. & Beuth. ibid c 19.* quod Germani pedites, inquit, equitibus commixti prœlientur, & ex omni juuentute delecti, propter ipſorum velocitatem equeſtri pugnę aptam & conuenientem, ante aciem collocentur.

Sed de hac quæſtione plura videatur apud *Amirat. lib. 19. diſ. 2. Lipſ. lib. 5 c. 7. Ranzoui. lib. 1. comment de bello. c. 11.* Item de luſtratione, Sacramento, cingulo & auctoratione militari. *Bocer. de bello, c. 7. 8. p. 10. & Schönborn lib 6. c. 13. & 14.*

DISCVRSVS. XVI.

DE DISCIPLINA MILITARI, ET STIPENdijs, promptè militibus ſoluendis.

1, Diſciplina militaris ſtabilimentū Imperii eſt.

VEnio nunc ad præcipuum decus & ſtabilimentum Imperij, militaris ſcilicet diſciplinæ tenaciſſimum vinculum, ex cuius ſinu omnes triumphi manarunt. *Valer lib 2 c. 7.* Paucos enim viros fortes natura procreat, ſed bona inſtitutione plures reddit induſtria. *Tholoſ. de Republ lib 11. c. 9.*

2. Quomodo ea neglecta reſtaurari poſſit & debeat.

Verum de neglectu huius diſciplinæ, (de quo jam olim Imper. & Imperium querelabatur, in R. A. de Anno 1570. ſub tit. von Reitter Beſtallung/ §. vnd dieweil. 43.) Et quomodo ea reſtaurari poſſit ac debeat, in compendio perſtingit. *D. Vernulz Orat. 3.* Alexander Seuerus inquit, Lampridio teſte, dicere olim

ſolebat,

ſolebat, diſciplinâ maiorum Rempublicam teneri, quæ ſi di-
labitur, & nomen Romanum, & Imperium amitti; quod ni-
mirum quidquid ſinè ordine, atque arte agitur, id omninò
debile eſſe ſit neceſſe. Quamobrem ſi illud in votis eſt, vt fe-
liciter bellum adminiſtretur, id inprimis agendum eſt, vt ſeue-
riſſimè diſciplinam militarem, ſupremus belli præfectus ob-
ſeruet. Sed ò tempora noſtra! vbi hodie illa diſciplina milita-
ris eſt, cum nuſquam vberiorem vitiorum copiam, quam
in bello cernamus?

Si in hybernis exercitus detineatur, & centurijs, cohorti- 3. Inſolētia in hybernis.
buſq; ſingulis ſua loca ſint aſſignata, ita omnia libidinibus, ra-
pinis, atq; injurijs, complentur, vt non populares, noſtrique
milites, ſed hoſtes eſſe crudeliſſimi videantur; Si puella venu-
ſtior eſt, illi vitium à milite offertur, ſæpe infertur; Si matrona
ſpecioſior eſt, tutam ſeruare pudicitiam vix, aut non poteſt.

Domeſticam calamitatem paterfamilias deplorat, dum 4.
ſuppellectilem ſuam auferri; nonnunquam domicilium in-
cendi, horrea excuti, granaria ſubuerti, familiam grauiſſimis
vulneribus cēdi, ſuos omnes labores abſumi, animaduertit.
Nec hiſcere tamen, vel mutire quiſpiam audet; nam ſi fletu
dolorem ſignificet, aut colaphus illi ferrea manu impingitur,
aut ædibus ſuis exigitur, aut baculo miſerrimè contunditur.
Si obſiſtere impijs iſtis graſſatoribus conetur, protinus ferrũ
intentatur, & niſi manus contineat, lachrymaſq; & gemitum
abſorbeat, certiſſimum & præſentiſſimum eſt exitium.

Vbi verò iam in campum exercitus educitur, quaſi ven- 5. In campo deuaſtatio.
tus quidam vehementiſſimo turbine eſſet exortus; ita omnia
turbantur, proruuntur, diſſipantur. Non rarò maturæ ſege-
tes proculcantur, ſæpè priuſquam maturuerint, demetuntur;
armenta fugatis cuſtodibus diſpellũtur, aut pecora abducun-
tur, ruſticorum ſuppellex diripitur, ac ferè ſemper miſeri co-
loni, currus ſuos proprijs fortunis onuſtos in caſtra agere, &
omnia tradere intemperatis militibus abliguriēda coguntur.
Vno die nonnunquam amittunt, quod duodecim annorum
laboribus ſudoribuſq; pepererunt.

Si quid domi recondere putentur, jugulo manus admo- 6.
uetur, & niſi pecuniam prodant, ſtrictis pugionibus petuntur.
Si triſtem ac deiectum vultum oſtendant, non fauere Princi-
pi ſuo, aut cum hoſtibus ſentire dicuntur. Et quiſquam mi-
retur tot orbos vbique ſenes? tot anus deſtitutas? tot antea

locupletiſſimos viros, ad extremam paupertatem redactos? tot egenis vrbium vicos repleri? agriculturam deſeri? patriam penè vniuerſam miſerrimè deuaſtari?

7. Templorũ ſpoliationes. Nihil dico de ſanctiſſimis Diuorum templis, in quæ ſacrilegas manus vtinam nunquam iniecerent. Horum omnium malorum vnica eſt cauſa diſciplinæ militaris neglectus, cuius pertinax conſeruatio victorias parit, & triumphos adiungit.

8. Bona diſciplina qualesq; victorias peperit. Illa eſt quæ Alexandro Magno triginta ſex duntaxat Macedonum millia in exercitu habenti, Perſarum regnum peperit, & in reliquas Orbis partes viam aperuit. Illa eſt quæ Epaminondam ſuperiorem effecit, cum ſolis quatuor millibus & quadringentis, viginti quatuor Lacedæmoniorum peditum millia, & equites mille quingentos proſtrauit. Nimirum vbi illa ſtetit, ſtetit & victoria, nec tam à robore & numero militum, quam ab eius conſeruatione triumphi emanarunt. Tolle illam, & nihil in caſtris quam latrocinia, libidinem, ſocordiam, videbis. Erunt validæ militum linguæ, ſed manus ignauæ; ſtringent in agreſtem turbam ferrum, ſed nec vultum hoſtium, nec vocem ſuſtinebunt, fortes erunt in agris vaſtandis, in villis expugnandis, in pecoribus abigendis; contra hoſtes timidi, ignaui, ad fugam, quàm ad bellum, aptiores; delitias quærent, non pugnas; veſtem ſplendidam, non loricam; ſcorta, non arma, quietem non laborem, inſolentiam non obſequium, ſeditionem, non bellum.

9. Adhortatio ad Duces belli. Age igitur quiſquis exercitui præes, ſeueriſſimus diſciplinæ militaris cuſtos exiſte; tene hoc vinculũ, vt ſtabile ſit imperium; leges exercitui pone, vt victoriæ triumphiq; ſequantur. Tanti eſt exercitus, quanti Imperator; tua prudentia diſciplinam ſtatuet, tua ſeueritas retinebit, vtraque inuictas militũ manus efficiet, dum te potius Ducẽ ſuum, quam hoſtẽ formidabunt. Vt hoc eueniat, optandum eſt hodie, vt ſalutares illæ Aureliani Imperatoris leges ſanciantur. Nemo pullum alienũ rapiat, ouem nemo contingat, vuam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exigat, annonâ ſuâ contentus ſit. De præda hoſtis, non de lachrymis prouincialium habeat; arma terſa ſint; ſtipendium in balthæo, non in popina habeat; equum ſuum defricet; in hoſpitijs caſtè ſe habeat; ſi litem fecerit, vapulet.

10. Luxus in caſtris expellatur. Nullus appareat in caſtris luxus, nullæ voluptates, nullæ delitiæ, atque etiam ij excedere caſtris cogantur, qui non fru-

mentum,

mentum aut panem, ſed delicatiores inuehunt cibos & vendunt. Vino abſtinent Turcæ, & nos vincunt, cum orixæ copia eſt, de pane non ſunt ſolliciti, & de Chriſtianis ſæpè triumphant. Sint milites in cultu, veſtituq; modeſti, ac potius horridi, quàm ornati, vt ad militiæ opera nequaquam ſint ſegnes, & ad aëris iniurias trepidi non exhorreſcant.

Arceantur ſcorta & meretrices, ne maſcula militum virtus, libidinibus eneruetur: Illæ impedimenta ſunt & onera militiæ; illæ pacem luxu, bellum formidine morantur, illæ dedecus ſunt & opprobrium caſtrorum. Eijciantur tot calones & lixæ, qui nihil aliud in exercitu ſunt, quam furtorum & rapinarum inſtrumenta, ſcelerum adminiſtri, furoris ſatellites. Qui cum mulieribus grauiores ruſticis ſunt, quàm militęs; & in caſtris ad pugnam inutiles militarem annonam deuorant. Quid mirarum tot hodie de annonæ inopia querelas eſſe? maior mulierum, lixarum, puerorum, inſtitorum, in exercitu turba, quam militum. Illam ſi remoueas, etiam exigua totis caſtris annona ſufficiet. 11. Scorta & lixæ eiiciantur.

Exerceantur perpetuò milites, otium neſciant, laboribus aſſueſcant, nunc huc, nunc illuc circunducantur, miſceant innocuas inter ſe pugnas, foſſam impleant, vallum æquent, ea denique omnia ſecuris exercitijs præſtent, quæ exigere neceſſitas belli ſolet. Atq; his modis omnibus, cum exercere milites aſſiduò ſummus belli Præfectus debeat: tum neceſſe eſt, vt acerrimus ſcelerum vindex exiſtat, & delinquentes debito ſupplicio mulctet. 12 Milites exerceantur.

Talis fuit Aurelianus Imperator, qui militem propter adulterium cum hoſpitis vxore commiſſum, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, & ad militis pedes deligaret, quæ cum ſubitò dimittebantur, ille ſciſſus vtrimq; pendebat. Talis fuit Alexander Seuerus, qui cum anum quādam iniurijs à milite affectam audiuiſſet, exautoratum illum militia ſeruū ei dedit, quod artifex carpentarius eſſet, vt eam paſceret. Talis fuit Opilius Macrinus, cui cum conſtitiſſet ancillæ cuiuſdam pudori vim à militibus illatam eſſe, boues duos miræ magnitudinis aperiri ſubito juſſit, atq; his ſingulos milites ita inſeri, vt exertis capitibus colloqui inter ſe poſſent. Talis fuit Ferdinandus Dux Albanus, qui adoleſcentem Hiſpanum, quod mulieri ruſticæ porcellum abſtuliſſet, ad vrbis Louanienſis portas ſuſpendi è quercu curauit, & ad aliorum terrorem eius capiti porcellum imponi. 13. Scelera puniantur, & horum exempla.

14. Seueritas eſt ſalutaris. Seueritas hęc eſt, ſed ſalutaris, nã vbi rigor, ibi vigor, atq; hoc modo promptior fit militum obedientia, ſecurior ruſticorũ tranquillitas, paratior ad omnem victoriam via. Enim uerò quoniam vt *ait Caſſidorus* diſciplinam ſeruare non poteſt jeiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit armatus;

15. Stipendia ſoluantur militibus , Quoniam inquam diſciplinæ militaris fundamentum , ſtipendia ſunt, danda Principi, belliq; Præfecto opera eſt, vt , promptiſſimè ſemper ſtipendia militibus numerentur. Nam ſi, *vt Tacitus ait*. neque quies gentium ſine armis, neq; arma ſine ſtipendijs haberi queant, quis felicem armorum ſucceſſum, & victoriam de hoſtibus ſperabit, ſi nullam miles in balthéo pecuniam habeat? ſi ſtipendia aut prorogentur, aut non ſoluantur? Hinc tot mille militares ſeditiones; hinc tot funeſtæ à Republica ſeceſſiones; hinc tot illæ prouinciarum à proprio milite deuaſtationes.

16. Neque ego milites accuſo. Etenim ſi vt vitam ſuſtentēt, carere cibis non poſſint, quomodo tandem eos, ſi nulla ſtipēdiorum ſolutio fiat, ſibi comparabunt? quomodò à villarum direptionibus, ab itinerum infeſtationibus, à prouinciarum depopulationibus abſtinebunt? Sæuam iſtam militum licentiam Reipublicæ Proceres deteſtantur, ſed dum ſtipendia nō perſoluunt, vaſtandi neceſſitatem militibus imponunt. An in illum belli Dux animaduertet, quem rapuiſſe cibum intelliget? Famem illi objiciet miles, & in faucibus mortem, niſi rapuiſſet. An illum in crucem aget, à quo ſibi veſtem ereptam ruſticus, aut alius quiſpiam conqueretur? Nudum corpus ſuum miles oſtendet, frigus & alias aëris injurias, & pudorem ſuum commemorabit. An totum cogere exercitum, & ad arma, inque hoſtem conuocare audebit? Detrectabunt milites imperium, aut ſi in campum venerint, figent haſtas, capita jungent, ſtipendiorum menſes numerabunt, pecuniam poſcent, quæ ſi parata non ſit, à patria repetent, & in eam tanquã in prædam, involabunt.

17. Profectò ſi *vt Sanctiſſimus Auguſtinus ait*, ad hoc tributa præſtemus, vt propter neceſſaria militi ſtipendium præbeatur, quid juſtius eſt, quàm vt militibus venalem quotidie vitam circũferentibus, proq; patria in armis excubantibus promptiſſima ſtipendia numerentur? Furioſum eſt animal miles eſuriens & nudus; maximum etiam Principum & belli Ducum dedecus eſt, cum mendicare, ſtipemque oſtiatim colligere milites cogantur.

Id

Id agendum eſt igitur, vt in primis quotidie, aut alternis 18. Annona quotidie præſtetur
diebus panis militibus diſtribuatur, exactis autem menſibus
ſingulis, ſua vnicuique pecunia præſtetur, aut apud ſigna de-
ponatur. Non inficior in hæc ſtipendia magnam auri argen-
tiúe vim inſumi, ſed ita conſtituatur, vt conſueta Prouincia-
rum vectigalia regnorumque vires non ſuperent. Sint mode-
rata, ſed certa: rarò de ſtipendiorum tenuitate, ferè ſemper de
ſolutionis mora, fraudeque milites conqueruntur.

Alij neſcio qui Prouinciarum opes abliguriunt, ſubdito- 19.
rum tributa ſuos in vſus conuertunt, Reipublicæ ærarium ex-
hauriunt, interim aut ſecedit miles, aut miſer eſt, aut ſeditio-
ſus. Cum æquiſſimum ſit ſingulorum in Republica labori-
bus ſua præmia perſolui, tùm militibus, in quorum vita & ar-
mis patriæ ſalus nititur, inprimis eſt ſatisfaciendum. *Huc vſq; vir
ille doctiſſimus.*

Dahero dann auch diſer ſehr hochnothwendigen militariſchen
diſciplin, vnnd Verpflegung der Soldateſca halber/ in newlichen
Prageriſchen Friedenſchluß/ mit nachfolgenden Worten gedacht
worden.

Daß nemblich die Inſtructiones auch Articuls-Brieffe wol- 20. Diſciplinæ & ſtipendii militaris firmentio in Pragêſi pacificatione.
len Jhre Kayſ: May: auß deß H. Reichs Abſchieden/ vnd Ordnung-
en beyläufftig ziehen/ auch acht darauff geben/ vnnd darüber halten
laſſen/ daß zu Verſchonung deß ohne das ſehr exhaurirten Vatter-
landts/ alle Inſolentien verhüttet/ gute Kriegsdiſciplin wider auf-
gerichtet/ vnd die Krieas Expeditiones/ zu ſchleiniger Erreichung
deß allgemeinen hoch deſiderirten Fri:den Zwecks/ zum fürſichtigſ-
ſten angeſtellet/ auch die Quartier ohn vnterſchied der Religion oder
Standts/ doch der Chur-Fürſten/ vnd Stände/ Reſidentzen/ vnnd
Veſtungen/ wie auch der Außſchreibenden Reichs Städte (welche
aber dagegen die Einquartirung auffm Lande/ oder ſonſt nach pro-
portion erſetzen ſollen) damit zu verſchonen/ gleich außgetheilet wer-
den mögen.

Vnd weil vnmüglich zu Allgemeinen Reichs Creyß- vnd Depu- 21.
tations Verſamblungen dißmals zu gelangen/ vnnd doch eine An-
lage gemacht ſein will/ es gehe gleich einmahls (welches Gott gnädig
verleyhe) zu gäntzlichem Friede/ oder zu Vnterhaltung noch etlichen
Kriegsvolcks: Als verſihet man ſich/ es werde kein Chur-
Fürſt/ vnnd Stände deß Reichs/ noch auch die Freye Reichs
Ritterſchafft/ oder Vnſer Städte/ bedencken haben/ stracks
mit/ vnnd neben ihrer acceptation dieſes Friedenſchluſſes/

Einhundert vnd Zwantzig Monat/nach dem einfachen Römerzug/ zu bewilligen/ vnd ſolchen in ſechs gleichen Zielen/ꝛc. in die lege Statt ꝛc. an guter Reichsmüntze/ ꝛc. ohnfehlbar zuerlegen / damit vmb ſo viel deſto mehr die diſciplina militaris, wider angerichtet/ vnd andere Exorbitanz vnd Vnordnung/ welche beym Kriegsweſen/ in Ermanglung der ordentlichen Bezahlung/gemeiniglich folgen thut/ verhütet werden möge.

22\. Kein Stand ſoll alßdann ſchuldig ſein/ zu gleich zu contribuiren, vnd auch den Laſt deß Quartiers zu ertragen/oder die Verpflegung der Soldateſca vmb ſonſt zukommen zulaſſen / Sondern der Kayſ: May: vnnd deß Reichs Commiſſarij, welche nach diſem Schluß abſonderlich hierzu zu verordnen/ ſollen darfür ſorgen/ das richtige/gleichmäſſige verpflegungs Ordonnance gemacht/ vnd gehalten/ vnd was jeder Standt/ oder deſſen Vnterthanen an Proviant vnd Fütterung liſern/ jhnen entgegen an den Contributionen abgezogen/oder auß dem Reichs Pfenningmeiſter Ambt/ wider herauß gegeben/vnd nachgetragen werde.

23\. *Diſciplinæ militaris quatuor ſunt partes.* Diſciplinæ igitur militaris, (quæ ſcilicet ſeuera conformatio militis eſt, ad robur & virtutem, à Duce belli inſtituta) partes quatuor; Exercitium nempè, Ordo, Coerctio morum, & Exempla eſſe videntur.

24\. *Exercitium militare in quo conſiſtat.* Exercitium militare eſt, quo inſtruuntur milites aſſiduè & exercentur ad armorum vſum, & ad opus. De hoc Caſſius dicere ſolebat; miſerum eſſe cum exerceantur Athletæ, venatores, & gladiatores, non exerceri milites, quibus minor eſſet futurus labor, ſi conſuetus eſſet. *Vulcat. in Auid. Caſſio.* Vnde armorum vſus tyronibus primo demonſtrandus eſt, vt ſciant tractare illa expeditè & promptè, punctim vel cæſim, vim inferendo vel declinando, & excipiendo, & quomodo militari gradu ambulare cum armis celeriter & æqualiter poſſint. Caſtra conſtituere, & munire in acie, ordinem & interuallum cuſtodire, & diſpoſitos ordines ſeruare, nec vltra quam decet, conglobare, aut laxare agmen, & quæcunque alia, quæ euenire in acie atq; prælijs poſſunt, omnia in campeſtri meditatione prænoſcant.

25 Dabit etiam operam vt non aliter in pacato, quam in hoſtico milites ſuos ad omnem belli vſum exerceat, vt magno quaſi impetu in hoſtem procurrant, vt loca opportuna, quaſi præſens occaſio eſſet, occupent, vt alacriter quaſi ad explorandum pergant, & alacrius redeant, vt fugientibus quaſi

hoſtibus

hoſtibus inſtent, & terga comprehendant, vt in muros aut vallum, quaſi occupanda ſit vrbs, inſiliant, vt expediti fluuios tranſeant, vt ad ſubitum tubæ clangorem junctis ordinibus aciem inſtituant, vt ex inſidijs adoriri, dolo inuadere, ſtratagematibus circumuehire ſciant.

De Hiſpanis fertur nullam hodie gentem eſſe, nullum populum in vniuerſo orbe terrarum, qui æque floreat diſciplinæ militaris laude. *D. Lanſius in Orat. pro Hiſpan. fol. 218.* Habent enim cunctabundi Hiſpani quiddam ſimile cum Oceano ſuo: profundiſſimi ſunt, & hinc rationibus benè diſcuſſis, tardè mouentur, tardè procedunt. Nouiſſimè tamen vt ſemel moti ſunt, in vltionem exurgentes, omnia circumquaque diſciplina ſeruata diſijcere ſolent. *Waſſenberg. de bello Franc. f. 393.* Et hoc Imperij eorum magnitudinem procurauit; pulcherrimum enim viſu eſt, inter eos militem nouitium, ſtatim atque in numerum eſt relatus, erudiri à Veteranis; alicubi peccantem humaniter corripi, & illum monitiones grato animo accipere, nec malè interpretari. Laudatiſſimum eſt inter eos tale vigere obſequium, vt nemo, vel maximus, legitimum etiam minimi detrectet impetium; talem modeſtiam, gloriæ tamen amore egregiè excitatam, vt veluti in ſchola ſermo tantum ſit, de officio militum & Ducum, de obſequio, honore, virtute, & quidquid armorum decus concernit; inſolentia, petulantia, atque jurgijs longè pulſis. Admirabile denique eſt, inter eos eam regnare charitatem, vt ſe tanquam fratres mutuò diligant, lacerum commilitonem, ne ordini & nationi toti ſit dedecori; vel jeiunio pecuniam ad id comparſuri, veſtiant, vulneratum, aut alias ægrotum pro virili benigniſſimè juuent. *D. Beſold. p. m. c. 7. n. 1.* 26. Hiſpanorum diſciplina militaris.

De Philippo Macedonum Rege, ita ſcribit *Polianus lib. 4 f. 71.* Philippus exercebat Macedones, perinde ac ſi periculum immineret, ita vt aſſumptis armis trecenta ſæpè ſtadia conficerent, ferentes vna galeas, ſcuta, tibialia, ſariſſas, & cum his armis etiam commeatum, atq; omnia vaſa, quæ ad quotidianũ victum requirebantur. 27 Philippus Maced. Rex ſuos milites exercebat.

Verũ huiuſmodi exercitia hodie multis in locis, penitꝰ omittuntur, vnd werden die Newgeworbne Soldaten jetziger Zeit an manchem Ort, entweders auff dem Werbplatz, vnd in Quartiren, im Luder

einzige übung der Waffen/ vil Wochen auffgehalten / oder aber gleich hinauß ins Feldt für Grabenfüller/ vnd auff den Flaiſchbanck geführt: Nihil enim ob defectum exercitij Exercitui proſunt, quam vt numerum militum augeant, & vbi tempus pugnæ adeſt, in primo ſtatim congreſſu, meticuloſi & quaſi penitus exanimati fugam meditentur, ac commilitonibus ſuis veteranis, plus obſtaculi, quam auxilij adferant: Dann ſie haben noch nicht gewohnt/ das Pulffer zu ſchmecken/ vil weniger ſich der Muſqueten oder Picquen zu bedienen.

28. Ordo accuratiſſimè ſeruandus eſt.

Altera militaris diſciplinæ pars conſiſtit in ordine; qui ſi in prœlio committendo non penitus obſeruetur, magnam infallibiliter cladis & internecionis exercitui, (exemplo famoſæ cladis Perſicæ in Platæēſi pugna) cauſam præbere ſolet. *Herodot. hiſtor. lib. 9.* Vt enim munimenti alicuius robur, atq; bonitas magis in forma, quàm materia conſiſtit: ſic exercitus vires, non tam in copiarum multitudine, aut quacunq; alia re, quàm in ipſo ordine ſitæ ſunt. Quamdiu is integer fuerit, integer quoq; erit exercitus, at confuſo vel rupto, vix, ac ne vix quidem clades evitari poterit. *Boter de mod. opt. imper. l. 9. c. 8.*

29. Ordo militaris in quibus conſiſtat.

Eſt autem ordo militaris in bellicis actionibus, in dirigendis & diſtribuendis militibus, ad incedendum, ad ſtandum, pugnandum, locum agſignatum occupandum, tenendum, recedendum, properandum, accedendum, declinandum, vt nimirum quilibet in regimine ſuo, cohorte adſignata, ſub ſuo centurione & præfecto, in contubernio ſuo inueniatur. Ita enim vſus facilior, expeditior, & efficacior eſſe poteſt, vt quilibet ſui centurionis, & centurio tribuni ſui, tribunus verò ſui ducis imperata exaudire, & omnia ad voluntatem regentis ſine tumultu facere poſſint.

Phocion Athenienſis cum militem è ſuis relicto ordine in hoſtes prodire, eundemque conſpecto Macedone pedem retrahere conſpexiſſet: Te, inquit, hominum ignauiſſime! tibi binî jam deſerti ordinis pudet? Nam & quem Imperator tibi decreuerat, & quem tutè tibi locum delegeras, reliquiſti. *Bruſon. lib. 4. c. 25.*

30. In itinere quoque, vel in acie videndum, vt omnes milites ordinē incedendi ſeruēt, vt æquali, legitimoq; ſpatio miles diſtet à milite; nec vltra quàm expedit, aut conglobent agmen, aut laxent: Sæpe enim integri exercitus ob confuſionem periere. Cum ob turbatos ordines in Marcelli copijs victor Hā-

nibal

nibal extitiſſet, reuerſus in caſtra Marcellus, conuocato exercitu ait; Se quidem multa Romanorum arma & corpora, Romanum verò videre neminem. *Plutarch. in Marcel.*

In Caſtris obſeruandum, vt illa aptâ dimenſione vias ſuas, portas, fora, ad formam vrbis habeant, vt facilè quiſq; locum ſuum & commilitiones ſuos reperire poſſit. *Vid. Zuing. vol. 8. lib. 3. Althus. c. 36. f. 802.* 31.

Pars tertia diſciplinæ militaris eſt, Coërctio morum: Nam neſcio, *inquit Caſſiodorus,* quo pacto aſſiduè dimicantibus difficile ſit, morum cuſtodire menſuram. Tamē cuſtodiendi aliquatenus, & quidem eò diligentius, quanto inſolentiores eſſe ſolent milites. Hæc enim coërcitio milites in officio honeſtè tenet, roburque & ordinem militarem in exercitu conſeruat, per continentiam ſcilicet, modeſtiam & abſtinentiam. 32. Coërctio morum etiam neceſſaria eſt.

Continentia in cibo & venere exigitur: nam vtraque res eneruat, & degenerat à robore & virtute milites, aſſuetudine voluptatum. *Tacit. 2. hiſt.* ideoq; à caſtris luxurioſi apparatus conuiuiorum, & inſtrumenta libidinum arcenda, & leges de diſciplina militari promulgendæ ſunt. Sicut enim *Seneca in Epiſt.* notat, Vna Hannibalem hyberna ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atque Alpibus, eneruarunt fomenta Campaniæ. Vnde *Caſtell. de Offic. Regis lib. 2 c. 49.* Adhibenda tamen cura, inquit, etiam edicto propoſito, ne inuitationes fiant more Græcorum, neúe ſe quis meracius ingurgitet. Quod ſi quis immoderatè vinum parum dilutum ſumat, vehementius, vt *demonſtat Ariſtoteles Prol ſect. 3.* ebrius vecillet. Vinolenti certi non ſine ignominiæ nota, vt etiam aleatores, ſunt exautorandi. 33. Continentia in cibo & venere.

Scorta ſequi caſtra, nullo modo permittendum; emolliunt enim corpus, & effœminant animum, vt accidit in Hiſpania ad Numantiā Romanis legionibus, *Valer. Max. lib. 2. c. 5.* Conſtat enim, poſt eaquam Scipio Minor in caſtra veniſſet, multamq; illinc licentiam, laſciuiam, ſuperſtitionem, ac luxum offendiſſet, diuinos ac ſacrificos cum lenonibus, & vltra duo ſcortorū millia, è caſtris protinus ejeciſſe, quin & vaſa omnia juſſiſſe amoliri, exceptâ ollâ, veru; & poculo fictili. Ex argenteis tamē poculum librarum non amplius duarum permiſit, ſi quis habere vellet: balneis vti vetuit. Qui vngerentur juſſit, vt ipſi ſe ſe fricarent, jumentis enim, quia manibus carent, opus eſſe alio, â quo fricentur. Edixit vt milites ſtantes pranderent, obſonium non igne coctum; cænarent autem diſcumbentes, 34. Scorta è caſtris expellenda ſunt.

panem aut pultem ſolam, & carnes aſſas ſiuè elixas. Ipſe verò ſago circumtectus obambulabat exercitum, dicens ſe lugere exercitus dedecora. *Plutarch. in Roman. Apoph.* Somnus quippè, vt ait *Liuius lib 32.* & vinum, & epulæ, & ſcorta, balneaq;, & otium eneruarunt corpora animoſque. *Flor. lib. 2. c. 6.* Concordat Kayſers Maximiliani Articuls Brieff. art. 68. da befohlen wirdt/ daß ein jeder Soldat ſchuldig ſein ſol/ alle ſolche vnerbahre gemeine Weiber bey ſeinem Eydt vnd Ehren von ſich zu ſchaffen. Vnde *Poëta Guntherus* de Friderico I. Imp. *lib. 7* hæc habet.

Non erit in noſtris nobiſcum fœmina caſtris:
Qui reus extiterit, ſpoliisq; nudatus abibit
Turpiter, & naſo mutilabitur illa reſecto.

Hoc modo neq; Romanos, neque veteres Germanos, neque hodie Turcas, ne vnam quidem mulierem in caſtris habere, tradit *Hippol. de Collib. in Princip. lib. 2. oper. ſucciſiuar. c. 2 & 3.*

35. Modeſtia in verbis veſtibus & factis.

Sequitur Modeſtia, in verbis, veſtibus, & factis militum exiſtens. In verbis, ne vani ſint, aut nimij, vel Deum aut Sanctos blaſphemantes, tales enim pœna corporali puniri ſolent. Peinl: Halßgericht. Ord. art. 106. Vnd iſt denckwürdig/ was Antonius Geufræus ſchreibet/ daß die Türcken die Gotteslaſterer nit allein/ mit einer Geltſtraff belegen/ ſonder auch biß auff funfftzig Streich Brüglen laſſen: Ja daß ſie den/ welcher Chriſtum läſtert/ eben ſo hart straffen/ als wann er ihren Propheten Mahomet geläſtert hette. *In aulâ Turcicâ lib. 1 pag. 38.*

Præterea in hoſtem, ne ſint contumelioſi, eumque contemnentes: Ignauiſſimus quiſq; *inquit Tacit. hiſtor.* Et in periculo minimum auſurus, nimius in verbis linguaque ferox eſſe ſolet. Et tales Thraſones dicuntur Attici Milites, qui in conuiuio & circulis, cum de hoſtibus mentio incidit, vix manibus temperant, qui lingua quidem & minis, vno ictu ſexcentos profligare ſeſe jactitant, quibus autem, vbi ad pugnam deuctum eſt, ſecundum Homericum illud

In pedes mens decidit imos.

Eraſmus hos piſciculis ſimiles eſſe ait, qui gladioli vocitantur, quippè qui gladium quidem, cor autem non habent. Atque de his, pro more ſuo *Flitnerus in Nebulone Nebulonum, Od. V. pag. m. 36.* lepidè ſequentes verſiculos recitat.

Qui caſtra militaria,	*Sequuntur, hos blaſphemias*
Exercitusq; bellicos	*Minasq; crudeliſſimas*

Exercitare conuenit.
Per ſacra, per myſteria,
Per paſſiones, vulnera,
Deiq́; per potentias,
Per grandines, per ſydera,
Elementa, fulmen. fulgura,
Per turbines, tonitrua,
Per mille tonnas Dæmonum,
Et ſi quid his horrendius,
Iurare oportet ſtrenuè.
Hoc aſſeuerant ſymbolon,
Virilis eſſe pectoris,
Signumq́; fortitudinis.
His vnum idemq́; creditur;
Vel pro Deo arma ſumere.
Vel militare Dæmoni.
Hæc vna virtus militum,
Velutq́; quoddam proprium.
Sui deinde muneris,
Et illud eſſe exiſtimant;
Vaſtare ſacra perſequi
Ciues, domos incendere
Igni ſtuprare fœminas,
Meſſes opimas perdere,
Frumenta, plumas, lectulos,
In aërem diſpergere,
Furtis equos, pecuniam,
Piceiſq́; quæ fors vnguibus
Occurſitant, ſubducere.
Et obuiantem quemlibet,
Vel ſit nocens, vel innocens,
Modis ſceleſtis angere.
Hi ſcilicet ſunt milites,
Viriq́; fortes bellici,
Laboris inſenſiſſimi
Hoſtes, amici ignauiæ.
Non militant hi principi
Iuris tuendi gratia,
Sed vt rapinam exerceant,
Maiore cum licentia,
Raſtriq́; vitent pondera.
Si fortè vino exæſtuent,
Latitentue propugnaculis,
Proculue diſtent fulmine,
Horrenda ſumunt cornua,
Linguaq́; vincunt Stentorem;
Nihilq́; fermè ſæpius,
Quam ferra, pugnos, verbera,
Turmas, phalanges, ordines,
Tormenta, ſcuta, vulnera,
Morteſq́; diras intonant.
Ad arma cum concurritur,
In crura corda decidunt,
Horrent, paueſcunt, contremunt,
Adſtantq́; ſemimortui.
Mox quando odorant verbera,
Velociores ceruulis,
Pedibus ſaluti conſulunt,
Fugaq́; ter[illegible] præbitant.

Viri verò fortes, in opere acres, ante id placidi eſſe ſolent. *Ariſtot.3.Ethic.ad Nicom.* Et experientia ipſa demonſtrat, viros natos militiæ, factis magnos, ad verberum linguæq́; certamina rudes eſſe, omnemq́; ferociam in diſcrimen ipſum certaminis differre. *Liuius lib.7.& 9:* Cum P. Æmilius in exercitu multam loquacitatem militum, officia ducum ſibi vindicantium, reſque non neceſſarias curantium comperiſſet, juſſit illos quieſcere, nec aliud quidquam agere, quam vt enſes ſuos acuerent, cætera ſibi fore curæ: Nocturnas autem vigilias juſſit illos ſine lanceis & gladijs agere, quo nimirum adempta ſpe depellendi hoſtem, tantò acrius pugnarent cum ſomno. *Plutarch. in Rom. Apopb.*

In veſtibus etiam modeſtia requiritur, omniſq; ſplendor ac jactantia abeſſe debet; Horridum enim militem eſſe debere, non cælatum auro argentoq́;, ſed ferro & animis fretũ; quippè illa prædam verius, quàm arma eſſe, nitentia ante rem 36. Ratione veſtium.

deformia

deformia inter ſanguinem & vulnera, magni Duces docuêre. *Liui. d. l 9.* Vnde melius eſt, benè armatum, quàm ornatum eſſe, qui munito pectore & capite, non timet vulnus; At nunc pudor, grauis pediti lorica videtur & galea; ita fit, vt non de pugna, ſed de fuga potius cogitent, qui in acie nudi exponuntur ad vulnera. *Veget lib. 1. c 10.*

Antiochus cum oſtenderet Hannibali in campo copias, quas contra Romanos ſuſcepturus comparauerat, conuertebatq; exercitum inſignibus argenteis aureiſq; florentem, inducebatque etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus, ac equitatum frenis, ephippijs, phaleriſq; præfulgẽtem, atque tanto, tamq; ornato exercitu gloriabundus Hannibalem, aſpiciens, putaſné ſatis, interrogauit, eſſe Romanis hæc omnia? Tum Pœnus, ignauiam, vanumq; ornatum militum irridens: Planè, reſpondit, ſatis hæc eſſe credo Romanis, quantumuis auariſſimi ſint. *Bruſon. lib. 2 c. 32.*

37. Modeſtia in factis. In factis denique modeſtia exigitur, vt intenti ſint milites ad ducis non ſignum modò, ſed nutum. *Curt. lib 3.* Non ſint curioſi vel refractarij, qui Ducum ſuorum juſſa interpretari malunt, quam exequi. *Tacit. 2 hiſt* Hinc benè Æmilius Paulus, militẽ hæc tria habere debere inquit; Corpus vt quam validiſſimum & perniciſſimum, arma apta, animum paratum ad ſubita imperia: Cætera Dijs immortalibus & Imperatori curæ eſſe. *Liuius lib. 45.*

Scipio maior, in Sicilia percontanti cuidam, quâ re fretus claſſem educere pararet in Africam oſtendit viros armatos trecentos ſeſe exercentes, præterea turrim excelſam mari imminentem, & ait. Nullus horum eſt, qui non conſcenſa hac turri ſe in mare præcipitaturus ſit, ſi juſſero. Sentiens multũ referre, vt Dux educat exercitatos & dicto audientes. *Plutarch in Rom. Apoph.*

38. De Turcarum modeſtia. De ſingulari Turcarum modeſtia *Belloni. lib. 2. c. 14.* diligentius (*inquit ille*) obſeruantes Turcas milites, qui ad Rhodi vrbis portas exibant, occaſionem ſumpſimus ſcribendi, quam ingens ſit Turcarum militum continentia & obedientia. Nam licet viginti aut triginta viri, diligenter portas obſeruarent, id tanto ſilentio & modeſtia faciebant, vt non plus turbæ exaudiretur, quam ſi nemo iſthic adfuiſſet; videbanturque potius opifices aliqui, quam milites, nihilominus ſenatoriam quandam grauitatem præ ſe ferentes. *Et idem lib. eod. c. 73,* Cum obſer-

uauerimus

uaretimus qua ratione Cairinus Baſſa, Dominum de Fumet exceperit, dignum quod hic insereretur, iudicaui. Omnes ſuos Ianiſſaros, auratis, ſericeiſq; diuerſorum colorum veſtibus eleganter exornatos, ordine collocauit, nullis acinacibus, aliiſque armis accinctos, ſed demiſſis & decuſſatis manibus: quod indicium eſt magnæ Turcarum obedientiæ.

Miram quoq; Ottonis Imperatoris militum obedientiam deprædicant hiſtorici. Cum enim multi eundem, ne depoſito imperio exercitum ac Rempublicam deſereret, rogarent; quendam è gregarijs militibus ſublato enſe dixiſſe ferunt, ſcito Cæſar, ſic pro te omnes animatos eſſe, moxq; ſe ipſum jugulaſſe. *Sueton in eius vita*

Abſtinentia quoq; ad correctionem morum, quæ in milite requiritur, pertinet; vt à vi ſcilicet & rapinis abſtineant. *Caſſiod. 7. var epiſt. 4.* ac manus puras habeant, prouinciales non infeſtēt, ſed cum illis tanquam cum amicis viuant, illis nihil rapiant, auferant; ſed ſtipendio & annona ſua ſint contenti, & ita trāſeant, vt non modo manus, ſed nec veſtigium quidem, cuiquam pacato nocuiſſe dicantur. *Alth. c. 36. fol. 604.* 39. Abſtinētia quoq; in milite requiritur.

Pompeius Magnus jam creatus Imperator: cum à Sylla miſſus eſſet in Siciliam; non ſtrenuum modò, verum etiam juſtum Ducem agere cœpit. Cum enim audiuiſſet milites in profectionibus ab itinere deflectentes, vim facere ac rapere, temerè palantes ac circumſitantes ſupplicio affecit, quos verò præmiſiſſet ipſe, horum gladijs annuli ſignum impreſſit, ne quem in via læderent. *Plutarch. in Rom. Apoph.* Vnde *Caſtell. de officio Regis lib. 2. c. 63.* Sed omnium caput eſt, ait, prouidere, ne à ſignis miles abeat, ne, inquam, vagetur in agris, & ſi non paruerit, ſeuerè plectendus eſt, auidus enim prædæ ſolet agmen deſerere, ita ipſe prædę inhians, hoſtium præda fit, & ſæpe tumultus, pauoris, ac cædis ſuorum cauſa eſt. Non poſſum hic ſilentio prætcrire abſtinentiam Romanarum legionum, quæ Scauri auſpicijs militabant: Eæ enim ab ijs caſtris, quæ itineris cauſa pridie fecerant, abeuntes, pomiferam illi arborē, nullis demptis fructibus intactam reliquerunt. *Front. ſtratág. lib. 4. c. 3.* His autē temporib⁹, non modò vbi pernoctant, ſed quacunq; iter faciunt, omnia diripiunt, etiam in pacatis locis, nihil reliqui faciūt.

Vltima pars diſciplinæ militatis, ſunt exempla, quo nomine præmia & pœnæ, quibus erigitur aut continetur miles, intelliguntur. 40 Exempla denique ſunt etiā pars diſciplinæ militaris.

Vnd iſt ſolches im Krieg deſto nötiger/dieweil in demſelben nicht allein allerley Nationen/ſonder auch vnder denſelben allerley Menſchen/die vngleicher Gattung vnd Humorn ſeynd/ zuſammen kommen/welche man mit groſſer Kunſt vnd Fürſichtigkeit in guter Ordnung vnnd diſciplin halten muß / vnnd da diſe beyde Stuck præmia, vnnd pœnæ nicht weren/ſo were es vnmüglich ein ſolche Menge vngleicher Völcker im Zaum zu halten. Dahero bleibt einmal wahr/was der Spaniſche Poet, in ſeiner Auracana geſchriben.

El premio y el caſtigo al tiempo vſados,
Suſtentan las republicas y eſtados.

Vergeltung vnd Straff in der Zeit/
Halten die Ständt in Sicherheit.

D. Petr. Pappus. von dem Holländiſchen Kriegsrecht. *in princ: lit. d. fol 3.*

41. Quæ referantur inter prœmia militaria.

Inter præmia verò primùm refertur ſtipendium militare, quod promptè & tempeſtiuè, *per ſupradicta*, eſt ſoluendum militi, alias diſciplina militaris conſeruari non poteſt. *Bodin. de Republ. n. 670.* Ideo bellicos Commiſſarios, viros probæ notæ, & auaritiæ oſores conſtituendos eſſe, ſuadet *D. Beſold. d. c. 7. n. 6. fol. 125.* Nam alias nihil frequentius eſt ; quàm vt nonnulli ſubtrahendo ſtipendia ducibus, & militibus ditiores reddantur, & interim Principis laudabiles conatus impediantur: idque ſæpiſſimè in Gallia fuiſſe factum, teſtatur *Girard. lib. 25 f. 201.* Sed de ſtipendijs tam veterum, quam noſtrorum militum, pulchra vide apud *Schönborn. lib. 6. c. 30.*

42. Deinde huc referuntur honoraria militaria, quæ benè meritis tribuuntur, promotiones ſcilicet, honores, & opes, ob inſigne aliquod factum: Nam hæc excitant alios commilitones ad acrius dimicandum. Sic *Veget. lib. 2. c. 24.* quos inquit ad opes, ad dignitates ordo militiæ, & Imperatoris judicium cōſueuit euehere: Vnde maximus error eſt, dum in militaribus muneribus deferendis, ſola Nobilitas reſpicitur, quod exemplis illuſtrat *Amirat. lib. 17. diſ. 3. & ſuperiori diſcurſu etiam à me allegatum fuit.*

43. Romani quoque non ſolum altiores ordines adſignabant à virtute, ſed etiam publicè laudes cumulabant, donabantque pro concione, haſtas, phaleras, coronas, murales, ciuiles, triumphales, aurum, argentum, annulos, catenas, equos, ſeruos, bona, caſtra, pagos, & ſimilia. *Roſin. in antiquit. Roman. Bodin. lib. 5. c. 4. Sigon. lib 7. regn. Ital.* Videmus enim eò impendi laborem ac periculum, vnde emolumentum ac honos ſperatur.

Hinc

Hinc etiam hodie nonnulli Principes, milites ſuos ſtrenuos & fortes, cingulo, periſcelide, cruce, & honore auratorum, quos vocant equitum, ornare, milites etiam inutiles ad militiam ex bello redditos, ob mutilationem membrorum, in locis certis ſumptibus Reipublicæ alere & ſuſtentare ſolent, qua liberalitate milites fortes, animoſi & prompti efficiuntur. *vid. Amirat. lib. 2. diſ. 2. ſed hac de re infra fuſius dicetur.* 44.

Ad prœmia etiam referuntur priuilegia militaria, quæ perſonis, vel rebus militum, vel etiam vtriſque ſimul tribuuntur. *qua de re, etiam infra.* 45.

Pœnæ item ſeueritas efficaciſſima eſt, ad continendum militem. *R. P. Conzen. lib. 10. polit. c. 58.* delicta enim militum, nulla venia proſequi, vſu ſalubre, & miſericordia melius eſſe apparuit. *Tacit. 13. annal.* Nam quamuis indulgentia & largitio ſpecioſum reddant præſentem exercitus amorem, paulatim tamen & occultè, militarem diſciplinã, ſeueritatemq; minuunt. *Cæſar 3. bell. Ciu.* 46. De pœnis militum.

Ideoq; ad hujuſmodi diſciplinam militarem conſeruandam, & militaria flagitia coercenda in bene ordinatis exercitibus, tria fermè exerceri ſolent judicia: Aliud enim judicium haſtatum criminale, **Spieß- Staude- Reutter- oder Kriegsrecht**/ vocant milites: ſiquidem à principio belli omnes milites jurare cogantur, quod militarium articulorũ tranſgreſſores juſtè punire, nulli affectui indulgere, ſed ita judicare velint, vt jus militare præſcribit, propria conſcientia monet, & Deus ſeuerus injuſtitiæ vindex, exigit. Indè ſi quis fortè contra vnum vel alterum militarem articulum peccat, de juridico ſtatuto, vniuerſus conuocatur exercitus. **Vnd würdet der Verbrecher dargeſtellt/ vnd endtlich auff vorgehendes Vrtheil vnd Recht/ durch die Spieß gelagt/ da vnder deſſen alle Fendrich ſo gegenwertig/ jhrer Fahnen ſpitzen in die Erd ſtecken/ biß daß Vrtheil ergangen/ alsdann erheben ſie dieſelbe/ vnnd laſſen ſie gegen Auffgang der Sonnen fligen/ iſt er ein Schütz geweſen/ wirdt an ein Seule gebunden/ vnd von andern/ ſo gegen der Sonnen tretten/ erſchoſſen.** Schröder. *de iure belli th. vlt. inter diſput. Baſil. tom. 5.* 47. Tres ſpecies iudiciorũ militarium.

In iudicio autem criminali militari requiritur Scultetus, **Regiments Schultheis**/ qui præſtito juramento duodecim, vt plurimum ſeligit Aſſeſſores, Iudicij ſcribam & viatorem, **Gerichtſchreiber vnd Weibel**/ quorum operâ in ſcribendo & citando vtitur: Die ſtatuto judicium punctim ad horam octauam ſub dio peragitur, ac vt quilibet excubias ſibi 48.

deſtinatas interim, aut ſi quid aliud ſibi injunctum, obſeruet, tympanorum ſonitu admonetur; cæteri judicio ſpectandi cauſa intereſſe velint, non prohibentur. Conceditur autem tam actori quam reo, vt quendam ex his duodecim, ſi velit nominet, qui cauſæ ſuæ patrocinetur: cum hoc ſecretò deliberat, communicatis conſilijs aduocatus prodit, petitaq; venia vel actionem vel exceptionē inſtituit, teſtes producit, &c. & ne cuiquam defenſio, quæ juris naturalis eſt, adimatur, nec inauditus morte condemnetur, ter idem repetitur judicium. His peractis, reus vel abſoluitur, vel ad pœnam gladij aut furcæ, arboris &c. de qua per triduum pendet, nunquam tamen ad patibulum, quod vocāt commune, condemnatur. Et hoc dicitur judicium militare ordinarium. In haſtato criminali, Germanis das Spießrecht/ eodem fermè proceditur modo. *Vide D. Beſold p.m. in tr. de arte & iure bellici circa finem*, vbi integrum proceſſum judicij militaris ad amuſſim ponit.

49. Huc pertinet judicium Statarium, vulgò das Standtrecht/ quod præcipuè in cauſis notorijs locum habet: Et ſicut duo priora tribus diebus, ita hoc vno tantum inſtituitur, & peragitur die. In diſem wirdt keinem Vbelthäter Auffſchub / als wie in andern/geſtattet/ſonder wo der Artickuls Brieff gebrochen / wirdt er ohn alle Gnad/an einen Baum gehenckt/vnd die Vrſach ſeines Todts auff einen Zedel geſchrieben/vnd auff die Bruſt gegen das Hertz gehefft. Si cauſa capitalis non eſt, proceſſus variat, vnd wirdt derſelbe ein Summerrecht genennt. De quibus vide *Ant. Reuter. in ſeiner Kriegßordnung/ & Obrecht. de milit. diſcipl thes. 1174.* Von beſtellung deß Feld- oder Reutter Rechtens durch den Feldmarſchalck / vnnd wie ſolches neben ſeinem Leutenant von 3. Rittmaiſtern/3. Leutenanten/3. Fendertchen/vnd 3. Rottmaiſtern/ſambt einem Reutter Oberſten/ oder da der Reutterhauffen ſtarck im Feldt iſt/ vor 24. Perſonen/ꝛc. ſolle gehalten werden. Vide Kayſers Maximil. II. Anno 1570. zu Speyer publicierte Reutter Beſtallung/in den Reichs Abſchied *fol. m. 672. & multis ſeqq.*

50. Et licet aſpero & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indigeat, quo miles etiam delectetur, quamuis non delectet ſententem. *Boter. lib. 9. c. 12. Amirat. lib. 13. diſ. 3. Ranzou lib. 2. c. 16.* Temporum tamen inſpectionem ingerit militaris Doctor *Veget. lib 3. c. vlt.* quia milites inquit, pœna & timor in ſedibus corrigunt, in expeditionibus verò, ſpes & præmia faciunt meliores.

Vnde etiam jure Ciuili contumacia omnis militis aduerſus Ducem vel Præſidem, capite punitur. *l.6.§.2.ff.de re milit. Conſtit. Imp. de Anno 1570. ſub tit.* von der Reutter Beſtallung/ §.57. Item es ſoll keiner an die Iuſtitien, als die Profoſſen/ Rumormaiſter/ ꝛc. Handt anlegen/ oder jhnen mit Gewaldt oder Vnbeſchaidenheit widerſtreben/ alles bey Straff Leibes vnd Lebens. *Vide Proſp. Farin. lib. 1. conſ 4. n. 20.* vbi excuſat Capitaneum à pœna homicidij, qui ſigniferum recuſantem ſumere ſigna interfecerat. Et hoc procedit etiam; ſi benè rem gerat miles contra mandatum Principis, quia plus eſt obedientia, quàm victima. *Zaſ. ad l. prætor ait, in princ n. 5 ff. de oper. noui nuntiat.*

Non autem ſolis militibus delinquentibus, ſed ne Ducibus quidem parcendum eſſe, docet exemplum Ottonis Magni Imperatoris, cum enim aciem contra Græcos inſtruxiſſet, & in prima velitatione ſtatim, nonnulli eius Duces terga verterent, hacque ratione exercitus ad internecionem cæderetur: Romæ poſtea eos capite truncari juſſit. *Lehman in Chron. Spirenſi lib 5. c 11. ad finem.* Epaminondas cum prætor eſſet, & creandorum magiſtratuū cauſa ſe in Vrbem recepiſſet, Steſimbrotho filio, exercitus cura commiſſa, ne cum hoſte manum cōſereret, madauit: At filius contumelijs hoſtium laceſſitus in aciem contra hoſtes deſcendit, hoſteſque profligauit, ſed reuerſus ad patrem, cum ſe victor lætum obtuliſſet, ab eo primum ceu victor coronatus, ſed quia patris juſſa neglexerat, capite mulctatus eſt. Quemadmodum etiam Poſthumus Tiburtius, Aulum Poſthumum filium ſuum, quod ſine eius juſſu ſponte in hoſtes progreſſus eos fudiſſet victorem ſecuri feriri juſſit. *Valer. Max.* 51. Nec Ducibus delinquentibus parcendum

Sic Lamachus quendam è ducibus delinquentem caſtigauit, cui, cum ille dixiſſet, non iterum iſtud committam; Ne poſſis quidem reſpondit in bello peccare bis: error enim in bello mors eſt. *Stob. ſerm. 52. Ant. in Melíſ. p.1. ſerm. 67.*

Alſo hatte auch Kayſer Rudolphus den Graffen von Hardeck/ vnd ſeinem Mitgeſellen Perlin/ welche ohne die euſſerſte Noth/ die Veſtung Raab Anno 1594. dem Türcken per accord vbergeben/ da er doch mit Eydtſchwur verſprochen/ in der Veſtung begraben zu ſein/ nach gehaltenem Standtrecht/ als einem Meyneidigen/ mit abſchlagung zuvorderiſt der rechten Handt/ offentlich hinrichten laſſen. *Heluic. in Cæſar. Victor. lib. 4 fol 110.* Ingleichen iſt auch der Paradeyſer/ Gubernator der Veſtung Caniſa, nach dem er zum höchſten Schaden

der gantzen Steurmarck/dieſelbe dem Türcken Anno 1600. mit accord vbergeben/vnd ſich deßhalben nacher Prag / in meinung ſeine Sachen wol außgericht zuhaben/ verfügt/ allda Gefängklich eingezogen/ vnnd der geſchwinden Vbergab halber / enthaupt worden. *Idem d.lo.lib.5.fol.118.*

52. De pœna eorum qui ſtipẽdia in procinctu publicè poſtulant.

Plura de pœnis delinquentium militum, communibus ſcilicet & proprijs, capitalibus & corporalibus &c. Vide Schwediſch. vnd Hollendiſch Kriegsrecht/ vbi inter alia etiam art. 106. & reſp. 36. cauetur: Wer bey Verſamblung deß Kriegsvolcks/ vmb Gelt wirdt ruffen / wann man wider den Feindt/ oder auff ein Anſchlag zeucht/ oder auch in Guarniſonen iſt/ der ſolle ohne Gnad an Leib vnd Leben geſtrafft werden. Dann ſolche ſeynd nicht beſſer/ als für Verräther zu halten: Dahero als der Marquis del Guaſto, zur See von Neapleß nach Tunis fuhr/ vnd etliche in ſeiner armee waren/ welche die andern reitzten vmb Gelt zu ruffen/ vnd eine Meytereÿ zumachen/ ließ ſie in Säcke ſtecken/ vnnd vor allem Volck ins Waſſer werffen. *Paul.Iouius hiſtor.lib.34.* Miles enim exhauſtum, & in periculis cõſtitutum, videns ſuum Dominum in bello, à mercedis, ſtipendijq́; petitione; vel alios à diſceſſu, ne Dominum ſuum prodere videatur, abſtinere debet: ſicut eleganter diſcurrit *Bernard.o Roccanelli diſcorſi di Guerra lib.2.cap.43.fol.m 125.* De pœnis præterea vide *Caroli V.* Pein: Halßgerichts Ordnung. & ſingulariter dicti *Maximiliani II.* Artickels Brieff. auff dem Reichstag zu Speyer Anno 1570. verordnet/ vnd in 74. Artickel verfaſt: Welche bey den Reichs Abſchieden *fol.m.685.& ſeq* zu finden. Item *Bocer. de bello c.12. Iun polit.quæſt.part.3.quæſt.92 & Schönborn.lib.6.c.29.* Von der Schwediſchẽ Kriegs-Anſtalt/ vnd Verbeſſerung. Item von derſelben Kriegsmittel vnnd Cammerweſen. So dann von der Kupffermüntz vnd Süder Compagni, vide *D.Fauſt.in Conſil. pro Ærario Claß.7.Ord. 674.& ſeqq.pag.m.319.* ad quem D. Lectorem breuitatis cauſa remitto.

DISCVRSVS XVII.

DE FOEDERIBVS, ET SVBSIDIIS bellicis.

Quamuis ſuperius dictum ſit periculoſum eſſe, Mercenario milite ob varias incommoditates, auxilij defenſionisue cauſa vti, præſertim cum ſæpiſſimè ſub auxilij ferendi prætextu, alienas regiones inuadendi, & ſcrutandi conſilia, tegantur: *Herod.lib 4.* Quemadmodum, olim Gallos, eo, quod ſubſidio externo vſi ſint, in Romanorum perueniſſe poteſtatem, docet *Paſquier.de ſ Recherch.lib.1.c.5.* 1. Auxilia Mercenariorum periculoſa.

Vtile tamen quandoq; eſt, exercitum noſtrum externorum quoq; Principum ac Rerũpubl: vicinarum maximè auxiliis fulcire. Vt enim quiſq; maximè opibus, principatu, & poteſtate excellit, ita amicis maximè indiget. *Ariſtot.lib 8.Ethic.* Siquidem non tantum Principum vires augent fœdera, ſed & eoſdem multò faciant animoſiores, cum nemo ſit tantæ confidentiæ, qui ſuis vnius viribus fretus, ea aggredi auſit, quæ aliorum ſubnixus auxilijs ſuſcipere non veretur, (quamuis tamen nemo rem non neceſſariam, fretus auxilijs alienis incipere debeat) *Agell.lib. 2. Noct. Attic.c.29.* In neceſſitate enim huiuſmodi ſocietas & ſubſidium, ſecundas res multo lætiores facit ac gratiores, aduerſarijſq; ſenſum minuit. *Boter. de modo opt. Imper.cap. 13.lib 8.* 2. Quandoque tamẽ vtilia ſunt.

Vnde hoc in caſu primũ beneficia noſtra, quæ extant, aut ſocietatis Ius in memoriã reuocare: aut ſi nulla cum ijs ſocietas prius interceſſerit, poſtulata noſtra, maximè quidem vtilia fore, illis à quibus auxilium petimus, aut ſaltem non detrimentoſa, honeſta certè, atq; æternam nos gratiam ipſis habituros, demonſtrare debemus. *Thucyd.lib.2.* 3. Qualiter ſubſidia petenda.

Verum vbi huiuſmodi auxilia impetrata fuerint, animaduertendum, ne maiora ſint, quã popularis exercitus. Cn. Scipio in Hiſpania, cum exiguum Italorum exercitum haberet, ſed magnis Celtiberorum auxilijs confideret, ſe ſuoſq; perdidit; nam deſertus ab auxiliaribus copijs, cum exercitu ab hoſtibus cæſus eſt. Quam rem cum Liuius narraret, id quidem, inquit, cauendum ſemper Romanis ducibus erit, exemplaq; 4. Auxiliis quomodo vtendum.

hæc

hæc verè pro documentis habenda, ne ita externis credant auxilijs, vt non plus ſui roboris, ſuarumq; propriè virium in caſtris habeant. *Caſtell. de offic. Reg. lib. 2. c. 28.* nec corpus exteri faciant, ſed membrum. Vnde etiam externa auxilia rarò adhibuiſſe Romanos, docet *Amirat. lib. 1. diſ. 16.* vbi quidem circa principium, Magni Principes, inquit, tempeſtate noſtra non ſolū ſumunt, quod à tenuioribus offertur, ſed non oblatum importunè petunt: acceptum nunquam reſtituunt: negatum moleſtè ferunt, & iniuriam interpretantur.

5. Proinde iuuat hanc Germanici actionem (quod nempè in anguſtijs poſitus à Gallis, Hiſpanis, & Italis opem offerentibus, arma quidem & equos ab bellum ſumpſerit, propria verò ſua pecunia militem iuuerit. *Tacit. lib. 1.*) ſimilibus antiquæ Reipublicæ geſtis confirmare, vt ſi forte Princeps aliquis in hæc legenda inciderit, cognoſcat quo pacto inpotentiores ad ſubueniendum potentiorum neceſſitatibus, modeſtiæ artibus, non importunitate atq; indiſcretione inducantur.

6. Quali hodie ſubſidio aliqui vtantur.

Hodie tamen experientia docemur, quod plerumq; Vaſſallorum Imperij, aut regni, item ſociorum vel etiam fœderatorum auxilia, in ſummis neceſſitatibus poſtulentur: quemadmodum Reges Galliæ annua mille aureorum ex fœdere, Heluetiorum & Rhetorum ciuitatibus, ea lege, vt Reges Galliæ exercitus ibi comparare, & auxiliaribus eorum copijs ad regni ſui tutelam vti, prætoriaſq; cohortes ad corporis obſequium & cuſtodiam, inde ſcribere poſſint, dependere conſueuiſſe, memorat *Bodin. de Republ. lib. 6 c. 2.*

7. Fœdus quando neceſſarium.

Atq; huiuſmodi confœderationem non ſolum vtilem, ſed etiā neceſſariam eſſe, nemo nō videt, vbi ſcilicet infirmiora imperia ab hoſte laceſſita ſuis ſe viribus tueri nequeunt, aut vbi inter duos Monarchas bellum exiſtit; tertiuſq; ijs vicinus, (quandoquidem vtriq; ad reſiſtendum par non eſt) alterutri conjungere ſe cogitur, niſi victori poſtea prædæ eſſe velit.

8. Hoc modo bello inter Romanos & Macedoniæ Regem flagrante, Ariſthænus Achæorum prætor, multis modis ciues hortatus eſt, vt alterutram partem ſequerentur, hac vſus ratione. Nam quod Cleomedon inquit, tanquam mediam, & tutiſſimam vobis viam conſilij, vt quieſceretis, abſtineretiſq; armis oſtendebat, ea non media, ſed nulla via eſt. Etenim prçterquam, quod, aut accipienda, aut aſpernāda vobis Romana ſocietas eſt: quid aliud, quam nuſquam gratia ſtabili, velut

qui euentum exſpectauerimus, vt fortunæ applicaremus noſtra conſilia, præda victoris erim? *Lipſ lib. 4 c. 9. Bodin lib. 1. c. 9. & l. 5. c. 6.* Ex quo apparet, qui ſuis viribus diffidunt, aliundè auxilium quærere, & fortiori parti ſe adiungere ſolere.

Et certe experientia omnium ſeculorum, teſtatum fecit, quod omnis Reſpublica, vtcunq; potentia præcellens ſit, ſuam habeat debilitatem: *Perche non è potenza niuna, che non habbia le ſue debolezze: anco il Turco ha il ſuo oſſo da rodere & ogni coſa ha il ſuo contra peſo.* Apophtegma Caroli V. Imper. *referente Botero lib. 1. de detti memorabili fol 68* Vnde vtcunq; potens regnum ſit, oſoribus aduerſantibusq; ſibi, omnibus ſimul, & tempore omni, reſiſtere, ſemperq; in procinctu quaſi ſtare, ac excurſiones hoſtium exſpectare, eaſdēque jugiter excipere, impoſſibile, adeoq; eidem amicos, ſocios confœderatoſq; eligere neceſſe erit. *D. Beſold. de fœder. c. 1. n. 3.*

9. Qualibet Reſpublica habet ſuam debilitatem & oſores.

Alij etiam metus, & inuidiæ potius cauſa, fœdera & ſocietates apud externos quærere, & contra Tertium, cuius potentiam ſuſpectam habent, fœdus facere conſtituunt. Sic Mezentius Turno ac Rutulis ſocia arma haud grauatim contra Trojanos iunxit, quod nouæ vrbis exſtructio, minimè ipſi placeret, ac rei Troianæ incrementum accolis parum tutum videretur. *Liu. lib. 1.* Ætoli ab Antiocho contra Romanos auxilia petentes, ſimili ratione vſi ſunt: Cum ad dignitatem eius, fidemque pertinere dicerent, non prodi ſocios, tum etiam ad incolumitatem regni, non ſinere Romanos, omni cura vacuos (cum Ætolorum gentem ſuſtuliſſent) omnibus copijs in Aſiam traijcere. *Liu. lib. 36.*

10. Inuidiæ quoque cauſa fœdus fit.

Ex æmulatione Athenienſes & Spartani totam Græciæ vim, in duas partes diuiſerunt: Romani item Carthaginenſes totum fere mundum hac ex cauſa diſpeſcuere.

11. Item ex æmulatione.

Ad retardandum curſum ſuſpectæ alterius potentiæ, omnes ciuitates Latinæ fœdus contra Romanos fecere, qui nimia præſtantia ſe ſuis confinijs non contentos eſſe, oſtendebant.

Ob religionem deniq; & recuperationem Sanctæ Terræ, à Chriſtianis Principibus contra infideles & Turcas, plurima fœdera icta, & cruentiſſima atque feliciſſima cum maximo deſiderio bella geſta eſſe, paſſim memorant hiſtoriæ. Eſt enim ea fœderum Chriſtianæ religionis cauſa contractorum natura, vt præ cæteris omnibus magis ſtringant, coniunctioneſque quaſi indiſſolubiles efficiant, idque non ſolum quod

12. Ac etiam ob Chriſtianam fidem.

honeſtiora ſint, ſed etiam quod obſeruatori ſuo beatitudinē, rem ſcilicet omnium pretioſiſſimā & deſideriosiſſimam promittant. Modo tamen, præter ſincerum amiſſæ poteſtatis, ſtatuumq; recuperandorum deſiderium, non aliæ quoq; expeditionis cauſæ concurrant.

13 De fœdere inter Pontifices & Venetos cōtra Turcas inito.

Quemadmodum de eo fœdere, quod inter Paulum III. & poſtea Pium V. Pontificem, Regem Catholicum, & Venetos contra Turcas ictum fuerat, non nihil innuere videtur *Boterus*, (ſi eidem fidem attribuere libet,) Qui etſi inquit, initio coniunctis viribus multas magnaſq; res geſſiſſent, & inprimis memorabilem illam naualem ad Naupactum victoriam, ſumma cum laude & Chriſtianorum omnium applauſu reportaſſent, tamen mox ſubſtiterunt, & quod non par omnium vtilitas ageretur, diuerſas in partes abierunt &c.

14. Duobus modis vtile fœdus contra Turcas fieri poſſe

Quare (mox ſubiungens ait) duobus tantum modis fœdus, cuius quidem operæ pretium futurum ſit, contra Turcas fieri poſſe exiſtimo. Vno, ſi omnes Principes, Turcarum Imperio confines, eodem tempore ac ſimul expeditione ſuſcepta, quiſque proxima ſibi, non limitatis, ſed omnibus quantas, quantas contrahere poſſunt, viribus inuadant, atq; oppugnent. Altero, eoque multo generoſiori, vt complures Principes nihil aliud, quam Dei honorem & Eccleſiæ exaltationem ſpectantes, ſimul, vel in vno, vel diuerſis locis, Turcis arma inferant: vti olim Heroicis illis temporibus factum fuit, quando multi Germaniæ, Belgij, Franciæ, & Italiæ Principes (abſq; Imperatorum vel Regum auxilio) partim venditis, partim oppignoratis ſuis ditionibus, maximos exercitus, vt in quibus vltra quater centum hominum millia fuiſſe dicuntur, contraxerūt, & victis ad Niceam Turcis, ad Antiochum Perſis, ad Hieroſolymas Saracenis, vniuerſam Terram ſanctam ſeu Palæſtinam recuperarunt, ac totum Orientem terrore compleuerunt. *In tractatu ſuo De mod. opt. adm. imperii. lib. 8. c. 13.*

15. Petens auxilium quæ obſeruanda habeat.

Porrò tam auxilium petenti, quam ferenti, quam plurima conſideranda erunt: cum enim potentioris ſubſidium plerumque ex eo ſit ſuſpectum, ne ſcilicet dum amicum iuuare ſimulat, eum ipſum *per ſupra dicta*, ſubiuget; quocirca ſequētes regulæ maxime obſeruari ſolent.

Prima eſt, vbi alienis auxilijs carere non poſſumus, vt eum in ſocietatem vel ſubſidium vocemus, qui vires & ner-

uos habeat, quibus cœptum iam bellum finire poſſimus: ſiuè ille ſit, qui proximè nobis vicinus eſt, (amici enim non ſunt amici, ſecundum prouerbium, qui habitant procul. *Eraſ. in adag.* & illud Italorum. *l'acqua lontana, non ſpegne fuoco vicino. Herod. lib. 6.* ſiuè qui clauſtra & aditus noſtræ regionis tenet, vel etiam qui nobis in bello alijs modis plurimum prodeſſe poterit. Quod enim niſi obſeruetur, in medijs ſæpè periculis, à ſocio deſtituti, hoſti magis tunc, quam antè implacabili, quaſi nudi & inermes exponimur. Vnde Plato ex puteo propè exhauſto, aquam petendam eſſe negauit: ſiquidem huiuſmodi impotentiores, ipſimet opus habeant auxilio. *Ribadeneira & Oranus de Principe Chriſt. lib. 2. c. 13 ad fin.*

Deinde conſiderandum, quid potiſſimum ſocios tuos ad auxilia ferenda, tuane ſolius commoditas (vbi dolus ſæpè & inſidiæ latitare ſolent) an verò metus quidam, & vicinitas cōmunium periculorum, impellat. 16.

Tertiò, ne ſiuè tua ſolius, aut etiam communi cauſa ſubſidia dentur (vt ſæpè inſinuatum eſt) tuis militaribus copijs maiora & ſuperiora ſint, tuiſq; viribus præualere poſſint. *Liuius lib. 25.* 17.

Quartò, ne copiæ auxiliares in vrbibus aut præſidijs collocentur; ſed ſtatim aduerſus hoſtes ducantur, cum vt aduentus eorum hoſti terrorem incutiat, tum ne per otium quieta in noſtro ſolo turbent, animumque ad res noſtras intendant: In quo Athenienſes olim grauiſſimè peccantes, Antipatro, Caſſandro, & dein Ptolomæo, ac Demetrio præcipuas arces, fruſtra diſſuadente Demoſthene, magno ſuorum incommodo tradiderunt. 18.

Quintò, & Romanis imprimis quidem curæ fuit, cum auxilijs vterentur, vt eædem ex ſocijs ciuitatibus finitimis aut externis, ſub diſciplina Romana, & ſub Romanorum Ducum Imperio continerent: Nam ferè ſemper externæ gentes, in bellorum ſocietates, præſertim inteſtinorum, adſcitæ, pulſis poſtea ſucceſſoribus, ipſi ſedes occuparunt. 19.

Sextò, vt auxiliares populi, ſtatim confecto bello, ad ſuos honeſto cum præmio à nobis dimittantur. *Thucyd. lib 3.* 20

Septimò cauendum, ne auxilio vtaris eorum, qui antea tibi infenſi hoſtes, aut qui æmuli tuæ potentiæ & ſucceſſus erant. Quod acutè innuit *Boccalini. c. 18. nel Pietra del Paragone.* 21.

de Sigiſmundo Battori agens, quem nimis ſerò linguam latinam didiciſſe refert. Facilè enim ſibi interitum accelerat, qui aliena auxilia efflagitando, virium ſuarum imbecillitatem, etiam apud auxiliatores, qui ſemper ferè pro redhoſtimento ex clientibus ſubditos facere ſolent, ſuſpectam reddit. Teſtatur id Hungariæ Regina Iſabella, quæ ſe cum Rege Iohanne, contra Ferdinandum Auſtriacum Regem Romanorũ, Solymanni Turcici Imperatoris protectioni, magno ſuo, regniq; malo ſubjecit. Idem experti ſunt Græci, Perſæ, Tartari, Georgiani, alijq; ſub protectione Turcarum Tyranni ex Clientibus ſubditi facti. Nec alia ratione Romani, quam per cuniculos protectitios, ad tantum faſtigium aſcenderunt; id quod Latini, ſed ſerò nimis, olfacere tandem inceperunt. *D. Lindenſp. de arc. Imp. mon. c. 3 fol. 74.*

22. Denique, vt ab ijs ſubſidium petatur, qui ſinceri ac fideles, nec te longiori auxiliorum exſpectatione deludere ſolent: exiguum enim auxiliũ tempeſtiuè adductum (*vt Hiſpani dicunt*) plus prodeſſe multò maiore, quod aduenit, demum clade accepta. *Mas vale el mediano ſocorro, que ſe embia con tiempo, que el muy complido, ſi al-lega tarde. Gueuar. in M Aurelio, c. 22 fol. 83.* Iuxta illud Germanorũ. **Es iſt beſſer ein Nachbar an der Wand / als ein groſer Freundt vber Landt.** ex *Petro Regemortero ſerm. polit. fol. 86. D. Beſold. de fæder. c. 8. n. 4.*

23. Dans auxilium ad quid aduertere debeat. Viciſſim ii, qui alijs ſuppetias ferunt, ſequentia benè notanda habent: Ne ſcilicet primò omnium ſtatim quærelas accipiant, ſeq; immiſceant, cuius rei egregium de Iouiano Romanorum Impetatore exemplum refert *Nicephorus*: cum enim ſollicitaretur, vt reſponſum daret Macedonijs auxilium petentibus. Odi reſpondit, omne contentionis genus, concordiam autem vnicè amplector & amo. *In Eccleſ. hiſt. lib. 10 c. 40.* Secus tamen, vbi ipſorum res quoq; ageretur, aut ex fœdere alteri auxilia præſtare tenerentur; aut jam dudum belli cum altero occaſionẽ quæſiuiſſent. Hinc *Thucyd. lib. 6.* Extranei, inquit auxilium ſocietatemq; à nobis petentes, vt plurimum de ſe, ſuis opibus, ſuaq; potentia, & fide ſtrenuè mètiuntur: Itaq; niſi prius res eorum, à nobis fuerint exploratæ, ijs non eſt credendũ.

24. Auxiliatores ſolent demum à victore perſequi. Atq; huius rei ratio in promptu quidem eſt, quandoq; ijs æque, qui hoſtibus noſtris auxilium ferunt, quam qui bellum nobiſcum gerunt, iraſcamur, cuius procella nonnunquã magis in auxiliatorem, quam in auctorem incumbere ſoleat. Sic enim cum Babyloniis Crœſus Lydiæ Rex, contra Cyrum in

auxilium veniſſet, Cyrum poſt victoriam, compoſitis in Babylonia rebus, bellum in Lydiam tranſtuliſſe: Eodemq; modo Darium cognito, quod Athenienſes Ionijs auxilium contraſe tuliſſent, omnem impetum belli in eos conuertiſſe, author eſt *Iuſtin. lib. 1 & 2.* Sic quoque Guſtauus Adolphus Sueciæ Rex, cladibus ſuis â Sigiſmundo Polonorum Rege, virtute Germanici roboris eidem, ab Imp. Ferdinando II. ad viginti armorum millia in ſubſidium miſſi, ſæpius acceptis, valdè irritatus, ab hoſtibus in auxiliatores, â Polonis in Germanos, â Sigiſmundo Rege in Imperatorem & Imperium odium vertit. *Waſſenberg. de bello Suecico. fol. 248.*

Secundo fœdus contracturi, aut alijs auxilium laturi, diligenter conſiderare debent, cur, & in quem finem illud fieri poſſit. Si ideò tantum, vt contra aliorum iniurias tuti ſint, cõſultum erit. Initijs enim vicinæ potentiæ, nimium ac manifeſtè creſcentis, â vicinis maturè occurrendum, & ſyncretiſſimo reſiſtendum eſſe, ne vires illius adeò creſcant, vt ſi libuerit, vicinium opprimere poſſit, tenuit *Amirat. lib. 20. diſc. 11. ex Polybio lib. 1. & 2.* At ſi ad alium inuadendum, eiuſque exuuias inter ſe diuidendas: citius fruſtratos ſe, quam voto potitos videbunt; niſi tenues alterius ſint vires, aut nouum, aut nondum firmatum, vel perturbatum habeat imperium. *Marnix. ſect. 6 reſol. 3.* 25.

Cæterum num fœdus cum infidelibus facere permiſſum ſit, ambiguæ quæſtionis eſt: Negantium tamen ſententia (niſi abſque Eccleſiæ, vel Orbis Chriſtiani, detrimento fieret) probabilior, & quidem communior videtur: de qua, pro vtraque opinione ex profeſſo diſputantes, videantur: *Arumæ. ad Aur. Bull. diſc. 6. th. 7. Cacheran. diſp. ſingulari, quæ iuncta eſt deciſionib. Pedemont. eiuſd. Gentill. lib 3. de bello. c. 17 benè Marq. de Suſanis tract. de Iudæis p. 1. c. 6. n. 4. & Zinan. de optimè imperandi rat. lib. 12. c. 5. fol. m. 802 Schönborn. lib. 6. c. 36 fuſè D. Beſold. de fœder. c. 4. & D. Lindenſpir. tract. de arcanis. c. 4. fol. m. 126 & ſeqq.* 26. Num fœdus cum infidelibus faciendum.

Magna ſanè cautio adhibenda eſt, ſi duo ſint æquales viribus Monarchæ, qui inter ſe armis contendant, qualiter cæteri minores Principes, cum hoc vel altero fœderis ſe nexu, ritè & vtiliter coniungere poſſint, & debeant. Hinc eſt quod vnam eandemque Rempubl. modo his, mox alijs confœderatam experiamur, pro vt rerum ſtatus ſuadere, atque exigere videtur. 27. Cum quo ex pluribus ſit fœdus faciẽdum.

Et hoc modo iam olim, bello inter Romanos & Perſeum

Magna arte hac in re opꝰ eſſe.

Macedoniæ Regem geſto, vicini populi vehementer dubitarunt, vtris ſe ſe adjungerent: Tandem optima & prudentiſſima pars, *inquit Liuius*, ſi vtiq; optio Domini potioris videretur, ſub Romanis, quam Rege malebat eſſe; ſi liberum inde arbitrium fortunæ eſſet, neutram partem volebant potentiorem altera oppreſſa fieri, ſed illibatis potius viribus vtriuſq; partis, pacem ex eo manere. Ita inter vtroſq; optimam conditionẽ ciuitatis fore, protegente altero ſemper inopem ab alterius iniuria. *lib. 42. Marnix d ſect. 6. reſ. 2. Melch Iun quæſt polit. 74. §. quarto ſocietates.* Atque hac ſuper re, *Anonymus ille Gallus, Tractatum ſuum de l'intereſt des Princes, &c.* pſeudopoliticè tamen magis, fundare videtur.

29. De perfectis fœderibus.

Verum qui perfecta fœdera ſancire cupit, ſciat ea ita ad vnam voluntatem ſolam reducenda eſſe, ac ſi Imperium vnũ, illudq; ſolum eſſet: vt nimirum nullus inter confœderatos Principes ſit, qui vel minimũ intereſſe à publico ſeparatum habeat. Hoc enim non ſolum omne fœdus, ſed omnem etiam amicitiam frangere, & contrarias confœderationes cauſare ſolet. Sicut etiam publicum ab honeſtate nunquam ſeiungi debet: honeſtas enim indiſſolubilis ille nodus eſt, qui fœdera inſeparabiliter ſtringit, ſub cuius etiam prætextu, nonnulla alterius quandoq; negotij fundamenta, cooperiri poſſunt. Perſæ enim animo aperiendi viam ad Græciæ acquiſitionem, fœdus cum Spartanis inibant, idque ſub ſpecie, ac ſi ipſis contra hoſtes ſuos Athenienſes ſuppetias laturi eſſent: Et firmum quidem hoc fœdus manebat, quamdiu hæc facti honeſti ſpecies à Perſis vafrè fingeretur: At nimis ſtolidè animi ſenſa patefacientes, non ex tam honeſta ratione, ſed potius ex priuato commodo, vt nempè Imperium ſupra fines ita ampliarent, vt & Græciæ dominarentur, ſe amicos contra inimicos adiuuare, quo ſic vtraque pars ſubijceretur, fœdus Spartani confeſtim renuntiauêre, ac aliud contra ipſos machinati ſunt.

30. Germania olim Vaſſallis abũdabat.

Porrò, quandoquidem Imperatoris olim ac Principum Germanorum potentia in Vaſſallorum multitudine conſtiterit, indeque tam multa feuda conſtituta fuerint, vt nil ferè ſibi retinerent; idcircò nec externo milite, neque admodum locuplete ærario, opus habebant. Quāliter & hodie in Gallia Nobiles à muneribus ideo exēpti, vt pro ſuis bonis Regi perſonaliter ſeruiant, & ſuis ſtipendijs mereantur. *Lucas de Penna in l. ult. C. de fund. limitro. lib. 11. Iac. de S Georgio de Homagio. n. 41.*

Quemadmodum iam Turciæ Imperatorem, ex ſolis Ti-

marijs

marijs homines ad tercentum millia ſibi obſtrictos, atq; obligatos habere, vt quoties ipſi libuerit, & quò terrarum eos ire juſſerit, in bellū proprijs expenſis proficiſcantur, tradit *Lazar. Soranzius in Ottoman. c. 47* Quod & teſtatur Venetus quidam in Græciâ Conſul, qui ait: *Nell' acquiſto, che fecegl' Ottomani del Stato ſuo, s' impatronirono, non ſolo di tutto il diretto, mà in gran parte ancora dell' vtile dè terreni, & queſti diſtribui poi à Soldati, in vita loro per ſtipendio; di modo, che ſenz' altra ſpeſa del dinaro Publico, mantiene quel Signore vn numero coſi grande di Caualli, che à pagarli con dinari, non baſtariano quindici millioni d' oro l' anno, &c. Theſoro Politico p. 1. relat. di Conſtantinop. fol. 216. & ſeq.* Sed poſteaquam hodiè voluntario conductitioq; milite in Germania bella gerantur, Vaſallorumq; ſeruitia varijs limitationibus reſtringantur, vnde & noua rarius feuda concedere, ærarioq;, quod ſtipendia in caſu neceſſitatis ſuppeditet, locupletiori opus eſſe videmus.

Accommodaram deniq; ad hanc materiam de jure quæſtionem mouet *D. Martin. Magerus in ſuo tractatu de Aduocat. armata, c. 12. n. 251.* Vt ſi Vaſallus habeat plura & diuerſa feuda, à duobus vel pluribus, & diuerſis Dominis, qui duo Domini ſibi mutua moueant bella, & vterq; Dominus Vaſallum, vt ſibi ſeruitium opemque vaſalliticam exhibeat, requirere contingat, cui teneatur ſuccurrere?

31. Vaſallus, cui ex Dominis ſuis auxilium ferre teneatur.

32. Et communiter ait tenere Feudiſtas, quod de rigore juris eum (ſummo tamen Principe abſque dubio ſemper excepto) juuare debeat, cui primo fecit fidelitatem. *per tex. expreſſ. in c. Imperialem. §. illud quoq; & ibi Beluiſ. Iſernia. n. 61. Rauen. Afflict. n. 8. Frid. Schenck n. 3. & omnes. De prohibit. Feud. alienat. per Frid. Snedvv. de feud. p. 5. n. 96. Schrad. p. 6. c. 6. n. 20.* Vbi hanc ſententiam communiter approbaram, & veriſſimā eſſe refert: adeò vt poſteriorem Dominum licitè, in ſeruitio antiquioris ſui Domini, offendere queat, neque ab eo propterea feudo priuari poſſit. *per tex. maniſeſt. in c. contra omnes. Hic finit Lex.* Cum enim lege permittente & jubente hoc fiat, ideoq; pœnam non meretur, *arg. L. Gracchus. C. ad L. Iuliam de adult.*

33. Imò poſſe antiquiorem Dominum iuuare contra poſteriorem, &c. iiſdē verbis refert. *Afflict. in d. §. illud quoq; n. 8. Piſtor quaeſt. 47. n. 56. p. 2. lib. 1.* E contra autem, ſi relicto primo Domino aſſiſtat ſecundo, feudum quod ab illo tenebat, amittere, eſt communis Feudiſtarum ſententia. *in d. c. Imperialem. §. fin. & d. § illud quoq;* Siquidem in omni juramento prior ſeu antiquior Dominus excipi debeat, *per tex. in d. c. contra omnes. videatur quoq; Roſenth. de feud. c. 8.*

concl. 16.

concl 16 n 6. Et primò Domino Vaſallus jurauerit fidelitatem, quæ fidelitas extenditur contra omnes homines, etiam poſteriores Dominos. *per not. in c. vlt. hic finit. lex: & c. 1. De nou. for. n fidelit. vtrobiq; Dd. ordinariè.*

34. Quod ſi verò inter duos Dominos ab eodem Vaſallo vno tempore ſeruitium requirentes, ignoretur, vter ſit antiquior, ei, qui primò ſeruitium requiſiuit à Vaſallo, præſtandum eſſe. *Ant. de Iſernia. in c 1 §. omnes filii n. 5 ibiq; Balzar n 11, Si de feud defunc. content. Affuct. c 1 n 25 Quib. mod feud amit. Schrad. p. 6. c 6. n. 19* & plures ſequendo congerunt *Roſenth c 8 concl 16. n 10 lit. K. Andr Khol. de ſeruit. Feud. p 2 n. 10.*

Plura de fœderibus, quid nempè circa ea, tempore pacis obſeruandum ſit. vide *inf. lib. 2 Diſcurſu. 22. De ſocietate.*

DISCVRSVS. XIIX.

DE VICINIS, TEMPORE BELLI, IN gratia conſeruandis.

1. Dum Vicini bella gerunt, cautè ſibi vigilandum.

EX prædictis itaq;, nihil magis ad pacem & ſalutē Imperij aſſerendam, & extra periculum conſtituendam, neceſſarium eſt, quam dum vicini bellum gerunt, cuſtodiæ quàm diligentiſſimè intētum eſſe, omnibus modis ſecuritati ſuæ proſpicere. Fieri enim plerumq; ſolet, vt compoſita inter eos, qui bellum geſſerunt, pace, tempeſtas omnis ac procella deindè in vicinos incumbat. Vndè *Tacit. lib 12 annal.* Vicinis prælio & bello inter ſe certantibus vicina, inquit, vtriſque loca, valido, paratoque ſubſidio firmanda ſunt, ne victoria elatus vicinus, noſtram quoque partem turbet.

2. Poſt pacem inter Carolum II. Neapolis, & Fridericum Aragoniæ reges factam, è Sicilia & Apulia circiter 20. triremes, partim Catalaunicæ, partim Italicæ, quæ ſub Regibus illis ſtipendia fecerant, Ducem ſibi Rogerium, quendam Templarium Equitem crearunt, & tàm Macedoniæ, quàm vniuerſæ Græciæ oras littorales depopulati, inaudita damna paſſim dedêre, adeò vt tandem etiam, creſcente ſubindè ad prædam accurrentium numero, Archipelagi inſulas, imò nonnullas terræ firmæ ciuitates aggredi, & infinitam ſpoliorum ex omnibus gentibus vim colligere non dubitârint, donec tandem oc-

ciſo Athenarum Duce, totam illam ditionem ſuo ſubjecerint imperio. *Boter. c. 16. d. lib. 6.*

3. Victor à Vicinis conciliãdus eſt.

Vnde etiam Princeps potentior, qui armis victoriam perſequitur, â populis etiam, victo populo vicinis, (exemplo Afrorum & Barcæorum, Cambyſem ſibi conciliantium,) deliniendus & conciliandus eſt. *Herod. lib. 3.*

4. Modus vicinum in gratia conſeruandi.

Pro notabili verò cautela obſeruari ſolet, vt quilibet Princeps illum, qui apud vicinum ſuum plurimum authoritate vel prudentia poteſt, vel quem timere ſolet, omni modo ſibi conciliet, per quem non ſolum eius Principis conſilia ſibi facilè detegantur, verum etiam ſiniſtræ opiniones & hoſtiles conatus âuertantur, mutuaque Principum amicitia foueatur, & conſeruetur, ac in caſu neceſſitatis ad mutua auxilia commoueatur: quod ordinariè per illuſtres Legatos, aut etiam per Agentes ſiue Reſidentes fieri ſolere, pluribus docet *Comine. cap. 47. 61. & 62. Frid. Marſelaër lib. 1. de Legat. diſſert. 2. fol. 6. D. Beſold. p. m. de arcan. rerumpl. c. 1 n. 9.* Atque hoc modo, bonum ſibi vicinum retinere, & ipſe abſque formidine & periculo Rempublicam conſeruare, ac in pace tranquillè viuere poteſt. *Tener los Reyes cuydado de lo de fuera, parte de la ſalud politica, como el ayre ambiente de la corporal. Ant. Perez aphoris. Latin. 4.*

5. Vicini rarò concordes.

Rarò enim vicinos concordes inuenire licet. Sic Romani Carthaginenſes, Spartani Meſſenos vicinos ſuos devorârũt. *Et Virgilius.*

Mantua heu miſera nimium vicina Cremonæ.

Vnde Germanis priſcis vicinitas maximè exoſa fuit, hoc enim proprium virtutis exiſtimabant, expulſos agros finitimis cedere, neq; quenquam propè ſe audere conſiſtere, ſimul hoc ſe fore tutiores arbitrabantur, repentinæ incurſionis timore ſublato. *Cæſar, lib. 6. de bello Gall. fol. 162.*

6. Modus conſeruandi amicitiam

Vt autem firmior inter vicinos conſeruetur amicitia, Princeps ſemper ob oculos, capitulationes & tractatus cũ vicino initos, ne vel latum vnguẽ ab ijs ſecedere videatur, habere debet. Quod ipſi denegare non poterit, offerat antequã petet; Si opus habet auxilio, etiam non imploranti mittat, & iuſtitiam armorũ atq; auxilij, apud alios exponat: Nihil enim maiorẽ fiduciã inter vicinos excitare poteſt, quã proſpecta de vicinis periculis ſollicitudo, opiſq; vltronea oblatio. Petẽti difficilior, nec condeſcendendũ, nec denegandũ eſt rogatũ, quin promittẽda reſponſio p legationẽ aliquã, & videndũ, vt maiori be-

cio pallietur id, quod, vt petitum, præſtitum non fuit: ne plus offendat neglectus petitionis, quàm nouum beneficium demereatur.

7. Ad parui autem præiudicij petitiones, præſertim viribus inæqualis, ne petentem offendat, ſtatim annuere debet: in quo peccarunt Florentini, qui Carolo VIII. Galliæ Regi, inuito Coſmo de Medicis, hoc ipſis diſſuadente, tranſitum primâ vice denegarunt.

8. Contra Princeps â Vicino, aliquid petiturus rationem ſuę dignitatis habere, nec nimium feſtinare debet: ex hoc enim conſtantiam propoſiti, & neceſſitatem rei petitæ videbunt, quâ & ipſum arctius obligatum iri, & commodum hinc ad ſe redundaturum eſſe, ſibi perſuaſum habebunt.

9. Illatam iniuriam ſurda aure prætereat, niſi magna ſit, quam ipſam tamen officialibus imputare, ipſe verò, ne minimum qudiem ſignum, quaſi offenſus eſſet, præ ſe ferre, ſed quibuſcunque modis id fieri poteſt, iram premere, ac prudentiâ obtegere debet; ne ex minima ſuſpitione, inimicis ſuis fœdere contra ipſum copulentur: cum recordatio injuriæ ſæpè fortius operetur in injuriante, quàm in iniuriato. Et inde quoq; â minis abſtinendum erit, ne ex impotentibus timidos, ex his verò efficiat deſperatos.

10. Quod ſi contingat, vt Legati aliorum arma contrà Principem parantium, ſibi ſuſpecti fiant: leniter alij, alij rudius procedere, alij verò omnes, & amicorum, & inimicorum legatos dimittere, & poſt illos, amicorum nempè, reuocare ſolent. Carolus V. Imperat. cum animaduertiſſet Ligam, vt vocant, ſiuè fœdus contra ſeſe factum, noluit dimittere Legatos Regum Galliæ, & Angliæ, aut Venetos & Florentinos, ſed additâ cuſtodiâ, triginta milliarum ſpatio â Curia detinuit, cum inhibitione, ne cum ipſis verba fierent, aut ab ipſis expedirentur litteræ: Milanenſi, ne Curiam relinqueret, indixit; cum Anglo verò nihil innouauit.

11. *Quod ſi Victor & Victus â Tertio quodam auxilium petere cōtingat.*

Nec per hoc læditur Ius Gentium, ſi quandoque Legati reijciantur; cum reijci â ſocijs, ab amicis, â fœderatis, belli quædam ſit denuntiatio. *ex Petr. Ærod. rer. iudicat. lib. 10. tit. 15. c. 1. refert D. Lindenſpir. De arcan. Imp. c 5 fol. 141.*

Verum cū non ſolū ſtatim ab initio belli Princeps cū potentioribus fœdera pangere, ſed etiā poſtquā cladem accepit, ſe

recolligere

recolligere, ad nouam pugnam præparare, vndiq; auxilia & ſocietatem quærere ſoleat, ideoq; tam victorem, de eiuſmodi fœderibus & ſubſidijs, quo magis in tuto ſit, æque ſibi prouidere, quam etiam apud tertium, hoſti itidem ſuo communẽ amicum, quandoque ſocietatem ambire, compellat! Tunc certè qualiter in re adeò periculoſa, tàm vterq; auxilium ambiens, quàm etiam requiſitus, in annuendo erga vtrumque ſe gerere debeat, egregio exemplo de Corcyrenſium & Corinthiorum legatis, fœdus, ſocietatem, auxiliumq; ab Athenienſibus eodem tempore graui quidẽ, ſed contrario orationis genere poſtulantibus, inſinuauit *Thucyd.* Vbi Corcyrenſes orationem ſuam primùm exorſi,

Facilius, *inquiunt*, petere eſt defenſionem ab illis, qui antea beneficium acceperint, aut cum quibus eſt vetus ſocietas; ſed hæc vbi deſunt, oſtendendum eſt ſocietatem fore vtilem ijs, à quibus defenſio petitur, aut certè non damnoſam: Deindè defenſos etiam firmam gratiam habituros eſſe. Hæc ſi quis non demonſtret, non grauiter ferat, ſi nihil impetret. Sic igitur miſerunt nos Corcyræi ad petendam ſocietatem, vt confiderent hæc quoque ſe vobis declaraturos eſſe. 12 Oratio Corcyrẽſium.

Quod autem hactenus nulla nobis ſocietas fuit cum alijs, hunc noſtrum errorem vobis nunc prodeſſe, & nobis nocere animaduertimus. Nam ſine ſocijs bellum à Corinthijs illatum ſuſtinere non poſſumus, Iamque accidit, vt quod antea videbatur eſſe prudentiæ, nolle implicari periculis alieno arbitrio, id ſtultè cogitatum fuiſſe, & attuliſſe infirmitatẽ appareat. Etſi autem ſoli Corinthios prælio nauali repreſſimus, tamen cum nunc maiori apparatu bellum gerant, accerſitis auxilijs, & nos ſoli eis pares eſſe non poſſimus, & ſeruitus periculoſa ſit, nos quoque ſocios quærimus. Venia autem nobis danda eſt, quod nunc demum auxilia poſcimus, quia antea non prauitate, ſed errore fœdera neglexìmus, vobis autem hoc fœdus honeſtum erit multis modis. 13

Primum quia defendetis injuriâ affectos, non facientes injuriam, Deinde quia nos perpetuò memores erimus huius beneficij. Et cum habeamus claſſem maximam poſt veſtrã, conſiderate quam ſit vtilis coniunctio. Magna felicitas erit & hoſtibus ingrata, ſi potentia vobis vltrò accedet ſine veſtro periculo & ſumptu, quam vos magnæ pecuniæ & gratiæ loco æſtimatis: Et hæc acceſſio vobis gloriam & vires au- 14. Quod hoc fœdꝰ honeſtũ ſit.

get,apud nos verò, quibus opem fertis,gratiam ; quæ omnia paucis ſimul contigerunt,paucique fuerunt, qui ſocietatem petentes,non minus darent præſidij & ornamenti, quam accipiebant.

15. Si quis autem exiſtimat bellum,in quo vobis vſui eſſe poterimus, non impendere, is errat, nec videt Lacedæmonios metu veſtræ potentiæ,res nouas moliri, & Corinthios per ſe ſe validos & vobis inimicos hoc agere, cum nos inuadunt, vt vos antevertant,ne coniungamur,neuè alterutra ſpe fruſtrentur,aut nocendi nobis, aut ſeſe corroborandi. Veſtrum igitur erit anteuertere, ac facere ſocietatem nobis petentibus, & illis potius terrori eſſe, quam poſtea auxilia quærere illato terrore.

16. Si autem dicunt injuſtum eſſe recipere alienas colonias, hoc conſiderent,coloniam ita Metropoli honorem debere, ſi non afficiatur iniuria,ſed injurijs alienatur. Deducuntur enim coloni,non vt opprimantur ſeruitute, ſed vt pares ſint prioribus ciuibus. Quod autem nos injuria affecerunt,manifeſtum eſt : Quare cum ad judicium prouocaremus,illi armis certare voluerunt, qua ex re coniecturam facite, cum tales fuerunt erga nos cognatos,ne decipi vos ſinatis, cum hortabuntur, ne nobis opitulemini. Tutiſſimus eſt enim, qui minimum gratificatur hoſtibus.

17. Nec violabitis fœdus,quod cum Lacedæmonijs factum eſt,ſi nos recipietis, qui neutrorum ſocij ſumus. Expreſſè enim in fœdere dictum eſt, ſi qua Græcarum ciuitatum nondum ſit ſocia , licere ei ad vtroslibet tranſire. Et indignum eſſet,ſi illis liceat ex ſocialibus ciuitatibus, & ex reliqua Græcia,& ex veſtris ſubditis naues armare, vobis oblatam ſocietatem,& alias vtilitates interdicere, & vobis tanquam crimẽ obijcere,ſi nobis adſentiemini. At contra iuſtius eſſet, vos à nobis accuſari. Non enim reprimetis inimicos veſtros, ſed ſinetis eos creſcere ex veſtra regione,quod iniuſtum eſt. Rectius autem eſt prohibere,ne apud vos conducant milites,ac potius nobis mittere facta palam ſocietate.

18. Et vtile. Vtilitates verò multæ ſunt in hac re: ſicut initiò monuimus,quarum præcipua eſt,communes inimici ſunt vobis & nobis,& validi ad nocendum reſiſtentibus. Cumque vobis afferatur ſocia claſſis,non potentia mediterranea, non ſimilis cauſa eſt negligendi tales ſocios.Nam ſi fieri poſſet, vobis

per-

perficiendum erat, ne ciuitas vlla alia claſſem haberet, ſed cum hoc fieri non poſſit, proximum eſt, vt vobis adiungatis ſocios, qui maximè valent claſſe. Si quis autem exiſtimat, hæc de vtilitate rectè dici, ſed metuit, ne fœdera diſſoluantur, is hoc conſideret, quod diffidere fœderi magis terrebit inimicos.

Contra verò ſine metu eſſe & confidere fœderibus, nec recipere alios ſocios, infirmitas eſt contra potentiores, & inimicos metu liberat. Neque verò ſolum de Corcyra, ſed de ipſis etiam Athenis iam deliberatio eſt. Errat enim ſi quis non cogitans de bello non futuro, ſed moto iam, dubitat recipere ſocios, qui & prodeſſe adiuncti plurimum poſſint, & coniuncti cum hoſtibus nocere. 19.

Sita enim eſt Corcyra oportunè ad trajectum in Italiam & Siciliam, vt tranſuectionem exercituum inde in Peloponneſum, aut ex eo Peloponneſo impedire poſſit, & ad alias vtilitates opportuna. Denique ex hac breui ſumma cognoſcere poteſtis, nos non deſerendos eſſe. Claſſes in Græcia tres ſunt magni faciendæ, veſtra, noſtra, & Corinthia. Iam ſi duas coniungi ſinetis, & Corinthij potientur noſtra claſſe, difficilius vobis certamen erit cum duobus. Si verò nos receperitis in ſocietatem, veſtra contra illos potentia maior erit. 20

Talia Corcyræi dixerunt, poſt quos Corinthij in hunc modum locuti ſunt.

Cum Corcyræi non hoc vnum egerint, vt à vobis reciperentur, ſed nos etiam accuſauerint, & nos iniuſtè bellum mouiſſe, & ſe iniuria affici queſti ſint, neceſſe eſt, nos de hac accuſatione primum dicere, & deinde ad reliquam orationem accedere, vt & noſtram petitionem rectius cognoſcatis, & commoda quæ illi oſtendunt, non ſine ratione repudietis. 21. Oratio Corinthiorum.

Aiunt modeſtiæ cauſa ſe nullam ſocietatem cum alijs feciſſe. Id verò ſeruarunt, vt impunè graſſari poſſent, non amore iuſtitiæ, cum nollent alios malefactorum teſtes habere, nec pudore affici, ſi vocatis ſocijs, res cognoſcerentur. Ac vrbis ſitus addit ijs animum, vt magis ipſi velint eſſe judices, quam aliorum judicia ſubire, quia ipſi non ſæpè ad alios nauigant, multos verò neceſſariò 22. Refutant primò Orationē Corcyræorum.

præter nauigantes excipiunt. Quod igitur ſpecioſè dicunt, ſe
à fœderibus alienos fuiſſe, non eò factum eſt, ne alienæ iniu-
ſtitiæ ſocij eſſent, ſed vt ipſi impunè peccarent, & vi & fraude
prædas aufferrent, & adepti nullos iudices metuerent.

Nam ſi eſſent boni viri, vt prædicant, quo minus culpa-
biles eſſent, eò minus abhorruiſſent â fœderibus, vt iuſtitia ip-
23. ſorum magis conſpici â cæteris poſſet. Sed neq; erga nos, neq;
erga alios tales ſunt, cum coloni noſtri ſint, & antea defece-
rint â nobis, & bellum nunc nobiſcum gerant, cum quidem
dicant ſe non deductos eſſe, vt iniurias â nobis accipiat. Qui-
bus viciſſim reſpondemus. Nos non deduxiſſe Colonos, vt
ſuperbè ab eis contumelia afficiamur, ſed vt ſimus Præſides, at-
que ea, quæ decent nobis, officia præſtentur. Ac cæteræ qui-
dem Coloniæ nos honore afficiunt, & beneuolentia ac fides
earum erga nos egregia eſt. Iam cum aliæ plures nos diligant,
manifeſtum eſt, hanc, quæ ſola nobis contumax eſt, iniuſtè
nobis aduerſari, nec arma geremus aduerſus eos, ſi non inſig-
ni iniuria affecti eſſemus. Nam & ipſos deceret, etiamſi quid
peccaſſemus, iracundiæ noſtræ cedere, & nobis turpe eſſet
vim afferre ipſis, ſi eſſent modeſtiores.

Sed elati ſuperbia & freti diuitijs, cum alia multa contra
nos fecerunt, tum verò Epidamnum, quæ noſtra eſt, cum ab
24. alijs vexaretur, ipſi non vendicarunt. Sed poſtea cum nos ve-
neremus ad ſedandos motus ibi ortos, ipſi etiam vi occupa-
runt. Iam dicunt voluiſſe ſe antea iudicio diſceptare, quod
ita ſeruandū eſt, non vt antea re occupatâ alter executor pro-
uocet ad iudicium, Sed ex æquo res, vt verba in medium vo-
centur ante dimicationem. Iſti verò non ante oppugnationē
oppidi, ſed poſtea cum viderent nos hanc iniuriam non negle-
cturos eſſe, tunc demum Iuris ſpeciem oſtenderunt.

Iamq; huc veniunt, cum domi ſceleratè fecerint, poſtu-
lantes non auxilium, ſed ſocietatem ſceleris, & petentes ſe re-
25. cipi, poſtquam nobis bellum intulerunt, cum re integra fue-
rit petenda ſocietas, non poſtquam nos iniuria affecti ſumus,
& ipſi ſunt in periculo, neque tunc, quando illos auxilio iuua-
bitis, nullo prius ab ipſis affecti beneficio. Et cum antea â ſce-
lere eorum abfueritis, nunc in vos transferre culpæ partem co-
nantur. Decet autem eos, qui prius ſuas vires cum alijs con-
iunxerunt, poſtea communes euentus exſpectare, non cum â
facto abfuerint, poſtea criminis ſocietatem ſuſtinere.

Hactenus

Hactenus oſtendimus nos acceſſiſſe juſtam cauſſam afferentes, iſtos verò injuſta violentia vti, nunc cognoſcite, cur vos non ſitis eos juſtè recepturi. Quod enim in fœdere ſcriptum eſt, poſſe nos adſcriptas ciuitates accedere ad vtros velint, id non ita intelligitur, licere ad aliorum confœderatorum perniciem quærere ſocietatem aliorum. Sed ſi qua indiget defenſione, quæ non defecit à prioribus ſocijs, & quæ recipientibus non affert bellum pro pace, id quod vobis accidet, ſi nos non audietis, quià non ſolum eſtis ſocij, ſed etiam pro fœderatis hoſtes eritis. Neceſſe eſt enim ſi arma feretis inter iſtos, vos reprimi cum eis. 26 Iniuſtum eſſe Corcyrêſibus accedere.

Iuſtum autem eſſet, vos ab vtraq; parte abeſſe, aut ſi fieri non poſſet, nobiſcum arma ferre contra iſtos. Quia cum Corinthijs vobis manifeſtum fœdus eſt, at cum illis ne induciæ quidem vnquam vobis fuerunt. Nec ſitis noui exempli authores, vt recipiantur, qui ab alijs defecerunt. Nam nec nos recipimus Samios, cum à vobis defeciſſent, & palam contradiximus, cum diuerſæ eſſent ſententiæ Peloponneſiorum, an ipſis opitulandum eſſet. Cenſuimus vnum quemlibet jure poſſe punire eos, qui ab ipſo defeciſſent. Nam ſi receperitis inju ſtè deficientes, legem aduerſus vos ipſos feretis. Non pauciores enim à vobis ad nos accedent. Ac de jure ſatis iam dictum eſt. 27

Nunc petitionem addemus, in qua vos de referenda gratia admonebimus. Hanc petimus non vt hoſtes contra vos, neque vt amici, vt veſtris auxilijs non debitis iuuemur, Sed vt debitum beneficium nobis reddatis. Nam cum aduerſus Æginetas ante bellum Medorum deeſſent vobis longæ naues, à Corinthijs viginti accepiſtis. 28 Iuſtũ eſſe Corinthiis opẽ ferre.

Hoc beneficium & alterum de Samo, cum impediuimus ne Peloponneſij eos defenderent, ita profuerunt vobis, vt & vinceretis Æginetas & Samios veſtro arbitrio coërceretis. 29.

Hæc fecimus tali veſtro tempore, quo homines tantum victoriam curant, cætera negligunt, & amicum ducunt, qui juuat, etiamſi antea fuit hoſtis, & inimicum quiſq; auerſatur, etiamſi antea fuit amicus, & pertinacia præſenti incitati etiam domeſtica commoda negligunt.

Talia cogitare vos decet, & juniores à ſenioribus audiãt, vt iſtam nobis gratiam referatis, nec ita cogitate, nos quidem juſta dicere, ſed tempore belli alia eſſe vtilia.

30 Vtile quoque eſſe. Nam vtilitas præcipua eſt, non injuſtè facere, Et quanquã belli metu hortantur vos Corcyræi, vt injuſtè faciatis, tamen fieri poteſt, vt id bellum non moueatur. Nec verò dignum eſt vobis, manifeſtas inimicitias cõtra nos ſuſcipere, incerto metu concitatos. Nam quod ſuſpitio eſt, nos propter Megarenſes vobis iraſci, hæc potius extenuenda eſt. Nam poſtremum officium oportunè collatum, etiamſi minus, tamen abolere primam offenſionem poteſt. Nec moueamini his promiſſis, quod ipſorum ſocietas magnam acceſſionem in re nautica, ad vires veſtras facturà ſit.

31. Firmior eſt enim potentia non injuria afficere æquales, quam præſenti commodo motos attrahere pericula, etiamſi vires augeantur. Nos igitur jam in aduerſa fortuna tantũ hoc petimus, ſicut vobis apud Lacedæmonios ſuffragati ſumus, vt liceat vnicuilibet ſibi adjunctos per ſeſe punire. Idem nobis jam concedi petimus, cumq; noſtro ſuffragio adjuti ſitis, nunc veſtro nos non lędatis: ſed reddite parem gratiam, memores hoc illud tempus eſſe, quo gratificans ducitur amicus, & aduerſans ducitur hoſtis; Et nobis inuitis non faciatis ſocietatem cum Corcyræis, neque opem feratis injuſtè agentibus, hoc & honeſtum eſt, & vobis ſalutare erit.

32. Grauis deliberatio, & Reſolutio Athenienſium. Talia dixerunt Corinthij. Athenienſes vtriſq; auditis, cũ populus bis conueniſſet, prioribus comitijs non minus aſſenſi ſunt Corinthijs quam Corcyrenſibus: ſed poſterioribus ſententiam mutauerunt, ac decreuerunt, non quidem tale fœdus cum Corcyrenſibus facere, vt eoſdem inimicos & amicos vtrinque haberent. Nam ſi juberent Corcyræi, vt vnà ſecum Corintho bellum inferrent, fore vt fœdus cum Peloponneſijs factum rumperetur. Ergo defenſionis tantum gratia fœdus faciunt, ea conditione, vt inter ſe mutuo auxilium ferant, ſi quis Corcyram vel Athenas, vel amborum ſocios bello peteret, bellum enim Peloponneſiacum omninò imminere putabant. Quapropter vt Corcyra, quæ tantam haberet claſſem, in poteſtatem Corinthiorum veniret, non concedendum eſſe ſtatuebant. Verum illos quam maximè inter ſe collidi volebant, vt deinde ſi ita res ferret, cum Corinthijs aliiſque, qui claſſe valerent, debilitatis jam & fractis, facilius bellum gererent. Huc accedebat, quod hæc inſula nauigaturis in Italiam vel Siciliã oportunè ad trajectum ſita eſſe videbatur.

Hoc conſilio Athenienſes in ſocietatem receperunt Cor-

cyræos, & paulò poſt cum diſceſſiſſent Corinthij, decem naues ipſis auxilio miſerunt: Interdixerunt autem eis, ne dimicarent cum Corinthijs, niſi ad Corcyram, vel ad aliquod oppidum Corcyrenſium nauigarent, atque ibi in terram deſcenderent, hoc autem ſi facerent, vt quantum poſſent prohiberent; id ob eam cauſſam faciebant, ne priora fœdera violarentur. *videatur Thucyd d lib. 1. fol. 39 & ſeqq.*

Porrò de vicinorum commoditate & incommidate, vide quæ tradit *Waremund ab Ehrenberg, de fœder. c. 2. n. 127. in fine, & Gail. 2. obſ. 69. n. 20.*

DISCVRSVS. XIX.

DE CONSILIIS ANTE PVGNAM, ET INuocatione Diuina; vbi de ſignis magna bella præcedentibus.

Qvamuis multa ſint ad rem bellicam neceſſaria, nihil tamen æq; ac conſilium valere putandum eſt: idq; non ſolum publico omnium conſenſu, ſed ipſa experientia, quę rerum eſt omnium magiſtra compertum habemus; equi, arma, opes, fortuna deniq; ipſa, quæ in bellicis rebus plurimum poſſe exſtimantur, niſi bono cõſilio dirigantur, tanquam fluxa & caduca euaneſcunt, ſæpeq; illis, qui eis vti neſciunt, perniciem afferre ſolent. *Ioan Magnus lib. 4. hiſtor. Goth c 20.* In die illa *inquit Sacer textus,* ceciderunt Sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exeunt in prœlium. *lib. 1. Machab. c 5.* 1 Conſilia plurimũ in bel lo valent.

Vnde non immeritò Stoici conſilium definientes, dixerunt eſſe ſcientiam inſpiciendi, quæ & quomodo ſe quiſpiam gerens, benè & vtiliter agat. Item Ariſtoteles, eſſe aliquid agẽdi, aut non agendi excogitatã rationẽ aſſeruit. *Patric. l. 6. tit 8 ſub fin.* 2. Quid ſit conſiliũ.

Non enim tam viribus, quam ingenio, tam robore corporum, quã ſagacitate animorum, quã prudentia & conſilijs ac ſtratagemate maxima bella confici ſolita, abundãtiſſimè demonſtrat tota Romanor. & Græcorum hiſtoria, apud quos quicunq; fuerunt Imperatores optimi, & in bellis clariſſimi, ſemper ſapientiæ laude inſignes extitère. Cui⁹ rei teſtes ſunt Grçcorũ illi Themiſtocles, Epaminõdę, Phociões, Thucydid:

 Xeno-

de Sigiſmundo Battori agens, quem nimis ſerò linguam latinam didiciſſe refert. Facilè enim ſibi interitum accelerat, qui aliena auxilia efflagitando, virium ſuarum imbecillitatem, etiam apud auxiliatores, qui ſemper ferè pro redhoſtimento ex clientibus ſubditos facere ſolent, ſuſpectam reddit. Teſtatur id Hungariæ Regina Iſabella, quæ ſe cum Rege Iohanne, contra Ferdinandum Auſtriacum Regem Romanorū, Solymanni Turcici Imperatoris protectioni, magno ſuo, regnique malo ſubjecit. Idem experti ſunt Græci, Perſæ, Tartari, Georgiani, alijq; ſub protectione Turcarum Tyranni ex Clientibus ſubditi facti. Nec alia ratione Romani, quam per cuniculos protectitios, ad tantum faſtigium aſcenderunt; id quod Latini, ſed ſerò nimis, olfacere tandem inceperunt. *D. Lindenſp. de arc. Imp. mon. c. 3 fol. 74.*

22. Denique, vt ab ijs ſubſidium petatur, qui ſinceri ac fideles, nec te longiori auxiliorum exſpectatione deludere ſolent: exiguum enim auxiliū tempeſtiuè adductum (*vt Hiſpani dicunt*) plus prodeſſe multò maiore, quod aduenit, demum clade accepta. *Mas vale el mediano ſocorro, que ſe embia con tiempo, que el muy complido, ſi allega tarde. Gueuar. in M Aurelio, c. 22 fol. 83.* Iuxta illud Germanorū. **Es iſt beſſer ein Nachbar an der Wand / als ein groſer Freundt vber Landt.** ex *Petro Regemortero ſerm. polit. fol. 86. D. Beſold. de fœder. c. 8. n. 4.*

23. Dans auxilium ad quid aduertere debeat.

Viciſſim ij, qui alijs ſuppetias ferunt, ſequentia benè notanda habent: Ne ſcilicet primò omnium ſtatim quærelas accipiant, ſeq; immiſceant, cuius rei egregium de Iouiano Romanorum Imperatore exemplum refert *Nicephorus*: cum enim ſollicitaretur, vt reſponſum daret Macedonijs auxilium petentibus. Odi reſpondit, omne contentionis genus, concordiam autem vnicè amplector & amo. *In Eccleſ. hiſt. lib 10. c. 40.* Secus tamen, vbi ipſorum res quoq; ageretur, aut ex fœdere alteri auxilia præſtare tenerentur, aut jam dudum belli cum altero occaſionē quæſiuiſſent. Hinc *Thucyd. lib. 6.* Extranei, inquit auxilium ſocietatemq; à nobis petentes, vt plurimum de ſe, ſuis opibus, ſuaq; potentia, & fide ſtrenuè mētiuntur: Itaq; niſi prius res eorum, à nobis fuerint exploratæ, ijs non eſt credendū.

24. Auxiliatores ſolent demum à victore perſequi.

Atq; huius rei ratio in promptu quidem eſt, quandoq; ijs æque, qui hoſtibus noſtris auxilium ferunt, quam qui bellum nobiſcum gerunt, iraſcamur, cuius procella nonnunquā magis in auxiliatorem, quam in auctorem incumbere ſoleat. Sic enim cum Babylonijs Crœſus Lydiæ Rex, contra Cyrum in

auxilium

auxilium veniſſet, Cyrum poſt victoriam, compoſitis in Babylonia rebus, bellum in Lydiam tranſtuliſſe: Eodemq; modo Darium cognito, quod Athenienſes Ionijs auxilium contra ſe tuliſſent, omnem impetum belli in eos conuertiſſe, author eſt *Iuſtin. lib. 1 & 2.* Sic quoque Guſtauus Adolphus Sueciæ Rex, cladibus ſuis â Sigiſmundo Polonorum Rege, virtute Germanici roboris eidem, ab Imp. Ferdinando II. ad viginti armorum millia in ſubſidium miſſi, ſæpius acceptis, valde irritatus, ab hoſtibus in auxiliatores, â Polonis in Germanos, â Sigiſmundo Rege in Imperatorem & Imperium odium vertit. *Waſſenberg. de bello Suecico. fol. 248.*

Secundo fœdus contracturi, aut alijs auxilium laturi, diligenter conſiderare debent, cur, & in quem finem illud fieri poſſit. Si ideò tantum, vt contra aliorum iniurias tuti ſint, cõſultum erit. Initijs enim vicinæ potentiæ, nimium ac manifeſtè creſcentis, â vicinis maturè occurrendum, & ſyncretiſſimò reſiſtendum eſſe, ne vires illius adeò creſcant, vt ſi libuerit, vicinium opprimere poſſit, tenuit *Amirat. lib. 20. diſc. 11. ex Polybio lib. 1. & 2.* At ſi ad alium inuadendum, eiuſque exuuias inter ſe diuidendas: citius fruſtratos ſe, quam voto potitos videbunt; niſi tenues alterius ſint vires, aut nouum, aut nondum firmatum, vel perturbatum habeat imperium. *Marnix. ſect. 6 reſol. 3.* 25.

Cæterum num fœdus cum infidelibus facere permiſſum ſit, ambiguæ quæſtionis eſt: Negantium tamen ſententia (niſi abſque Eccleſiæ, vel Orbis Chriſtiani, detrimento fieret) probabilior, & quidem communior videtur: de qua, pro vtraque opinione ex profeſſo diſputantes, videantur: *Arumæ. ad Aur. Bull. diſc. 6. th. 7. Cacheran. diſp. ſingulari, quæ iuncta eſt deciſionib. Pedemont. eiuſd. Gentill. lib 3. de bello. c. 17 benè Marq de Suſanis tract. de Iudæis p. 1. c. 6. n. 4. & Zinan. de optimè imperandi rat. lib. 12. c. 5 fol. m. 802 Schönborn. lib. 6. c. 36 fusè D. Beſold. de fœder. c. 4. & D. Lindenſpir. tract. de arcanis. c. 4. fol. m. 126 & ſeqq.* 26. Num fœdus cum infidelidus faciendum.

Magna ſanè cautio adhibenda eſt, ſi duo ſint æquales viribus Monarchæ, qui inter ſe armis contendant, qualiter cæteri minores Principes, cum hoc vel altero fœderis ſe nexu, ritè & vtiliter coniungere poſſint, & debeant. Hinc eſt quod vnam eandemque Rempubl. modo his, mox alijs confœderatam experiamur, pro vt rerum ſtatus ſuadere, atque exigere videtur. 27 Cum quo ex pluribus ſit fœdus faciẽdum.

Et hoc modo iam olim, bello inter Romanos & Perſeum

Magna arte hac in re op9 eſſe.

Macedoniæ Regem geſto, vicini populi vehementer dubitarunt, vtris ſe ſe adjungerent: Tandem optima & prudentiſſima pars, *inquit Liuius*, ſi vtiq; optio Domini potioris videretur, ſub Romanis, quam Rege malebat eſſe; ſi liberum inde arbitrium fortunæ eſſet, neutram partem volebant potentiorem altera oppreſſa fieri, ſed illibatis potius viribus vtriuſq; partis, pacem ex eo manere. Ita inter vtroſq; optimam conditionē ciuitatis fore, protegente altero ſemper inopem ab alterius iniuria. *lib, 42. Marnix d ſect. 6. reſ. 2. Melch Iun quæſt polit. 74. §. quarto ſocietates.* Atque hac ſuper re, *Anonymus ille Gallus, Tractatum ſuum de l' intereſt des Princes, &c.* pſeudopoliticè tamen magis, fundare videtur.

29. De perfectis fœderibus.

Verum qui perfecta fœdera ſancire cupit, ſciat ea ita ad vnam voluntatem ſolam reducenda eſſe, ac ſi Imperium vnū, illudq; ſolum eſſet: vt nimirum nullus inter confœderatos Principes ſit, qui vel minimū intereſſe à publico ſeparatum habeat. Hoc enim non ſolum omne fœdus, ſed omnem etiam amicitiam frangere, & contrarias confœderationes cauſare ſolet. Sicut etiam publicum ab honeſtate nunquam ſeiungi debet: honeſtas enim indiſſolubilis ille nodus eſt, qui fœdera inſeparabiliter ſtringit, ſub cuius etiam prætextu, nonnulla alterius quandoq; negotij fundamenta, cooperiri poſſunt. Perſæ enim animo aperiendi viam ad Græciæ acquiſitionem, fœdus cum Spartanis inibant, idque ſub ſpecie, ac ſi ipſis contra hoſtes ſuos Athenienſes ſuppetias laturi eſſent: Et firmum quidem hoc fœdus manebat, quamdiu hæc facti honeſti ſpecies à Perſis vafrè fingeretur: At nimis ſtolidè animi ſenſa patefacientes, non ex tam honeſta ratione, ſed potius ex priuato commodo, vt nempè Imperium ſupra fines ita ampliarent, vt & Græciæ dominarentur, ſe amicos contra inimicos adiuuare, quo ſic vtraque pars ſubijceretur, fœdus Spartani confeſtim renuntiauêre, ac aliud contra ipſos machinati ſunt.

30. Germani olim Vaſallis abũdabat.

Porrò, quandoquidem Imperatoris olim ac Principum Germanorum potentia in Vaſallorum multitudine conſtiterit, indeque tam multa feuda conſtituta fuerint, vt nil ferè ſibi retinerent; idcircò nec externo milite, neque admodum locuplete ærario, opus habebant. Qualiter & hodie in Gallia Nobiles à muneribus ideo exepti, vt pro ſuis bonis Regi perſonaliter ſeruiant, & ſuis ſtipennijs mereantur. *Lucas de Pennatin l, ult. C. de fund. limitro. lib. 11. Iac. de S Georgio de Homagio. n. 41.*

Quemadmodum iam Turciæ Imperatorem, ex ſolis Ti-

marijs

narijs homines ad tercentum millia ſibi obſtrictos, atq; obligatos habere, vt quoties ipſi libuerit, & quò terrarum eos ire juſſerit, in bellū proprijs expenſis proficiſcantur, tradit *Lazar Soranzius in Ottoman.c.47* Quod & teſtatur Venetus quidam in Græciâ Conſul, qui ait: *Nell' acquiſto, che fecegl' Ottomani del Stato ſuo, s' impatronirono, non ſolo di tutto il diretto, mà in gran parte ancora dell' vtile dè terreni, & queſti diſtribui poi à Soldati, in vita loro per ſtipendio; di modo, che ſenz' altra ſpeſa del dinaro Publico, mantiene quel Signore vn numero coſi grande di Caualli, che à pagarli con dinari, non baſtariano quindici millioni d' oro l' anno, &c. Theſoro Politico p.1. relat. di Conſtantinop. fol.216. & ſeq.* Sed poſteaquam hodiè voluntario conductitioq; milite in Germania bella gerantur, Vaſallorumq; ſeruitia varijs limitationibus reſtringantur, vnde & noua rarius feuda concedere, ærarioq;, quod ſtipendia in caſu neceſſitatis ſuppeditet, locupletiori opus eſſe videmus.

Accommodatam deniq; ad hanc materiam de jure quæſtionem mouet *D. Martin. Magerus in ſuo tractatu de Aduocat. armata, c.12. n.251.* Vt ſi Vaſallus habeat plura & diuerſa feuda, à duobus vel pluribus, & diuerſis Dominis, qui duo Domini ſibi mutua moueant bella, & vterq; Dominus Vaſallum, vt ſibi ſeruitium opemque vaſalliticam exhibeat, requirere contingat, cui teneatur ſuccurrere? 31. Vaſallus, cui ex Dominis ſuis auxilium ferre teneatur.

Et communiter ait tenere Feudiſtas, quod de rigore juris eum (ſummo tamen Principe abſque dubio ſemper excepto) iuuare debeat, cui primo fecit fidelitatem. *per tex. expreſſ. in c. Imperialem. §. illud quoq; & ibi Beluiſ. Iſernia. n.61 Rauen. Afflict. n. 8. Frid. Schenck n.3. & omnes. De probibit. Feud. alienat per Frid. Snedvv. de feud. p. 5. n.96. Schrad. p.6. c. 6 n.20.* Vbi hanc ſententiam communiter approbatam, & veriſſimā eſſe refert: adeo vt poſteriorem Dominum licitè, in ſeruitio antiquioris ſui Domini, offendere queat, neque ab eo propterea feudo priuari poſſit. *per tex. manifeſt. in c. contra omnes. Hic finit Lex.* Cum enim lege permittente & jubente hoc fiat, ideoq; pœnam non meretur, *arg. L. Gracchus, C. ad l. Iuliam de adult.* 32.

Imò poſſe antiquiorem Dominum iuuare contra poſteriorem, &c. iiſdē verbis refert. *Afflict. in d. §. illud quoq; n. 8. Piſtor quaſt. 17. b. 36 p. 2. lib. 1.* E contra autem, ſi relicto primo Domino aſſiſtat ſecundo, feudum quod ab illo tenebat, amittere, eſt communis Feudiſtarum ſententia. *in d. c. Imperialem. §. fin. & d. §. illud quoq;* Siquidem in omni juramento prior ſeu antiquior Dominus excipi debeat, *per tex. in d. c. contra omnes. videatur quoq; Roſenth. de feud. c. 8.* 33.

concl 16 n 6. Et primò Domino Vaſallus iurauerit fidelitatem, quæ fidelitas extenditur contra omnes homines, etiam poſteriores Dominos. *per not. in c. vlt. hic finit. lex: & c 1. De nou. for. n fidelit. vtrobiq́; Dd. ordinariè.*

34. Quod ſi verò inter duos Dominos ab eodem Vaſallo vno tempore ſeruitium requirentes, ignoretur, vter ſit antiquior, ei, qui primò ſeruitium requiſiuit à Vaſallo, præſtandum eſſe. *Ant. de Iſernia. in c 1 §. omnes filii n. 5 ibiq́; Balzar n 11. Si de feud defunc. content. Affuct. c 1 n 25 Quib. mod feud. amit. Schrad. p. 6. c 6. n. 19* & plures ſequendo congerunt. *Roſentb c 8 concl 16. n 10 lit. K. Andr Khol. de ſeruit. Feud. p 2 n. 10.*

Plura de Fœderibus, quid nempè circa ea, tempore pacis obſeruandum ſit. vide *inf. lib. 2 Diſcurſu. 22. De ſocietate.*

DISCVRSVS. XIIX.

DE VICINIS, TEMPORE BELLI, IN gratia conſeruandis.

1. Dum Vicini bella gerunt, cautè ſibi vigilandum.

EX prædictis itaq;, nihil magis ad pacem & ſalutē Imperij aſſerendam, & extra periculum conſtituendam, neceſſarium eſt, quàm dum vicini bellum gerunt, cuſtodiæ quàm diligentiſſimè intētum eſſe, omnibus modis ſecuritati ſuæ proſpicere. Fieri enim plerumq; ſolet, vt compoſita inter eos, qui bellum geſſerunt, pace, tempeſtas omnis ac procella deindè in vicinos incumbat. Vndè *Tacit. lib 12 annal.* Vicinis prælio & bello inter ſe certantibus vicina, inquit, vtriſque loca, valido, paratoque ſubſidio firmanda ſunt, ne victoria elatus vicinus, noſtram quoque partem turbet.

2. Poſt pacem inter Carolum II. Neapolis, & Fridericum Aragoniæ reges factam, è Sicilia & Apulia circiter 20. triremes, partim Catalaunicæ, partim Italicæ, quæ ſub Regibus illis ſtipendia fecerant, Ducem ſibi Rogerium, quendam Templarium Equitem crearunt, & tàm Macedoniæ, quàm vniuerſæ Græciæ oras littorales depopulari, inaudita damna paſſim dedêre: adeò vt tandem etiam, creſcente ſubindè ad prædam accurrentium numero, Archipelagi inſulas, imò nonnullas terræ firmæ ciuitates aggredi, & infinitam ſpoliorum ex omnibus gentibus vim colligere non dubitârint, donec tandem oc-

ciſo Athenarum Duce, totam illam ditionem ſuo ſubjecerint imperio. *Boter. c. 16. d. lib. 6.*

Vnde etiam Princeps potentior, qui armis victoriam perſequitur, â populis etiam, victo populo vicinis, (exemplo Afrorum & Barcæorum, Cambyſem ſibi conciliantium,) deliniendus & conciliandus eſt. *Herod. lib. 3.*

3. Victor à Vicinis conciliãdus eſt.

Pro notabili verò cautela obſeruari ſolet, vt quilibet Princeps illum, qui apud vicinum ſuum plurimum authoritate vel prudentia poteſt, vel quem timere ſolet, omni modo ſibi conciliet, per quem non ſolum eius Principis conſilia ſibi facilè detegantur, verum etiam ſiniſtræ opiniones & hoſtiles conatus auertantur, mutuaque Principum amicitia foueatur, & conſeruetur, ac in caſu neceſſitatis ad mutua auxilia commoueatur: quod ordinariè per illuſtres Legatos, aut etiam per Agentes ſiue Reſidentes fieri ſolere, pluribus docet *Comin. cap. 47 61. & 62. Frid. Marſelaër lib. 1. de Legat. diſſert. 2. fol. 6. D. Beſold. p. m. de arcan. rerumpl. c. 1 n. 9.* Atque hoc modo, bonum ſibi vicinum retinere, & ipſe abſque formidine & periculo Rempublicam conſeruare, ac in pace tranquillè viuere poteſt. *Tener los Reyes cuydado de lo defuera, parte de la ſalud politica, como el ayre ambiente de la corporal. Ant. Perez aphoris. Latin. 4.*

4. Modus vicinum in gratia conſeruandi.

Rarò enim vicinos concordes inuenire licet. Sic Romani Carthaginenſes, Spartani Meſſenos vicinos ſuos devorârũt. *Et Virgilius.*

Mantua heu miſera nimium vicina Cremonæ.

5. Vicini rarò concordes.

Vnde Germanis priſcis vicinitas maximè exoſa fuit, hoc enim proprium virtutis exiſtimabant, expulſos agros finitimis cedere, neq; quenquam propè ſe audere conſiſtere, ſimul hoc ſe fore tutiores arbitrabantur, repentinæ incurſionis timore ſublato. *Cæſar. lib 6. de bello Gall. fol. 162.*

Vt autem firmior inter vicinos conſeruetur amicitia, Princeps ſemper ob oculos, capitulationes & tractatus cũ vicinis initos, ne vel latum vnguẽ ab ijs ſecedere videatur, habere debet. Quod ipſi denegare non poterit, offerat antequã petet; Si opus habet auxilio, etiam non imploranti mittat, & iuſtitiam armorũ atq; auxilij, apud alios exponat: Nihil enim maiorẽ fiduciã inter vicinos excitare poteſt, quã proſpecta de vicinis periculis ſollicitudo, opiſq; vltronea oblatio. Peteti difficiliora, nec condeſcendendũ, nec denegandũ eſt rogatũ, quin promittẽda reſponſio p legationẽ aliquã, & videndũ, vt maiori be-

6. Modus conſeruandi amicitiam

cio pallieturid, quod, vt petitum, præſtitum non fuit: ne plus offendat neglectus petitionis, quàm nouum beneficium demereatur.

7. Ad parui autem præiudicij petitiones, præſertim viribus inæqualis, ne petentem offendat, ſtatim annuere debet: in quo peccarunt Florentini, qui Carolo VIII. Galliæ Regi, inuito Coſmo de Medicis, hoc ipſis diſſuadente, tranſitum primâ vice denegarunt.

8. Contra Princeps â Vicino, aliquid petiturus rationem ſuę dignitatis habere, nec nimium feſtinare debet: ex hoc enim conſtantiam propoſiti, & neceſſitatem rei petitæ videbunt, quâ & ipſum arctius obligatum iri, & commodum hinc ad ſe redundaturum eſſe, ſibi perſuaſum habebunt.

9. Illatam iniuriam ſurda aure prætereat, niſi magna ſit, quam ipſam tamen officialibus imputare, ipſe verò, ne minimum qudiem ſignum, quaſi offenſus eſſet, præ ſe ferre, ſed quibuſcunque modis id fieri poteſt, iram premere, ac prudentiâ obtegere debet; ne ex minima ſuſpitione, inimicis ſuis fœdere contra ipſum copulentur: cum recordatio iniuriæ ſæpè fortius operetur in iniuriante, quàm in iniuriato. Et inde quoq; â minis abſtinendum erit, ne ex impotentibus timidos, ex his verò efficiat deſperatos.

10. Quod ſi contingat, vt Legati aliorum arma contrà Principem parantium, ſibi ſuſpecti fiant: leniter alij, alij rudius procedere, alij verò omnes, & amicorum, & inimicorum legatos dimittere, & poſt illos, amicorum nempè, reuocare ſolent. Carolus V. Imperat. cum animaduertiſſet Ligam, vt vocant, ſiuè fœdus contra ſeſe factum, noluit dimittere Legatos Regum Galliæ, & Angliæ, aut Venetos & Florentinos, ſed additâ cuſtodiâ, triginta milliarum ſpatio â Curia detinuit, cum inhibitione, ne cum ipſis verba fierent, aut ab ipſis expedirentur litteræ: Milanenſi, ne Curiam relinqueret, indixit; cum Anglo verò nihil innouauit.

11. *Quod ſi Victor & Victus â Tertio quodam auxilium petere contingat.*

Nec per hoc læditur Ius Gentium, ſi quandoque Legati reijciantur; cum reijci â ſocijs, ab amicis, â fœderatis, belli quædam ſit denuntiatio. *ex Petr. Ærod. rer. iudicat. lib. 10. tit. 15. c. 1. refert D. Lindenſpir. De arcan. Imp. c 5 fol. 141.*

Verum cũ non ſolũ ſtatim ab initio belli Princeps cũ potentioribus fœdera pangere, ſed etiã poſtquã cladem accepit, ſe

recolligere

recolligere, ad nouam pugnam præparare, vndiq; auxilia & ſocietatem quærere ſoleat, ideoq; tam victorem, de eiuſmodi fœderibus & ſubſidijs, quo magis in tuto ſit, æque ſibi prouidere, quam etiam apud tertium, hoſti itidem ſuo commune amicum, quandoque ſocietatem ambire, compellat? Tunc certè qualiter in re adeò periculoſa, tàm vterq; auxilium ambiens, quàm etiam requiſitus, in annuendo erga vtrumque ſe gerere debeat, egregio exemplo de Corcyrenſium & Corinthiorum legatis, fœdus, ſocietatem, auxiliumq; ab Athenienſibus eodem tempore graui quidē, ſed contrario orationis genere poſtulantibus, inſinuauit *Thucyd.* Vbi Corcyrenſes orationem ſuam primùm exorſi,

Facilius, *inquiunt*, petere eſt defenſionem ab illis, qui antea beneficium acceperunt, aut cum quibus eſt vetus ſocietas; ſed hæc vbi deſunt, oſtendendum eſt ſocietatem fore vtilem ijs, à quibus defenſio petitur, aut certè non damnoſam: Deinde defenſos etiam firmam gratiam habituros eſſe. Hæc ſi quis non demonſtret, non grauiter ferat, ſi nihil impetret. Sic igitur miſerunt nos Corcyræi ad petendam ſocietatem, vt confiderent hæc quoque ſe vobis declaraturos eſſe. 12 Oratio Corcyrē-ſium.

Quod autem hactenus nulla nobis ſocietas fuit cum alijs, hunc noſtrum errorem vobis nunc prodeſſe, & nobis nocere animaduertimus. Nam ſine ſocijs bellum à Corinthijs illatum ſuſtinere non poſſumus, Iamque accidit, vt quod antea videbatur eſſe prudentiæ, nolle implicari periculis alieno arbitrio, id ſtultè cogitatum fuiſſe, & attuliſſe infirmitatē appareat. Etſi autem ſoli Corinthios prælio nauali repreſſimus, tamen cum nunc maiori apparatu bellum gerant, accerſitis auxilijs, & nos ſoli eis pares eſſe non poſſimus, & ſeruitus periculoſa ſit, nos quoque ſocios quærimus. Venia autem nobis danda eſt, quod nunc demum auxilia poſcimus, quia antea non prauitate, ſed errore fœdera neglex imus, vobis autem hoc fœdus honeſtum erit multis modis. 13

Primum quia defendetis injuriâ affectos, non facientes injuriam, Deinde quia nos perpetuò memores erimus huius beneficij. Et cum habeamus claſſem maximam poſt veſtrā, conſiderate quam ſit vtilis coniunctio. Magna felicitas erit & hoſtibus ingrata, ſi potentia vobis vltrò accedet ſine veſtro periculo & ſumptu, quam vos magnæ pecuniæ & gratiæ loco æſtimatis: Et hæc acceſſio vobis gloriam & vires au- 14. Quod hoc fœdꝰ honeſtū ſit.

get,apud nos vero, quibus opem fertis,gratiam ; quæ omnia paucis ſimul contigerunt,paucique fuerunt , qui ſocietatem petentes,non minus darent præſidij & ornamenti, quam accipiebant.

15. Si quis autem exiſtimat bellum,in quo vobis vſui eſſe poterimus, non impendere, is errat, nec videt Lacedæmonios metu veſtræ potentiæ,res nouas moliri, & Corinthios per ſe ſe validos & vobis inimicos hoc agere, cum nos inuadunt, vt vos anteverrant,ne coniungamur,neue alterutra ſpe fruſtrentur,aut nocendi nobis, aut ſeſe corroborandi. Veſtrum igitur erit anteuertere, ac facere ſocietatem nobis petentibus, & illis potius terrori eſſe, quam poſtea auxilia quærere illato terrore.

16. Si autem dicunt injuſtum eſſe recipere alienas colonias, hoc conſiderent,coloniam ita Metropoli honorem debere, ſi non afficiatur iniuria,ſed injurijs alienatur. Deducuntur enim coloni,non vt opprimantur ſeruitute, ſed vt pares ſint prioribus ciuibus. Quod autem nos injuria affecerunt,manifeſtum eſt : Quare cum ad judicium prouocaremus,illi armis certare voluerunt, qua ex re coniecturam facite, cum tales fuerunt erga nos cognatos,ne decipi vos ſinatis, cum hortabuntur, ne nobis opitulemini. Tutiſſimus eſt enim , qui minimum gratificatur hoſtibus.

17. Nec violabitis fœdus,quod cum Lacedæmonijs factum eſt,ſi nos recipietis, qui neutrorum ſocij ſumus. Expreſſe enim in fœdere dictum eſt, ſi qua Græcarum ciuitatum nondum ſit ſocia , licere ei ad vtros liber tranſire. Et indignum eſſet,ſi illis licet ex ſocialibus ciuitatibus , & ex reliqua Græcia,& ex veſtris ſubditis naues armare, vobis oblatam ſocietatem,& alias vtilitates interdicere, & vobis tanquam crimẽ objicere,ſi nobis adſentiemini. At contra iuſtius eſſet, vos á nobis accuſari. Non enim reprimetis inimicos veſtros, ſed ſinetis eos creſcere ex veſtra regione,quod iniuſtum eſt. Rectius autem eſt prohibere ,ne apud vos conducant milites,ac potius nobis mittere facta palam ſocietate.

18. Et vtile.

Vtilitates verò multæ ſunt in hac re: ſicut initiò monuimus,quarum præcipua eſt,communes inimici ſunt vobis & nobis,& validi ad nocendum reſiſtentibus. Cumque vobis afferatur ſocia claſſis,non potentia mediterranea, nõn ſimilis cauſa eſt negligendi tales ſocios. Nam ſi fieri poſſet, vobis

per-

perficiendum erat,ne ciuitas vlla alia claſſem haberet,ſed cum hoc fieri non poſſit, proximum eſt, vt vobis adiungatis ſocios, qui maximè valent claſſe. Si quis autem exiſtimat, hæc de vtilitate rectè dici,ſed metuit,ne fœdera diſſoluantur, is hoc conſideret, quod diffidere fœderi magis terrebit inimicos.

Contra verò ſine metu eſſe & confidere fœderibus, nec recipere alios ſocios, infirmitas eſt contra potentiores, & inimicos metu liberat. Neque verò ſolum de Corcyra, ſed de ipſis etiam Athenis iam deliberatio eſt. Errat enim ſi quis non cogitans de bello non futuro, ſed moto iam, dubitat recipere ſocios,qui & prodeſſe adiuncti plurimum poſſint, & coniuncti cum hoſtibus nocere. 19.

Sita enim eſt Corcyra oportunè ad trajectum in Italiam & Siciliam, vt tranſuectionem exercituum inde in Peloponneſum,aut ex eo Peloponneſo impedire poſſit,& ad alias vtilitates opportuna. Denique ex hac breui ſumma cognoſcere poteſtis, nos non deſerendos eſſe. Claſſes in Græcia tres ſunt magni faciendæ, veſtra, noſtra, & Corinthia. Iam ſi duas coniungi ſineritis, & Corinthij potientur noſtra claſſe, difficilius vobis certamen erit cum duobus. Si verò nos receperitis in ſocietatem, veſtra contra illos potentia maior erit. 20

Talia Corcyræi dixerunt,poſt quos Corinthij in hunc modum locuti ſunt.

Cum Corcyræi non hoc vnum egerint, vt à vobis reciperentur, ſed nos etiam accuſauerint, & nos iniuſtè bellum mouiſſe, & ſe iniuria affici queſti ſint, neceſſe eſt, nos de hac accuſatione primum dicere, & deinde ad reliquam orationem accedere, vt & noſtram petitionem rectius cognoſcatis,& commoda quæ illi oſtendunt,non ſine ratione repudietis. 21. Oratio Corinthiorum.

Aiunt modeſtiæ cauſa ſe nullam ſocietatem cum alijs feciſſe. Id verò ſeruarunt, vt impunè graſſari poſſent, non amore iuſtitiæ, cum nollent alios malefactorum teſtes habere, nec pudore affici, ſi vocatis ſocijs, res cognoſcerentur. Ac vrbis ſitus addit ijs animum, vt magis ipſi velint eſſe judices, quam aliorum judicia ſubire, quia ipſi non ſæpè ad alios nauigant, multos verò neceſſariò 22. Refutant primò Orationē Corcyræorum.

præter nauigantes excipiunt. Quod igitur ſpecioſè dicunt, ſe
à fœderibus alienos fuiſſe, non eò factum eſt, ne alienæ iniu-
ſtitiæ ſocij eſſent, ſed vt ipſi impunè peccarent, & vi & fraude
prædas aufferrent, & adepti nullos iudices metuerent.

Nam ſi eſſent boni viri, vt prædicant, quo minus culpa-
biles eſſent, eò minus abhorruiſſent à fœderibus, vt iuſtitia ip-
23. ſorum magis conſpici à cæteris poſſet. Sed neq; erga nos, neq;
erga alios tales ſunt, cum coloni noſtri ſint, & antea defece-
rint à nobis, & bellum nunc nobiſcum gerant, cum quidem
dicant ſe non deductos eſſe, vt iniurias à nobis acciperent. Qui-
bus viciſſim reſpondemus. Nos non deduxiſſe Colonos, vt
ſuperbè ab eis contumelia afficiamur, ſed vt ſimus Præſides, at-
que ea, quæ decent nobis, officia præſtentur. Ac cæteræ qui-
dem Coloniæ nos honore afficiunt, & beneuolentia ac fides
earum erga nos egregia eſt. Iam cum aliæ plures nos diligant,
manifeſtum eſt, hanc, quæ ſola nobis contumax eſt, iniuſtè
nobis aduerſari, nec arma geremus aduerſus eos, ſi non inſig-
ni iniuria affecti eſſemus. Nam & ipſos deceret, etiamſi quid
peccaſſemus, iracundiæ noſtræ cedere, & nobis turpe eſſet
vim afferre ipſis, ſi eſſent modeſtiores.

Sed elati ſuperbia & freti diuitijs, cum alia multa contra
nos fecerunt, tum verò Epidamnum, quæ noſtra eſt, cum ab
alijs vexaretur, ipſi non vendicarunt. Sed poſtea cum nos ve-
24. neremus ad ſedandos motus ibi ortos, ipſi etiam vi occupa-
runt. Iam dicunt voluiſſe ſe antea iudicio diſceptare, quod
ita ſeruandũ eſt, non vt antea re occupatâ alter executor pro-
uocet ad iudicium, Sed ex æquo res, vt verba in medium vo-
centur ante dimicationem. Iſti verò non ante oppugnationẽ
oppidi, ſed poſtea cum viderent nos hanc iniuriam non negle-
cturos eſſe, tunc demum Iuris ſpeciem oſtenderunt.

Iamq; huc veniunt, cum domi ſceleratè fecerint, poſtu-
lantes non auxilium, ſed ſocietatem ſceleris, & petentes ſe re-
25. cipi, poſtquam nobis bellum intulerunt, cum re integrâ fue-
rit petenda ſocietas, non poſtquam nos iniuria affecti ſumus,
& ipſi ſunt in periculo, neque tunc, quando illos auxilio iuua-
bitis, nullo prius ab ipſis affecti beneficio. Et cum antea à ſce-
lere eorum abfueritis, nunc in vos transferre culpæ partem co-
nantur. Decet autem eos, qui prius ſuas vires cum alijs con-
iunxerint, poſtea communes euentus exſpectare, non cum à
facto abfuerint, poſtea criminis ſocietatem ſuſtinere.

Hactenus oſtendimus nos acceſſiſſe juſtam cauſſam afferentes, iſtos verò injuſta violentia vti, nunc cognoſcite, cur vos non ſitis eos juſtè recepturi. Quod enim in fœdere ſcriptum eſt, poſſe nos adſcriptas ciuitates accedere ad vtros velint, id non ita intelligitur, licere ad aliorum confœderatorum perniciem quærere ſocietatem aliorum. Sed ſi qua indiget defenſione, quæ non defecit à prioribus ſocijs, & quæ recipientibus non affert bellum pro pace, id quod vobis accidet, ſi nos non audietis, quià non ſolum eſtis ſocij, ſed etiam pro fœderatis hoſtes eritis. Neceſſe eſt enim ſi arma feretis inter iſtos, vos reprimi cum eis. 26 Iniuſtum eſſe Corcyréſibus accedere.

Iuſtum autem eſſet, vos ab vtraq; parte abeſſe, aut ſi fieri non poſſet, nobiſcum arma ferre contra iſtos. Quia cum Corinthijs vobis manifeſtum fœdus eſt, at cum illis ne induciæ quidem vnquam vobis fuerunt. Nec ſitis noui exempli authores, vt recipiantur, qui ab alijs defecerunt. Nam nec nos recipimus Samios, cum à vobis defeciſſent, & palam contradiximus, cum diuerſæ eſſent ſententiæ Peloponneſiorum, an ipſis opitulandum eſſet. Cenſuimus vnum quemlibet jure poſſe punire eos, qui ab ipſo defeciſſent. Nam ſi receperitis injuſtè deficientes, legem aduerſus vos ipſos feretis. Non pauciores enim à vobis ad nos accedent. Ac de jure ſatis iam dictum eſt. 27

Nunc petitionem addemus, in qua vos de referenda gratia admonebimus. Hanc petimus non vt hoſtes contra vos, neque vt amici, vt veſtris auxilijs non debitis iuuemur, Sed vt debitum beneficium nobis reddatis. Nam cum aduerſus Æginetas ante bellum Medorum deeſſent vobis longæ naues, à Corinthijs viginti accepiſtis. 28 Iuſtū eſſe Corinthiis opē ferre.

Hoc beneficium & alterum de Samo, cum impediuimus ne Peloponneſij eos defenderent, ita profuerunt vobis, vt & vinceretis Æginetas & Samios veſtro arbitrio coërceretis. 29.

Hæc fecimus tali veſtro tempore, quo homines tantum victoriam curant, cætera negligunt, & amicum ducunt, qui juuat, etiamſi antea fuit hoſtis, & inimicum quiſq; auerſatur, etiamſi antea fuit amicus, & pertinacia præſenti incitati etiam domeſtica commoda negligunt.

Talia cogitare vos decet, & juniores à ſenioribus audiāt, vt iſtam nobis gratiam referatis, nec ita cogitate, nos quidem juſta dicere, ſed tempore belli alia eſſe vtilia.

Nam

30 Vtile quoque eſſe. Nam vtilitas præcipua eſt, non injuſtè facere, Et quanquā belli metu hortantur vos Corcyræi, vt injuſtè faciatis, tamen fieri poteſt, vt id bellum non moueatur. Nec verò dignum eſt vobis, manifeſtas inimicitias cōtra nos ſuſcipere, incerto metu concitatos. Nam quod ſuſpitio eſt, nos propter Megarenſes vobis iraſci, hæc potius extenuenda eſt. Nam poſtremum officium oportunè collatum, etiamſi minus, tamen abolere primam offenſionem poteſt. Nec moueamini his promiſſis, quod ipſorum ſocietas magnam acceſſionem in re nautica, ad vires veſtras factura ſit.

31. Firmior eſt enim potentia non injuria afficere æquales, quam præſenti commodo motos attrahere pericula, etiamſi vires augeantur. Nos igitur iam in aduerſa fortuna tantū hoc petimus, ſicut vobis apud Lacedæmonios ſuffragati ſumus, vt liceat vnicuilibet ſibi adjunctos per ſeſe punire. Idem nobis jam concedi petimus, cumq; noſtro ſuffragio adjuti ſitis, nunc veſtro nos non lędatis: ſed reddite parem gratiam, memores hoc illud tempus eſſe, quo gratificans ducitur amicus, & aduerſans ducitur hoſtis; Et nobis inuitis non faciatis ſocietatem cum Corcyræis, neque opem feratis injuſtè agentibus, hoc & honeſtum eſt, & vobis ſalutare erit.

32. Grauis deliberatio, & Reſolutio Atheniēſium. Talia dixerunt Corinthij. Athenienſes vtriſq; auditis, cū populus bis conueniſſet, prioribus comitijs non minus aſſenſi ſunt Corinthijs quam Corcyrenſibus: ſed poſterioribus ſententiam mutauerunt, ac decreuerunt, non quidem tale fœdus cum Corcyrenſibus facere, vt eoſdem inimicos & amicos vtrinque haberent. Nam ſi juberent Corcyræi, vt vnà ſecum Corintho bellum inferrent, fore vt fœdus cum Peloponneſijs factum rumperetur. Ergo defenſionis tantum gratia fœdus faciunt, ea conditione, vt inter ſe mutuo auxilium ferant, ſi quis Corcyram vel Athenas, vel amborum ſocios bello peteret, bellum enim Peloponneſiacum omninò imminere putabant. Quapropter vt Corcyra, quæ tantam haberet claſſem, in poteſtatem Corinthiorum veniret, non concedendum eſſe ſtatuebant. Verum illos quam maximè inter ſe collidi volebant, vt deinde ſi ita res ferret, cum Corinthijs aliiſque, qui claſſe valerent, debilitatis iam & fractis, facilius bellum gererent. Huc accedebat, quod hæc inſula nauigaturis in Italiam vel Siciliā oportunè ad trajectum ſita eſſe videbatur.

Hoc conſilio Athenienſes in ſocietatem receperunt Cor-

cyræos,& paulò poſt cum diſceſſiſſent Corinthij, decem naues ipſis auxilio miſerunt: Interdixerunt autem eis, ne dimicarent cum Corinthijs, niſi ad Corcyram, vel ad aliquod oppidum Corcyrenſium nauigarent, atque ibi in terram deſcenderent, hoc autem ſi facerent, vt quantum poſſent prohiberent; id ob eam cauſſam faciebant, ne priora fœdera violarentur. *videatur Thucyd d lib. 1 fol. 39 & ſeqq.*

Porrò de vicinorum commoditate & incommidate, vide quæ tradit *Waremund. ab Ehrenberg, de fœder. c. 2. n. 127. in fine, & Gail. 2. obſ. 69. n. 20.*

DISCVRSVS. XIX.

DE CONSILIIS ANTE PVGNAM, ET INuocatione Diuina; vbi de ſignis magna bella præcedentibus.

QVamuis multa ſint ad rem bellicam neceſſaria, nihil tamen æq; ac conſilium valere putandum eſt: idq; non ſolum publico omnium conſenſu, ſed ipſa experientia, quę rerum eſt omnium magiſtra, compertum habemus; equi, arma, opes, fortuna deniq; ipſa, quæ in bellicis rebus plurimum poſſe exiſtimantur, niſi bono cōſilio dirigantur, tanquam fluxa & caduca euaneſcunt, ſæpeq; illis, qui eis vti neſciunt, perniciem afferre ſolent. *Ioan Magnus lib. 4. hiſtor. Goth c 20.* In die illa *inquit Sacer textus,* ceciderunt Sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exeunt in prœlium. *lib 1. Machab. c 5.* 1 Conſilia plurimū in bello valent.

Vnde non immeritò Stoici conſilium definientes, dixerunt eſſe ſcientiam inſpiciendi, quæ & quomodo ſe quiſpiam gerens, benè & vtiliter agat. Item Ariſtoteles, eſſe aliquid agēdi, aut non agendi excogitatā rationē aſſeruit. *Patric. l. 6. tit. 8 ſub fin.* 2. Quid ſit conſiliū.

Non enim tam viribus, quam ingenio, tam robore corporum, quā ſagacitate animorum, quā prudentia & conſilijs ac ſtratagemate maxima bella confici ſolita, abundātiſſimè demonſtrat tota Romanor. & Græcorum hiſtoria, apud quos quicunq; fuerunt Imperatores optimi, & in bellis clariſſimi, ij ſemper ſapientiæ laude inſignes extitêre. Cui⁹ rei teſtes ſunt Gręcorū illi Themiſtocles, Epaminōdę, Phociōes, Thucydid:

honeſtiora ſint, ſed etiam quod obſeruatori ſuo beatitudinẽ, rem ſcilicet omnium pretioſiſſimã & deſideriosiſſimam promittant. Modo tamen, præter ſincerum amiſſæ poteſtatis, ſtatuumq; recuperandorum deſiderium, non aliæ quoq; expeditionis cauſæ concurrant.

13 De fœdere inter Pontifices & Venetos cõtra Turcas inito.

Quemadmodum de eo fœdere, quod inter Paulum III. & poſtea Pium V. Pontificem, Regem Catholicum, & Venetos contra Turcas ictum fuerat, non nihil innuere videtur *Boterus*, (ſi eidem fidem attribuere libet,) Qui etſi inquit, initio coniunctis viribus multas magnaſq; res geſſiſſent, & inprimis memorabilem illam naualem ad Naupactum victoriam, ſumma cum laude & Chriſtianorum omnium applauſu reportaſſent, tamen mox ſubſtiterunt, & quod non par omnium vtilitas ageretur, diuerſas in partes abierunt &c.

14. Duobus modis vtile fœdus contra Turcas fieri poſſe

Quare (mox ſubiungens ait) duobus tantum modis fœdus, cuius quidem operæ pretium futurum ſit, contra Turcas fieri poſſe exiſtimo. Vno, ſi omnes Principes, Turcarum Imperio confines, eodem tempore ac ſimul expeditione ſuſcepta, quiſque proxima ſibi, non limitatis, ſed omnibus quantas, quantas contrahere poſſunt, viribus inuadant, atq; oppugnet. Altero, eoque multo generoſiori, vt complures Principes nihil aliud, quam Dei honorem & Eccleſiæ exaltationem ſpectantes, ſimul, vel in vno, vel diuerſis locis, Turcis arma inferant: vti olim Heroicis illis temporibus factum fuit, quando multi Germaniæ, Belgij, Franciæ, & Italiæ Principes (abſq; Imperatorum vel Regum auxilio) partim venditis, partim oppignoratis ſuis ditionibus, maximos exercitus, vt in quibus vltra quater centum hominum millia fuiſſe dicuntur, contraxerũt, & victis ad Niceam Turcis, ad Antiochum Perſis, ad Hieroſolymas Saracenis, vniuerſam Terram ſanctam ſeu Palæſtinam recuperarunt, ac totum Orientem terrore compleuerunt. *In tractatu ſuo De mod. opt. adm. imperii. lib. 8. c. 13.*

Porrò tam auxilium petenti, quam ferenti, quam plurima conſideranda erunt: cum enim potentioris ſubſidium, plerumque ex eo ſit ſuſpectum, ne ſcilicet dum amicum iuuare ſimulat, eum ipſum *per ſupra dicta*, ſubiuget; quocirca ſequẽtes regulæ maxime obſeruari ſolent.

15. Petens auxilium quæ obſeruanda habeat.

Prima eſt, vbi alienis auxilijs carere non poſſumus, vt eum in ſocietatem vel ſubſidium vocemus, qui vires & ner-

uos habeat, quibus cœptum iam bellum finire poſſimus: ſiuè ille ſit, qui proximè nobis vicinus eſt, (amici enim non ſunt amici, ſecundum prouerbium, qui habitant procul. *Eraſ. in adag.* & illud Italorum. *L'acqua lontana, non ſpegne fuoco vicino. Herod. lib. 6.* ſiuè qui clauſtra & aditus noſtræ regionis tenet, vel etiam qui nobis in bello alijs modis plurimum prodeſſe poterit. Quod enim niſi obſeruetur, in medijs ſæpè periculis, à ſocio deſtituti, hoſti magis tunc, quam antè implacabili, quaſi nudi & inermes exponimur. Vnde Plato ex puteo propè exhauſto, aquam petendam eſſe negauit: ſiquidem huiuſmodi impotentiores, ipſimet opus habeant auxilio. *Ribadeneira & Oranus de Principe Chriſt. lib. 2. c. 13 ad fin.*

Deinde conſiderandum, quid potiſſimum ſocios tuos ad auxilia ferenda, tuane ſolius commoditas (vbi dolus ſæpè & inſidiæ latitare ſolent) an verò metus quidam, & vicinitas cōmunium periculorum, impellat. 16.

Tertiò, ne ſiuè tua ſolius, aut etiam communi cauſa ſubſidia dentur (vt ſæpè inſinuatum eſt) tuis militaribus copijs maiora & ſuperiora ſint, tuiſq; viribus præualere poſſint. *Liuius lib. 25.* 17.

Quartò, ne copiç auxiliares in vrbibus aut præſidijs collocentur; ſed ſtatim aduerſus hoſtes ducantur, cum vt aduentus eorum hoſti terrorem incutiat, tum ne per otium quieta in noſtro ſolo turbent, animumque ad res noſtras intendant: In quo Athenienſes olim grauiſſimè peccantes, Antipatro, Caſſandro, & dein Ptolomæo, ac Demetrio præcipuas arces, fruſtra diſſuadente Demoſthene, magno ſuorum incommodo tradiderunt. 18.

Quintò, & Romanis imprimis quidem curæ fuit, cum auxilijs vterentur, vt eædem ex ſocijs ciuitatibus finitimis aut externis, ſub diſciplina Romana, & ſub Romanorum Ducum Imperio continerent: Nam ferè ſemper externæ gentes, in bellorum ſocietates, præſertim inteſtinorum, adſcitæ, pulſis poſtea ſucceſſoribus, ipſi ſedes occuparunt. 19.

Sextò, vt auxiliares populi, ſtatim confecto bello, ad ſuos honeſto cum præmio à nobis dimittantur. *Thucyd. lib. 3.* 20.

Septimò cauendum, ne auxilio vtaris eorum, qui antea tibi infenſi hoſtes, aut qui æmuli tuæ potentiæ & ſucceſſus erant. Quod acutè innuit *Boccalin. c. 18. nel Pietra del Paragone.* 21.

de Sigiſmundo Battori agens, quem nimis ſerò linguam latinam didiciſſe refert. Facilè enim ſibi interitum accelerat, qui aliena auxilia efflagitando, virium ſuarum imbecillitatem, etiam apud auxiliatores, qui ſemper ferè pro redhoſtimento ex clientibus ſubditos facere ſolent, ſuſpectam reddit. Teſtatur id Hungariæ Regina Iſabella, quæ ſe cum Rege Iohanne, contra Ferdinandum Auſtriacum Regem Romanorũ, Solymanni Turcici Imperatoris protectioni, magno ſuo, regniq́ue malo ſubjecit. Idem experti ſunt Græci, Perſæ, Tartari, Georgiani, alijq; ſub protectione Turcarum Tyranni ex Clientibus ſubditi facti. Nec alia ratione Romani, quam per cuniculos protectitios, ad tantum faſtigium aſcenderunt; id quod Latini, ſed ſerò nimis, olfacere tandem inceperunt. *D. Lindenſp. de arc. Imp. mon. c. 3 fol. 74.*

22. Denique, vt ab ijs ſubſidium petatur, qui ſinceri ac fideles, nec te longiori auxiliorum exſpectatione deludere ſolent: exiguum enim auxiliũ tempeſtiuè adductum (*vt Hiſpani dicunt*) plus prodeſſe multò maiore, quod aduenit, demum clade accepta. *Mas vale el mediano ſocorro, que ſe embia con tiempo, que el muy complido, ſi al lega tarde. Gueuar. in M Aurelio, c. 22 fol. 83.* Iuxta illud Germanorũ. **Es iſt beſſer ein Nachbar an der Wand / als ein groſer Freundt vber Landt.** ex *Petro Regemortero ſerm. polit. fol. 86. D. Beſold. de fœder. c. 8. n. 4.*

23. Dans auxilium ad quid aduertere debeat.

Viciſſim ii, qui alijs ſuppetias ferunt, ſequentia benè notanda habent: Ne ſcilicet primò omnium ſtatim quærelas accipiant, ſeq; immiſceant, cuius rei egregium de Iouiano Romanorum Imperatore exemplum refert *Nicephorus*: cum enim ſollicitaretur, vt reſponſum daret Macedonijs auxilium petentibus. Odi reſpondit, omne contentionis genus, concordiam autem vnicè amplector & amo. *In Eccleſ. hiſt. lib 10 c. 40.* Secus tamen, vbi ipſorum res quoq; ageretur, aut ex fœdere alteri auxilia præſtare tenerentur, aut jam dudum belli cum altero occaſionẽ quæſiuiſſent. Hinc *Thucyd. lib. 6.* Extranei, inquit auxilium ſocietatemq́; à nobis petentes, vt plurimum de ſe, ſuis opibus, ſuaq́; potentia, & fide ſtrenuè mẽtiuntur: Itaq; niſi prius res eorum, à nobis fuerint exploratæ, ijs non eſt credendũ.

24. Auxiliatores ſolent demum à victore perſequi.

Atq; huius rei ratio in promptu quidem eſt, quandoq; ijs æque, qui hoſtibus noſtris auxilium ferunt, quam qui bellum nobiſcum gerunt, iraſcamur, cuius procella nonnunquã magis in auxiliatorem, quam in auctorem incumbere ſoleat. Sic enim cum Babylonijs Crœſus Lydiæ Rex, contra Cyrum in

auxilium veniſſet, Cyrum poſt victoriam, compoſitis in Babylonia rebus, bellum in Lydiam tranſtuliſſe: Eodemq; modo Darium cognito, quod Athenienſes Ionijs auxilium contra ſe tuliſſent, omnem impetum belli in eos conuertiſſe, author eſt *Iuſtin. lib. 1 & 2.* Sic quoque Guſtauus Adolphus Sueciæ Rex, cladibus ſuis à Sigiſmundo Polonorum Rege, virtute Germanici roboris eidem, ab Imp. Ferdinando II. ad viginti armorum millia in ſubſidium miſſi, ſæpius acceptis, valdè irritatus, ab hoſtibus in auxiliatores, à Polonis in Germanos, à Sigiſmundo Rege in Imperatorem & Imperium odium vertit. *Waſſenberg. de bello Suecico. fol. 248.*

Secundo fœdus contracturi, aut alijs auxilium laturi, diligenter conſiderare debent, cur, & in quem finem illud fieri poſſit. Si ideò tantum, vt contra aliorum iniurias tuti ſint, cõſultum erit. Initijs enim vicinæ potentiæ, nimium ac manifeſtè creſcentis, à vicinis maturè occurrendum, & ſyncretiſſino reſiſtendum eſſe, ne vires illius adeò creſcant, vt ſi libuerit, vicinium opprimere poſſit, tenuit *Amirat. lib. 20. diſc. 11. ex Polybio lib 1. & 2.* At ſi ad alium inuadendum, eiuſque exuuias inter ſe diuidendas: citius fruſtratos ſe, quam voto potitos videbunt; niſi tenues alterius ſint vires, aut nouum, aut nondum firmatum, vel perturbatum habeat imperium. *Marnix. ſect. 6 reſol. 3.* 25.

Cæterum num fœdus cum infidelibus facere permiſſum ſit, ambiguæ quæſtionis eſt: Negantium tamen ſententia (niſi abſque Eccleſiæ, vel Orbis Chriſtiani, detrimento fieret) probabilior, & quidem communior videtur: de qua, pro vtraque opinione ex profeſſo diſputantes, videantur: *Arumæ. ad Aur. Bull. diſc. 6. th. 7. Cacheran. diſp. ſingulari, quæ iuncta eſt deciſionib. Pedemont. eiuſd. Gentill. lib 3. de bello. c. 17 benè Marq de Suſanis tract. de Iudæis p. 1. c. 6. n. 4. & Zinan. de optimè imperandi rat. lib. 12. c. 5. fol. m. 802 Schönborn. lib. 6. c. 36 fusè D. Beſold. de fœder. c. 4. & D. Lindenſpin. tract. de arcanis. c. 4. fol. m. 126 & ſeqq.* 26. Num fœdus cum infidelibus faciendum.

Magna ſanè cautio adhibenda eſt, ſi duo ſint æquales viribus Monarchæ, qui inter ſe armis contendant, qualiter cæteri minores Principes, cum hoc vel altero fœderis ſe nexu, ritè & vtiliter coniungere poſſint, & debeant. Hinc eſt quod vnam eandemque Rempubl. modo his, mox alijs confœderatam experiamur, pro vt rerum ſtatus ſuadere, atque exigere videtur. 27 Cum quo ex pluribus ſit fœdus faciẽdum.

Et hoc modo iam olim, bello inter Romanos & Perſeum

Magna arte hac in re opꝰ eſſe.

Macedoniæ Regem geſto, vicini populi vehementer dubitarunt, vtris ſe ſe adjungerent: Tandem optima & prudentiſſima pars, *inquit Liuius*, ſi vtiq; optio Domini potioris videretur, ſub Romanis, quam Rege malebat eſſe; ſi liberum inde arbitrium fortunæ eſſet, neutram partem volebant potentiorem altera oppreſſa fieri, ſed illibatis potius viribus vtriuſq; partis, pacem ex eo manere. Ita inter vtroſq; optimam conditionē ciuitatis fore, protegente altero ſemper inopem ab alterius iniuria. *lib. 42. Marnix d ſect. 6. reſ. 2. Melch Iun quæſt polit. 74. §. quarto ſocietates.* Atque hac ſuper re, *Anonymus ille Gallus, Tractatum ſuum de l'intereſt des Princes, &c.* pſeudopoliticè tamen magis, fundare videtur.

29. *De perfectis fœderibus.*

Verum qui perfecta fœdera ſancire cupit, ſciat ea ita ad vnam voluntatem ſolam reducenda eſſe, ac ſi Imperium vnū, illudq; ſolum eſſet: vt nimirum nullus inter confœderatos Principes ſit, qui vel minimū intereſſe à publico ſeparatum habeat. Hoc enim non ſolum omne fœdus, ſed omnem etiam amicitiam frangere, & contrarias confœderationes cauſare ſolet. Sicut etiam publicum ab honeſtate nunquam ſeiungi debet: honeſtas enim indiſſolubilis ille nodus eſt, qui fœdera inſeparabiliter ſtringit, ſub cuius etiam prætextu, nonnulla alterius quandoq; negotij fundamenta, cooperiri poſſunt. Perſæ enim animo aperiendi viam ad Græciæ acquiſitionem, fœdus cum Spartanis inibant, idque ſub ſpecie, ac ſi ipſis contra hoſtes ſuos Athenienſes ſuppetias laturi eſſent: Et firmum quidem hoc fœdus manebat, quamdiu hæc facti honeſti ſpecies à Perſis vafrè fingeretur: At nimis ſtolidè animi ſenſa patefacientes, non ex tam honeſta ratione, ſed potius ex priuato commodo, vt nempè Imperium ſuprà fines ita ampliarent, vt & Græciæ dominarentur, ſe amicos contra inimicos adiuuare, quo ſic vtraque pars ſubijceretur, fœdus Spartani confeſtim renuntiauêre, ac aliud contra ipſos machinati ſunt.

30. *Germania olim Vaſallis abūdabat.*

Porrò, quandoquidem Imperatoris olim ac Principum Germanorum potentia in Vaſallorum multitudine conſtiterit, indeque tam multa feuda conſtituta fuerint, vt nil ferè ſibi retinerent; idcircò nec externo milite, neque admodum locuplete ærario, opus habebant. Qualiter & hodie in Gallia Nobiles à muneribus ideo excepti, vt pro ſuis bonis Regi perſonaliter ſeruiant, & ſuis ſtipennijs mereantur. *Lucas de Penna in l. ult. C. de fund. limitro. lib. 11. Iac. de S Georgio de Homagio, n. 41.*

Quemadmodum iam Turciæ Imperatorem, ex ſolis Ti-

marijs

marijs homines ad tercentum millia ſibi obſtrictos, atq; obligatos habere, vt quoties ipſi libuerit, & quò terrarum eos ire juſſerit, in bellū proprijs expenſis proficiſcantur, tradit *Lazar Soranzius in Ottoman. c. 47* Quod & teſtatur Venetus quidam in Græcia Conſul, qui ait: *Nell' acquiſto, che fece gl' Ottomani del Stato ſuo, s' impatronirono, non ſolo di tutto il diretto, mà in gran parte ancora dell' vtile de terreni, & queſti diſtribui poi à Soldati, in vita loro per ſtipendio; di modo, che ſenz' altra ſpeſa del dinaro Publico, mantiene quel Signore vn numero coſi grande di Caualli, che à pagarli con dinari, non baſtariano quindici millioni d' oro l' anno. &c. Theſoro Politico p. 1. relat. di Conſtantinop. fol. 216. & ſeq.* Sed poſteaquam hodiè voluntario conductitioq; milite in Germania bella gerantur, Vaſallorumq; ſeruitia varijs limitationibus reſtringantur, vnde & noua rarius feuda concedere; ærarioq;, quod ſtipendia in caſu neceſſitatis ſuppeditet, locupletiori opus eſſe videmus.

Accommodaram deniq; ad hanc materiam de jure quæſtionem mouet *D. Martin. Magerus in ſuo tractatu de Aduocat. armata, c. 12. n. 251.* Vt ſi Vaſallus habeat plura & diuerſa feuda, à duobus vel pluribus, & diuerſis Dominis, qui duo Domini ſibi mutua moueant bella, & vterq; Dominus Vaſallum, vt ſibi ſeruitium opemque vaſalliticam exhibeat, requirere contingat, cui teneatur ſuccurrere? 31. Vaſallus, cui ex Dominis ſuis auxilium ferre teneatur.

Et communiter ait tenere Feudiſtas, quod de rigore juris eum (ſummo tamen Principe abſque dubio ſemper excepto) juuare debeat, cui primo fecit fidelitatem. *per tex. expreſſ. in c. Imperialem. §. illud quoq. & ibi Beluiſ. Iſernia. n. 61 Rauen. Afflict. n. 8. Frid. Schenck n. 3. & omnes. De probibit. Feud alienat per Frid. Snedvv. de feud. p. 5 n. 96. Schrad. p. 6. c. 6 n. 20.* 32. Vbi hanc ſententiam communiter approbatam, & veriſſimā eſſe refert: adeò vt poſteriorem Dominum licitè, in ſeruitio antiquioris ſui Domini, offendere queat, neque ab eo propterea feudo priuari poſſit. *per tex. manifeſt. in c. contra omnes. Hic finit Lex.* Cum enim lege permittente & jubente hoc fiat, ideoq; pœnam non meretur, *arg. L. Gracchus, C. ad l. Iuliam de adult.*

Imò poſſe antiquiorem Dominum iuuare contra poſteriorem, &c. iiſdē verbis refert. *Afflict. in d. §. illud quoq. n. 8. Piſtor quaſt. 47. n. 36 p. 2. lib. 4.* 33. E contra autem, ſi relicto primo Domino aſſiſtat ſecundo, feudum quod ab illo tenebat, amittere, eſt communis Feudiſtarum ſententia. *in d. c. Imperialem. §. fin. & d. § illud quoq.* Siquidem in omni juramento prior ſeu antiquior Dominus excipi debeat, *per tex. in d. c. contra omnes. videatur quoq. Roſenth. de feud. c. 8.*

concl. 16.

concl 16. n 6. Et primò Domino Vaſallus iurauerit fidelitatem, quæ fidelitas extenditur contra omnes homines, etiam poſteriores Dominos. *per not. in c. vlt. hic finit. lex: & c 1. De nou. for. n fidelit. vtrobiq; Dd. ordinarie.*

34. Quod ſi verò inter duos Dominos ab eodem Vaſallo vno tempore ſeruitium requirentes, ignoretur, vter ſit antiquior, ei, qui primò ſeruitium requiſiuit à Vaſallo, præſtandum eſſe. *Ant. de Iſernia. in c 1 §. omnes filii n. 5 ibiq; Balzar n 11, Si de feud defunc, content. Affl. c 1 n 25 Quib. mod feud. amit. Schrad. p. 6. c 6. n. 19* & plures ſequendo congerunt. *Roſenth c 8 concl 16. n 10 lit. K. Andr Khol. de ſeruit. Feud. p 2 n. 10.*

Plura de fœderibus, quid nempè circa ea, tempore pacis obſeruandum ſit. vide *inf. lib. 2 Diſcurſu. 22. De ſocietate.*

DISCVRSVS. XIIX.

DE VICINIS, TEMPORE BELLI, IN gratia conſeruandis.

1. *Dum Vicini bella gerunt, cautè ſibi vigilandum.* EX prædictis itaq;, nihil magis ad pacem & ſalutẽ Imperij afferendam, & extra periculum conſtituendam, neceſſarium eſt, quàm dum vicini bellum gerunt, cuſtodiæ quàm diligentiſſimè intẽtum eſſe, omnibus modis ſecuritati ſuæ proſpicere. Fieri enim plerumq; ſolet, vt compoſita inter eos, qui bellum geſſerunt, pace, tempeſtas omnis ac procella deindè in vicinos incumbat. Vndè *Tacit. lib 12 annal.* Vicinis prælio & bello inter ſe certantibus vicina, inquit, vtriſque loca, valido, paratoque ſubſidio firmanda ſunt, ne victoria elatus vicinus, noſtram quoque partem turbet.

2. Poſt pacem inter Carolum II. Neapolis, & Fridericum Aragoniæ reges factam, è Sicilia & Apulia circiter 20. triremes, partim Catalaunicæ, partim Italicæ, quæ ſub Regibus illis ſtipendia fecerant, Ducem ſibi Rogerium, quendam Templarium Equitem crearunt, & tàm Macedoniæ, quàm vniuerſæ Græciæ oras littorales depopulati, inaudita damna paſſim dedêre: adeò vt tandem etiam, creſcente ſubindè ad prædam accurrentium numero, Archipelagi inſulas, imò nonnullas terræ firmæ ciuitates aggredi, & infinitam ſpoliorum ex omnibus gentibus vim colligere non dubitârint, donec tandem oc-

ciſo Athenarum Duce,totam illam ditionem ſuo ſubjecerint imperio. *Boter. c.16.d.lib.6.*

Vnde etiam Princeps potentior, qui armis victoriam perſequitur, â populis etiam, victo populo vicinis, (exemplo Afrorum & Barcæorum, Cambyſem ſibi conciliantium,) deliniendus & conciliandus eſt. *Herod.lib.3.* 3. Victor à Vicinis conciliādus eſt.

Pro notabili verò cautela obſeruari ſolet, vt quilibet Princeps illum, qui apud vicinum ſuum plurimum authoritate vel prudentia poteſt, vel quem timere ſolet, omni modo ſibi concilier, per quem non ſolum eius Principis conſilia ſibi facilè detegantur, verum etiam ſiniſtræ opiniones & hoſtiles conatus auertantur, mutuaque Principum amicitia foueatur, & conſeruetur, ac in caſu neceſſitatis ad mutua auxilia commoueatur: quod ordinariè per illuſtres Legatos, aut etiam per Agentes ſiue Reſidentes fieri ſolere, pluribus docet *Comin. cap. 47 61. & 62. Frid. Marſelaër lib. 1. de Legat. diſſert. 2. fol. 6. D. Beſold. p. m. de arcan. rerumpl. c. 1 n 9.* Atque hoc modo, bonum ſibi vicinum retinere, & ipſe abſque formidine & periculo Rempublicam conſeruare, ac in pace tranquillè viuere poteſt. *Tener los Reyes cuydado de lo de fuera, parte de la ſalud politica, como el ayre ambiente de la corporal. Ant. Perez aphoris. Latin. 4.* 4. Modus vicinum in gratia conſeruandi.

Rarò enim vicinos concordes inuenire licet. Sic Romani Carthaginenſes, Spartani Meſſenos vicinos ſuos devorârũt. *Et Virgilius.* 5. Vicini rarò concordes.

Mantua heu miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Vnde Germanis priſcis vicinitas maximè exoſa fuit, hoc enim proprium virtutis exiſtimabant, expulſos agros finitimis cedere, neq; quenquam propè ſe audere conſiſtere, ſimul hoc ſe fore tutiores arbitrabantur, repentinæ incurſionis timore ſublato. *Cæſar. lib. 6. de bello Gall. fol. 162.*

Vt autem firmior inter vicinos conſeruetur amicitia, Princeps ſemper ob oculos, capitulationes & tractatus cũ vicino initos, ne vel latum vnguẽ ab ijs ſecedere videatur, habere debet. Quod ipſi denegare non poterit, offerat antequã petet; Si opus habet auxilio, etiam non imploranti mittat, & iuſtitiam armorũ atq; auxilij, apud alios exponat: Nihil enim maiorẽ fiduciã inter vicinos excitare poteſt, quã proſpecta de vicinis periculis ſollicitudo, opiſq; vltronea oblatio. Peteti difficiliora, nec condeſcendendũ, nec denegandũ eſt rogatũ, quin promittẽda reſponſio p legationẽ aliquã, & videndũ, vt maiori be- 6. Modus conſeruandi amicitiam

cio pallietur id, quod, vt petitum, præſtitum non fuit: ne plus offendat neglectus petitionis, quàm nouum beneficium demereatur.

7. Ad parui autem præiudicij petitiones, præſertim viribus inæqualis, ne petentem offendat, ſtatim annuere debet: in quo peccarunt Florentini, qui Carolo VIII. Galliæ Regi, inuito Coſmo de Medicis, hoc ipſis diſſuadente, tranſitum primâ vice denegarunt.

8. Contra Princeps à Vicino, aliquid petiturus rationem ſuę dignitatis habere, nec nimium feſtinare debet: ex hoc enim conſtantiam propoſiti, & neceſſitatem rei petitæ videbunt, quâ & ipſum arctius obligatum iri, & commodum hinc ad ſe redundaturum eſſe, ſibi perſuaſum habebunt.

9. Illatam iniuriam ſurda aure prætereat, niſi magna ſit, quam ipſam tamen officialibus imputare, ipſe verò, ne minimum qudiem ſignum, quaſi offenſus eſſet, præ ſe ferre, ſed quibuſcunque modis id fieri poteſt, iram premere, ac prudentiâ obtegere debet; ne ex minima ſuſpitione, inimicis ſuis fœdere contra ipſum copulentur: cum recordatio injuriæ ſæpè fortius operetur in injuriante, quàm in iniuriato. Et inde quoq; â minis abſtinendum erit, ne ex impotentibus timidos, ex his verò efficiat deſperatos.

10. Quod ſi contingat, vt Legati aliorum arma contra Principem parantium, ſibi ſuſpecti fiant: leniter alij, alij rudius procedere, alij verò omnes, & amicorum, & inimicorum legatos dimittere, & poſt illos, amicorum nempè, reuocare ſolent. Carolus V. Imperat. cum animaduertiſſet Ligam, vt vocant, ſiuè fœdus contra ſeſe factum, noluit dimittere Legatos Regum Galliæ, & Angliæ, aut Venetos & Florentinos, ſed additâ cuſtodiâ, triginta milliarum ſpatio â Curia detinuit, cum inhibitione, ne cum ipſis verba fierent, aut ab ipſis expedirentur litteræ: Milanenſi, ne Curiam relinqueret, indixit; cum Anglo verò nihil innouauit.

11. Quod ſi Victor & Victus á Tertio quodam auxilium petere cõtingat.

Nec per hoc læditur Ius Gentium, ſi quandoque Legati reijciantur; cum reijci â ſocijs, ab amicis, â fœderatis, belli quædam ſit denuntiatio. *ex Petr. Ærod. rer. iudicat. lib. 10. tit. 15. c. 1. refert D. Lindenſpir. De arcan. Imp. c. 5. fol. 141.*

Verum cũ non ſolũ ſtatim ab initio belli Princeps cũ potentioribus fœdera pangere, ſed etiã poſtquã cladem accepit, ſe

recolligere

recolligere, ad nouam pugnam præparare, vndiq; auxilia & ſocietatem quærere ſoleat, ideoq; tam victorem, de eiuſmodi fœderibus & ſubſidijs, quo magis in tuto ſit, æque ſibi prouidere, quam etiam apud tertium, hoſti itidem ſuo commune amicum, quandoque ſocietatem ambire, compellat. Tunc certè qualiter in re adeò periculoſa, tàm vterq; auxilium ambiens, quam etiam requiſitus, in annuendo erga vtrumque ſe gerere debeat, egregio exemplo de Corcyrenſium & Corinthiorum legatis, fœdus, ſocietatem, auxiliumq; ab Athenienſibus eodem tempore graui quidē, ſed contrario orationis genere poſtulantibus, inſinuauit *Thucyd.* Vbi Corcyrenſes orationem ſuam primùm exorſi,

Facilius, *inquiunt* petere eſt defenſionem ab illis, qui antea beneficium acceperunt, aut cum quibus eſt vetus ſocietas; ſed hæc vbi deſunt, oſtendendum eſt ſocietatem fore vtilem ijs, à quibus defenſio petitur, aut certè non damnoſam: Deindè defenſos etiam firmam gratiam habituros eſſe. Hæc ſi quis non demonſtret, non grauiter ferat, ſi nihil impetret. Sic igitur miſerunt nos Corcyræi ad petendam ſocietatem, vt conſiderent hæc quoque ſe vobis declaraturos eſſe. 12 Oratio Corcyrēſium.

Quod autem hactenus nulla nobis ſocietas fuit cum alijs, hunc noſtrum errorem vobis nunc prodeſſe, & nobis nocere animaduertimus. Nam ſine ſocijs bellum à Corinthijs illatum ſuſtinere non poſſumus, Iamque accidit, vt quod antea videbatur eſſe prudentiæ, nolle implicari periculis alieno arbitrio, id ſtultè cogitatum fuiſſe, & attuliſſe infirmitatē appareat. Etſi autem ſoli Corinthios prælio nauali repreſſimus, tamen cum nunc maiori apparatu bellum gerant, accerſitis auxilijs, & nos ſoli eis pares eſſe non poſſimus, & ſeruitus periculoſa ſit, nos quoque ſocios quærimus. Venia autem nobis danda eſt, quod nunc demum auxilia poſcimus, quia antea non prauitate, ſed errore fœdera neglexímus, vobis autem hoc fœdus honeſtum erit multis modis. 13

Primum quia defendetis injuriâ affectos, non facientes injuriam, Deinde quia nos perpetuò memores erimus huius beneficij. Et cum habeamus claſſem maximam poſt veſtrā, conſiderate quam ſit vtilis coniunctio. Magna felicitas erit & hoſtibus ingrata, ſi potentia vobis vltrò accedet ſine veſtro periculo & ſumptu, quam vos magnæ pecuniæ & gratiæ loco æſtimatis: Et hæc acceſſio vobis gloriam & vires au- 14. Quod hoc fœd9 honeſtū ſit.

get, apud nos verò, quibus opem fertis, gratiam; quæ omnia paucis ſimul contigerunt, paucique fuerunt, qui ſocietatem petentes, non minus darent præſidij & ornamenti, quam accipiebant.

15. Si quis autem exiſtimat bellum, in quo vobis vſui eſſe poterimus, non impendere, is errat, nec videt Lacedæmonios metu veſtræ potentiæ, res nouas moliri, & Corinthios per ſe ſe validos & vobis inimicos hoc agere, cum nos inuadunt, vt vos antevertant, ne coniungamur, neue alterutra ſpe fruſtrentur, aut nocendi nobis, aut ſeſe corroborandi. Veſtrum igitur erit anteuertere, ac facere ſocietatem nobis petentibus, & illis potius terrori eſſe, quam poſtea auxilia quærere illato terrore.

16. Si autem dicunt injuſtum eſſe recipere alienas colonias, hoc conſiderent, coloniam ita Metropoli honorem debere, ſi non afficiatur iniuria, ſed injurijs alienatur. Deducuntur enim coloni, non vt opprimantur ſeruitute, ſed vt pares ſint prioribus ciuibus. Quod autem nos iniuria affecerunt, manifeſtum eſt: Quare cum ad judicium prouocaremus, illi armis certare voluerunt, qua ex re conjecturam facite, cum tales fuerunt erga nos cognatos, ne decipi vos ſinatis, cum hortabuntur, ne nobis opitulemini. Tutiſſimus eſt enim, qui minimum gratificatur hoſtibus.

17. Nec violabitis fœdus, quod cum Lacedæmonijs factum eſt, ſi nos recipietis, qui neutrorum ſocij ſumus. Expreſſè enim in fœdere dictum eſt, ſi qua Græcarum ciuitatum nondum ſit ſocia, licere ei ad vtroslibet tranſire. Et indignum eſſet, ſi illis licet ex ſocialibus ciuitatibus, & ex reliqua Græcia, & ex veſtris ſubditis naues armare, vobis oblatam ſocietatem, & alias vtilitates interdicere, & vobis tanquam crimẽ obijcere, ſi nobis adſentiemini. At contra iuſtius eſſet, vos à nobis accuſari. Non enim reprimetis inimicos veſtros, ſed ſinetis eos creſcere ex veſtra regione, quod iniuſtum eſt. Rectius autem eſt prohibere, ne apud vos conducant milites, ac potius nobis mittere facta palam ſocietate.

18. Et vtile. Vtilitates verò multæ ſunt in hac re: ſicut initiò monuimus, quarum præcipua eſt, communes inimici ſunt vobis & nobis, & validi ad nocendum reſiſtentibus. Cumque vobis afferatur ſocia claſſis, non potentia mediterranea, nõn ſimilis cauſa eſt negligendi tales ſocios. Nam ſi fieri poſſet, vobis

perficiendum erat, ne ciuitas vlla alia claſſem haberet, ſed cum hoc fieri non poſſit, proximum eſt, vt vobis adiungatis ſocios, qui maximè valent claſſe. Si quis autem exiſtimat, hæc de vtilitate rectè dici, ſed metuit, ne fœdera diſſoluantur, is hoc conſideret, quod diffidere fœderi magis terrebit inimicos.

Contra verò ſine metu eſſe & confidere fœderibus, nec recipere alios ſocios, infirmitas eſt contra potentiores, & inimicos metu liberat. Neque verò ſolum de Corcyra, ſed de ipſis etiam Athenis iam deliberatio eſt. Errat enim ſi quis non cogitans de bello non futuro, ſed moto iam, dubitat recipere ſocios, qui & prodeſſe adiuncti plurimum poſſint, & coniuncti cum hoſtibus nocere. 19.

Sita enim eſt Corcyra oportunè ad traiectum in Italiam & Siciliam, vt tranſuectionem exercituum inde in Peloponneſum, aut ex eo Peloponneſo impedire poſſit, & ad alias vtilitates opportuna. Denique ex hac breui ſumma cognoſcere poteſtis, nos non deſerendos eſſe. Claſſes in Græcia tres ſunt magni faciendæ, veſtra, noſtra, & Corinthia. Iam ſi duas coniungi ſinetis, & Corinthij potientur noſtra claſſe, difficilius vobis certamen erit cum duobus. Si verò nos receperitis in ſocietatem, veſtra contra illos potentia maior erit. 20

Talia Corcyræi dixerunt, poſt quos Corinthij in hunc modum locuti ſunt.

Cum Corcyræi non hoc vnum egerint, vt à vobis reciperentur, ſed nos etiam accuſauerint, & nos iniuſtè bellum mouiſſe, & ſe iniuria affici queſti ſint, neceſſe eſt, nos de hac accuſatione primum dicere, & deinde ad reliquam orationem accedere, vt & noſtram petitionem rectius cognoſcatis, & commoda quæ illi oſtendunt, non ſine ratione repudietis. 21. Oratio Corinthiorum.

Aiunt modeſtiæ cauſa ſe nullam ſocietatem cum alijs feciſſe. Id verò ſeruarunt, vt impunè graſſari poſſent, non amore iuſtitiæ, cum nollent alios malefactorum teſtes habere, nec pudore affici, ſi vocatis ſocijs, res cognoſcerentur. Ac vrbis ſitus addit ijs animum, vt magis ipſi velint eſſe iudices, quam aliorum iudicia ſubire, quia ipſi non ſæpè ad alios nauigant, multos verò neceſſariò 22. Refutant primò Orationē Corcyræſium.

Hactenus oſtendimus nos acceſſiſſe juſtam cauſſam afferentes, iſtos verò injuſta violentia vti, nunc cognoſcite, cur vos non ſitis eos juſtè recepturi. Quod enim in fœdere ſcriptum eſt, poſſe nos adſcriptas ciuitates accedere ad vtros velint, id non ita intelligitur, licere ad aliorum confœderatorum perniciem quærere ſocietatem aliorum. Sed ſi qua indiget defenſione, quæ non defecit à prioribus ſocijs, & quæ recipientibus non affert bellum pro pace, id quod vobis accidet, ſi nos non audietis, quià non ſolum eſtis ſocij, ſed etiam pro fœderatis hoſtes eritis. Neceſſe eſt enim ſi arma feretis inter iſtos, vos reprimi cum eis. 26 Iniuſtum eſſe Corcyræſibus accedere.

Iuſtum autem eſſet, vos ab vtraq; parte abeſſe, aut ſi fieri non poſſet, nobiſcum arma ferre contra iſtos. 27 Quia cum Corinthijs vobis manifeſtum fœdus eſt, at cum illis ne inducię quidem vnquam vobis fuerunt. Nec ſitis noui exempli authores, vt recipiantur, qui ab alijs defecerunt. Nam nec nos recipimus Samios, cum à vobis defeciſſent, & palam contradiximus, cum diuerſæ eſſent ſententiæ Peloponneſiorum, an ipſis opitulandum eſſet. Cenſuimus vnum quemlibet jure poſſe punire eos, qui ab ipſo defeciſſent. Nam ſi receperitis inju ſtè deficientes, legem aduerſus vos ipſos feretis. Non pauciores enim à vobis ad nos accedent. Ac de jure ſatis iam dictum eſt.

Nunc petitionem addemus, in qua vos de referenda gratia admonebimus. 28 Iuſtū eſſe Corinthiis opē ferre. Hanc petimus non vt hoſtes contra vos, neque vt amici, vt veſtris auxilijs non debitis iuuemur, Sed vt debitum beneficium nobis reddatis. Nam cum aduerſus Æginetas ante bellum Medorum deeſſent vobis longæ naues, à Corinthijs viginti accepiſtis.

Hoc beneficium & alterum de Samo, cum impediuimus ne Peloponneſij eos defenderent, ita profuerunt vobis, vt & vinceretis Æginetas & Samios veſtro arbitrio coërceretis. 29.

Hæc fecimus tali veſtro tempore, quo homines tantum victoriam curant, cætera negligunt, & amicum ducunt, qui iuuat, etiamſi antea fuit hoſtis, & inimicum quiſq; auerſatur, etiamſi antea fuit amicus, & pertinacia præſenti incitati etiam domeſtica commoda negligunt.

Talia cogitare vos decet, & juniores à ſenioribus audiāt, vt iſtam nobis gratiam referatis, nec ita cogitate, nos quidem juſta dicere, ſed tempore belli alia eſſe vtilia.

cyræos, & paulò poſt cum diſceſſiſſent Corinthij, decem naues ipſis auxilio miſerunt: Interdixerunt autem eis, ne dimicarent cum Corinthijs, niſi ad Corcyram, vel ad aliquod oppidum Corcyrenſium nauigarent, atque ibi in terram deſcenderent, hoc autem ſi facerent, vt quantum poſſent prohiberent; id ob eam cauſſam faciebant, ne priora fœdera violarentur. *videatur Thucyd d lib. 1. fol. 39 & seqq.*

Porrò de vicinorum commoditate & incommidate, vide quæ tradit *Waremund ab Ehrenberg. de fœder. c. 2. n. 127. in fine. & Gail. 2. obſ. 69. n. 20.*

DISCVRSVS. XIX.

DE CONSILIIS ANTE PVGNAM, ET INuocatione Diuina; vbi de ſignis magna bella præcedentibus.

QVamuis multa ſint ad rem bellicam neceſſaria, nihil tamen æq; ac conſilium valere putandum eſt: idq; non ſolum publico omnium conſenſu, ſed ipſa experientia, quę rerum eſt omnium magiſtra compertum habemus; equi, arma, opes, fortuna deniq; ipſa, quæ in bellicis rebus plurimum poſſe exiſtimantur, niſi bono cõſilio dirigantur, tanquam fluxa & caduca euaneſcunt, ſæpeq; illis, qui eis vti neſciunt, perniciem afferre ſolent. *Ioan Magnus lib. 4. hiſtor. Goth c 20.* In die illa *inquit Sacer textus,* ceciderunt Sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exeunt in prœlium. *lib 1. Machab. c 5.* 1 Conſilia plurimũ in bello valent.

Vnde non immeritò Stoici conſilium definientes, dixerunt eſſe ſcientiam inſpiciendi, quæ & quomodo ſe quiſpiam gerens, benè & vtiliter agat. Item Ariſtoteles, eſſe aliquid agẽdi, aut non agendi excogitatã rationẽ aſſeruit. *Patric. l. 6. tit. 8 ſub fin.* 2. Quid ſit conſiliũ.

Non enim tam viribus, quam ingenio, tam robore corporum, quã ſagacitate animorum, quã prudentia & conſilijs ac ſtratagemate maxima bella confici ſolita, abundãtiſſimè demonſtrat tota Romanor. & Græcorum hiſtoria, apud quos quicunq; fuerunt Imperatores optimi, & in bellis clariſſimi, ij ſemper ſapientiæ laude inſignes extitêre. Cui⁹ rei teſtes ſunt Gręcorũ illi Themiſtocles, Epaminõdę, Phociões, Thucydid:

Xenophontes: Romanorum Scipiones, Fabij Maximi, Luculli, Taciti, Iulij Cæſares quorum alij viris doctiſſimis ita familiariter vſi ſunt, vt eos omnium ſuorum prælioruni, & expeditionum habuerint comites, eorumque potiſſimum conſilio res difficillimas ſuſceperint, & feliciſſimo quidem euentu confecerint: alij verò per ſe ſumma eruditionis laude præſtãtes, rerum à ſe geſtarum memoriam doctiſſimè mandârint literis, & fideliter tradiderint poſteris. *Keller. de offic. Iurid. polit. lib. 1. c. 1 pag. m 15.*

4. Conſiliarius belli ſit à metu liber.

Ergo viris prudentibus, militarium rerum peritis opus eſt, vt regni ſinr à conſilijs, cum alias, vt *ait Cic. lib. 1. Offic.* parua ſint foris arma, niſi conſilium domi ſit. In quo ſanè ante omnia deliberanres ab omni penirus pudore ac metu vacuos eſſe oportere, monuit *Beliſarius*. Siquidem nõ ſolum timor mentem quaſi agens atroniram, vtiliora decernere non ſinat; ſed pudor etiã, adumbratã ſæpè bonorum opinione cogitationem, in contrariam deducat ſenrentiam. *apud Procop. lib. 2. De bello Perſico.*

5. De qualitate conſilii bellici.

Et quamuis in omnibus deliberarionibus & conſulrationibus, tum maximè in bellicis ſaluberrimũ eſt, vt vnũ omnes ſentiant, neq; diſſenſione & pertinaciâ propriæ opinionis (quę plerumq; rem in ſummum diſcrimen deducere ſolent) bona conſilia corrumpãtur: vel etiam vbi alioqui per ſe tuta & ſalubria forent, morâ & nimiâ cunctatione, remeraria tandem atque infelicia efficiantur. Cuius rei documentum fuère Lanuuini, qui cum lentâ deliberatione tempus triuiſſent, Latinis victis, demum auxilium ferre cœperunt: Itaque cum portis egreſſus de clade Latinorum Milonius Prætor eorum audiuiſſet, dixiſſe fertur; pro paulula mora magnam mercedem Romanis eſſe ſoluendã: Nimirum nullus cunctationi locus eſt, in eo conſilio, quod non poteſt laudari niſi peractum, ne quorum tempus effugit, ea dum demum oprima videantur.

6. Celeritas conſulta neceſſaria eſt.

Celeritas enim conſulta in conficiendo neceſſaria eſt, anteuertit quippè impedimenta, hoſtem attonitum, ducemque mirabilem efficit, ſicut de Iulio Cæſare & Alexandro Magno, copioſè memorat *Richter axiom. 22. lib. 1.* Et de ſalute ex cõſilijs bellicis tempeſtiuè ſuſceptis, profectâ, diſcurrit *Amirat lib. 1. diſc. 90* De Petro item Caſtiliæ Rege, â fratre ipſius, per improuiſam aggreſſionem ſuperato larè, refert *Froſſard. vol. 1. c. 245.*

7. Conſilia in arcano habenda.

Summoperè tamen cauendũ eſt, vt huiuſmodi conſilia & propoſita noſtra, quã occultiſſimè habeãtur, nec priuſquã ad exitũ ſint producta, propalentur, ne aliàs contrarijs hoſtium

conſilijs

conſilijs præuenta, facilè in proprium noſtrum exitium finiã-tur. Dux etenim belli conſilia ſua ſecreta, nemini nec voce, aut vultu pandere, neceſſe habet: Quocirca Q. Metellium Pium, ad interrogationem cuiuſdam amiciſſimi, quid ita ſparſum & incertum militiæ genus ſequeretur, reſpondiſſe ferũt: abſiſte iſtud quærere, nam ſi huius conſilij mei interiorem tunicam, conſciam eſſe ſenſero, continuò eam cremari iubebo. *Valer. Max lib. 7 c. 4.*

8\. Igitur Dux bonus ad exemplum Caroli V. quid fieri velit, tractet cum multis, quid verò facturus ſit, cum pauciſſimis ijſq; fideliſſimis, vel potius ipſe ſecũ. Aut vbi prodita cognouerit, diſpoſitionem mutare non intermittat. *Veget lib. 3. c. vlt.*

9\. Hoſtium conſilia explorãda.

Hoſtium verò quantumuis longè abſentium conſilia ad amuſſim, ſi fieri poteſt, vel per occultas epiſtolas, vel per exploratores, proprios aut captiuos homines, indaganda erunt. *Xenoph l. 3.* Qua in re ſumam Hannibalis laudant induſtriã Hiſtorici, quem ſcilicet nihil eorum, quæ apud hoſtes agerētur, fallebat, tam perfugis multa ipſi indicantibus, quam per ſuos continuo explorando. *Liu. lib. 12.* Idq; etiam Scipionem, & cõplures alios factitaſſe, tradit *Frontin lib. 1 ſtratag. c. 2.*

10\. Cneus itidem Fabius, damnum, quod acceperat, excuſaturus, apud *d. Liu. lib. 26 inquit.* Non ſe inopia commeatus victum, non in loca iniqua incautè deductum, nõagmine inexplorato euntem inſidijs circumuentum. Cur hæc ais allegat? Quia, qui in acie publicà vincitur pugnã, licet ibi ars plurimum proſit, tamen ad defenſionem ſuam poteſt accuſare fortunam; qui verò ſuperuentus & ſubſeſſus inſidias paſſus eſt, culpam ſuam non poteſt excuſare, quia hoc euitare potuit, & per ſpeculatores antè cognoſcere.

11\. Quales exploratores mittendi.

Cum verò plurimum interſit, vt ad explorandas hoſtium res, idonei homines delegentur, quandoquidem ab hoc vno, non modo exercitus incolumitas & victoria, ſed ſalus etiam Principis ac Reipublicæ dependeat, & difficile vincatur, qui de ſuis & aduerſarij copijs judicare poteſt, igitur in ijs eligẽdis ſumma induſtria adhibenda erit. Et certè inter alios Exploratores, omnium optimos eſſe belli duces, & quidẽ nõ vulgares, ſed eos exiſtimant nonnulli, qui in noſtro exercitu magni nominis cũ eſſent, ex juſta cauſa transfugiſſe, vel per infortuniũ captos eſſe, ſimulant, licet nobiſcum colludant: tales etenim non ſolum hoſtium conſilia, ordinem, & vires perſpicere, ac

nobis renuntiare, ſed inſuper ea duntaxat conſilia noſtra hoſtibus, quibus eorum ſana & fortia impediantur cœpta, græco more referre poſſunt.

12 Quibus etiam accenſentur, qui extranei, nobiſq; palam nondum addicti, alieno, ideſt ſuorum Principum, nomine, ad hoſtes tendunt, vt in eorum caſtris, verſantes, nobis ſingula ſpeculari valeant. *Xenophon d. lib. 6.* Quam ob rem non inconſultum quibuſdam videtur, vt prætextu legationis res vicinorũ, eorumq;, quos ſibi hoſtes futuros ſuſpicantur (exemplo Romanorum apparatum Antiochi ſpeculantium) exploranda veniant. *Polyb. lib 3.*

Regulariter tamen pro ordinarijs exploratoribus, à Ducibus belli homines audaces, experti, exactiq; judicij, qui omnia etiam minima, apud hoſtem notare, & ſyncerè ac fideliter referre ſciant, eligi ſolent: ſed hac de re videatur *Marnix. reſol. 6. ſect. 8.* Item de modo examinandi captiuos, vt ſecreta prodat. *Ranzoui. lib. 2 c 4.* Et deniq; de vario epiſtolarum occultarum vſu, qui apud antiquos in more erat. *Schönbor polit. lib. 6 c. 28.* Quomodo res itidem, quæ apud Chriſtianos Principes geruntur, in notitiam Turcarum, & vice verſa ipſorum, in noſtram peruenire ſoleant. apud *Soranz. c. 60 & ſeqq.* ad quos D. Lectorem breuitatis cauſa remitto.

13. *Proditores odio habetur.* Cæterum, quamuis nonnulli etiam proditorum (qui ab exploratoribus valdè diſtinguuntur) operâ, vt ad intentionẽ ſuam eò citius peruenire poſſint, ex peruerſâ Machiauelli doctrinâ ſtrenuè vtantur: certum tamen eſt, quod huiuſmodi proditionis ſcelus, tanto ſemper apud cunctas ferè nationes odio proſecutum fuerit, vt nemo non ex ingenuis, & illuſtrioribus belli Ducibus, omnibus illud diris deuouerit, & ſingulare huius rei exemplum ex priſcorum Romanorum documentis habemus in Camillo & Fabricio; Quorum alter Faliſcorum, quos octennali obſidione jã ſucceſſũ irrito preſſerat, pueros à Magiſtro per deambulationis ſpeciẽ eductos, ſibiq; tanquam certam victoriæ ſpem, traditos accipere noluit, turpem hunc proditorem auerſatus, vinctum nudatumque terga, adoleſcentulis verberibus in vrbem agendum tradidit, teſte *Liuio lib 5.*

14. Alter autem commodâ itidem proditionis oblatâ occaſione, proditorem omninò reſpuit, atque deteſtatus fuit. Hic inquiens, eſt ille Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quàm ſol à curſu ſuo, auerti poſſit. Hinc factum eſt, vt Romani ve-

tereſq;

tereſque Germani, huiuſmodi proditores ſuſpendere, vel cõburere, Ægyptij item ijſdem linguam exerere, Imperaror verò Fridericus Ænobarbus, oculos ijſdem iuſuper eruere, aut naſum, aureſq; abſcindere, mãdauerint. *Marcellin. lib 28. Dion. Sicul. lib. 2 antiquit. Procop. lib. 1. de bello Gothor.*

Prægrandehoc vitium, *Franc. Petrarcha in Dialogo ſuo 80. prope finem.* hiſce verbis perſtringit. Nihil ſceleſtius proditore inquit, nihil turpius, quod ſol videt, & cuius obſcœnitas tanta eſt, vt eriam qui artificio eius egent, artificem tamen execrentur, & qui cæterorum ſcelerum famam quærunt, huius infamiam reformident. Pœnam huius ſceleris corporalem, vide *in* Kayſerl: Maximil. Articuls Brieff. *art. 25.* Et ſexcenta alia proditionis exempla, qui cognoſcere auet, adeat *Theatrum Philoſophicum Rauiſii Textoris,* vbi ſub hac rubrica, voto ipſius abundè ſatisfiet. 15.

Quanquam autem Reges & Principes ad juſta & neceſſaria bella gerenda, viris & armis, omnibuſque neceſſarijs rebus egregiè inſtructi putabantur, minimè tamen iſta inchoabanr, niſi prius Diuini Numinis fauorem imploraſſenr, vt belli cauſam meritoriam, peccata ſcilicet remitrat, & clementer in belli periculis adſiſtat. R. A. zu Augſpurg. An. 1566. S. vnd dieweiln: Nam victoriam à ſolo Deo proficiſci, etiam pagani cognouerunt. Sic *Virgilius lib. 6. Ænead.* 16. Deus inuocadus eſt.

Si te fata vocant, aliter non viribus vllis

Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.

Bellum Romanis cum Faliſcis gerentibus, duobus Ducibusq; Romanorũ vno prælio victis, conſilio publico rerum ſumma ad Camillum delata fuit; qui ſacrificans Dijs de more conſueto, voto ſe obſtrinxit ædificandi templi ſplendidiſſimi, ſi victor euaſiſſet; conſecutus autem victoriam vbi fuiſſet, non templum modo promiſſum exſtruxit, ſed vniuerſis quoque opibus, quas ex inimicorum ſpolijs conſecutus erat, illud dotauit; cumque ob id reprehenderetur, objectantibus quibuſdam, quod Ducibus Romanis conueniret, vt corda offerrent Dijs, theſauros autem vel ſpolia militibus diſtribuerent; reſpondit; ego vt homo vnicum tantum triumphum à Dijs petij, illi autem vt Dij, plurimos mihi largiti ſunt; quemadmodum igitur liberales illi fuerunt in concedẽdo eo, quod precibus ab ijs non contendi, ita quoque in eo perſoluendo, quod facturum in me recepi, liberaliorem me eſſe pár eſt; & quemadmodum gratias ijs egi, quod vlterius aliquid mihi cõ- 17. Romanorum in Deos religio.

ceſſerint, quàm precibus flagitaui: ita illis hanc oblationem, quam vltra quàm voto ſim obſtrictus, perſoluo, gratiſſimam, acceptiſſimamq; fore ſpero. *Roſeui, de inſtit, Princip. c 15 p. 129.*

18. Apud Soartas & Lacedæmonios ante prœlium, Muſis capram immolaſſe: Priſcos item Germanos ſacrum hymnum Herculi canentes, ſigna quædam Deorum lucis detracta geſtaſſe, omneſque ſuas neceſſitudines in proximo ſtatuiſſe, vt in ſuorum conſpectu, aut honeſtè vincerent, aut cum laude caderent, teſtatur Bohemus: vnde liberos præterea, coniuges, ac parentes, ſanctiſſimos pugnæ teſtes adhibuiſſe; ad matres itidem & vxores accepta vulnera detuliſſe: nec illas & numerare & exugere plagas formidaſſe; ciboſque & cohortationes pugnantibus ſuggeſſiſſe: illarumque hortatu inclinatam aciem aliquoties reſtitutam fuiſſe, pluribus commemorat idē *Bohemus lib. 3. c. 3 & 12.*

19. Dauidis Regis ſacrificia.

Atque huius etiam inſtituti præclariſſimum Rex Dauid præbuit exemplum: quando ſcilicet nunquam bella ſuſcepit, niſi prius ſacrificia Deo exhibuiſſet, partà autē victoriâ hymnos pſallendo, gratias eidem egiſſet, vt oſtenderet Dei benignitate & gratia, non ſuis mentis & viribus, tantam felicitatem conſecutum fuiſſe. *Platina lib. 1. de optimo ciue.*

20 Ethnici litabant Diis.

Quod etiam Ethnicos religioſè obſeruaſſe veterum tradunt hiſtoriæ, Sic enim apud Thucydidem legimus, poſt quā Athenienſium naues ad expugnandam Siciliam ituræ iam repletæ eſſent, & impoſita omnia, quibus opus erat, antequam diſcederent, atque à portu prouehentur, tubâ ſilentio ſignum datum eſſe, ibique ſolennia vota preceſque, non quidem per ſingulas naues, ſed vniuerſos ſimul ad præconis denuntiationem ritè perfeciſſe, crateras ponentes ac diluentes, per vniuerſum exercitum, poculis aureis atque argenteis; tam duces, quam ſocios nauales litaſſe, ac vota, & preces ſuas etiam reliquam in littore multitudinem ciuium pariter atque aliorum, qui eis beneuoli erant, iunxiſſe. *lib. 6. fol. 60.*

21. Chriſtiani Principes ſacerdotes quoq; in caſtra ſumebant

Hoc quoque modo Carolus Magnus & cæteri Chriſtiani Principes Germaniæ, non tantum de placando numine diuino, ante bellum ſolliciti fuerunt, ſed pios etiam & doctos ſacerdotes ſecum in bellum adduxerunt, qui milites ad pietatem & continentiam hortarentur, iiſque ſacramenta adminiſtrarent, ſicuti referunt *Io. Turpinus in vita Caroli Magni & Ludolphus in lib. de Zelo veterum Germanorum Principum.* Hinc *Meier in libris annal. Flandriæ. lib. 15.*

& 16.

& 16. profitetur, Gallos & Anglos, dum veram religionem colerent, glorioſos fuiſſe, feliciterque contra hoſtes ſuos triumphaſſe: Sed quamprimùm Galli libidinibus atq; voluptatibus imergebantur, quod ab Anglis Deo vltore ſuperati, hi verò, iſtis victorijs poſteaquam non rectè vtentes inſoleſcerent, neq; Deo acceptas tuliſſent, à Deo quoq; derelicti, atque tandem per fœminam quandam, Catharinam nomine, (vt victoria cœlitus proficiſci, Deumq; per infirma huius mundi ſæpè operari agnoſcerent:) turpiter debellati fuerunt.

Et quidem non immeritò, ſiquidem à pietate, quæ in Deum eſt, Reipublicæ noſtræ conſtitutio dependeat, & multa vtrinq; ſit cognatio & ſocietas: cohærent enim inter ſe, & altera alterius creſcit incremẽto, ita vt vera religio juſtitiæ ſtudio, Reſpubl. verò ab vtriſque adjuta reſplendeat. Romanus Senatus adeò ſemper magni religionem fecit, vt quemad: Varro ſcripſit, quotieſcunque Senatum magiſtratus cogiſſet, id ipſum quod primò proponebatur, ad religionem pertineret, nullaque, quanquam grauior cauſa, vel quæ celeritatẽ requireret, hunc morem anteuertebat: vt publicorum conſiliorũ, quemadmodum etiam aliarum rerum, diuino cultui primæ partes darentur. *Bapt. Fulgoſ. lib 1 c. 1.* Vnde illa Ciceronis glorioſa vox, nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos: ſed pietate ac religione, omnes gentes nationeſq; ſuperauimus. De aruſp: reſponſ. *D. Lindenſp. de arc. Imp mon. c. 3. ſ. 32.* 22. A pietate omnia procedũt

Alphonſum Regem prædicat Panormitanus, quod antequam ad bellum procederet, ſemper diligentiſſimè diuinum auxilium implorauerit, in conſcribendo milite delectum habuerit, & aliquando poſt egregiam victoriam, nec edere, bibere, neque pulueres excutere voluerit, niſi prius rem diuinã fieri curaſſet, dominoq; Deo, vnde eam proueniſſe ſciebat, gratias egiſſet. Quæ Carolus V. Imperator, ipſiuſq; filius Philippus II. Rex Catholicus, cæteriq; Principes Catholici imitati fuêre: Et quantum ipſis ea pietas atque diſciplina militaris profuerit, cùm illorum hoſtibus, juſto Dei judicio, terra mariq; repugnarent, ſuperiorum temporum hiſtoriæ teſtantur. Plura huiuſmodi exempla, vbi orationibus Principum, maiores victoriæ à Deo, quàm per arma conceſſæ ſunt, qui videre vult, adeat *Gueuar. in horologio Princip. p. 1. pag. 85.* 23. Alphonſi Regis pietas.

Hinc eſt, quod ex ſingulari ſua prouidentia Dominus De-

us cer-

Deus prodigia præmittere ſolet.

us certa quædam & terribilia quidem prodigia, velut infallibilia euentorum bellorum & cladium indicia, ordinariè præmittere, adeoq; omnipotentiam ſuam cunctis etiam gentibus demonſtrare voluerit.

25. Prodigia belli Peloponneſiaci.

Sic enim apud Ethnicos de prodigijs bellum Peloponneſiacum præcedentibus, ſequentia memorat *Thucydides*. Quæq; inquit, prodigia (maximè Cometes ſexaginta diebus ardens) prius quidem famâ celebrata, re ipsâ verò rarius confirmata, & propterea minus credita, ea in hoc bello non incredibilia facta ſunt: Vt quæ de terræ motibus dicebantur, qui in magna parte terræ vehementes extiterunt; Et defectiones ſolis crebriores quàm quæ ſuperiori tempore memorabantur, Et magnus ab æſtu ſqualor terræ, vnde & fames ſecuta eſt, & ſimul quæ maximam partem hominum abſumpſit, peſtifera lues; hæc enim omnia cum hoc bello ſimul ingruerunt. *lib. 1. fol. 50.*

26 Item belli Siculi.

Et alio in loco ante bellum Siculum contigiſſe inquit: vt ſtatuæ Mercuriales, quotquot erant lapideæ in ciuitate Atheniénſi (ſunt autem more Attico opere quadrangulo multæ, cùm in priuatarum ædium, tum verò & in templorum veſtibulis collocatæ) ex his vna nocte plurimæ mutilarentur, quaſi ſignum diſſolutionis in populari ſtatu. *lib. 6. fol. 598.* Quemadmodum etiam Romæ ante bellum Ciuile Iulij & Pompeij, Capitolium fulmine ictum, & infantes Romulum ac Remũ ſub lupâ, veluti teſſeram futuræ diſcordiæ, & ruinæ principiũ, diſſectos fuiſſe legimus.

27 Omina ante pugnam Pragenſem.

Apud Chriſtianos verò, vt antiquorum bellorum prodigia omittam, noſtris certè temporibus plurima, & quidem terribilia magnarum inſecutarum cladium apparuere ſigna: quemadmodum de omine bellum & victoriam Pragenſem præcedente, ſequentia refert *Waſſenberg de bello Bohoemico fol. 35.* Eluxerat inquit, iam deſtinata prælio dies, & in eius pugnæ caſum inſtruebantur acies, in quâ victoriæ præmium, futurum erat Romanum Imperium: Nunquam imminentis victoriæ manifeſtiora omina: nam & cuſpis vexilli legionarij Gulhelmi Verdugi aliquamdiu igneâ luce effulſerat, atque hinc in prima acie prælatum fuit: & rectè in diem, quo per orbem terrarum Euangelium legebatur: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo: prælium incidit. Dominicus deinde quidam Pater Carmelitanus, vitæ morumque integrita-

te clarius, certam cœlotenus victoriam pollicebatur, &c.

Primum etiam ad Lipſiam Anno 1631. inter Cæſarianos & Suecos commiſſum prœlium, non obſcura futuræ cladis præluſerant prodigia. Aſcherslebiæ enim mediâ die ſerenoque cœlo, vnus veniens à Septentrione exercitus, à Meridie venientem exercitum binis diebus bis vicit, fugauit, cecidit. Mox Septentrionalis aciei belli Dux, Meridionalis belli Ducē confecit, & ipſe mox euanuit. Quid manifeſti⁹? Tillius altera poſt hanc ad Rainam in Bauaria, clade vulneratus occubuit, nec poſtea diu Rex Suecus ſuperuixit. *Waſſenberg de bello Suec. p. 280.* 28 Item ante pugnam Lipſienſem.

Manifeſta quoq; fuerunt, non minus cruenti belli, quàm inſecutæ cladis Danicæ prodigia: Vidim⁹ enim, *inquit Waſſenberg.* aquas cruore congelatas, è trabibus diſtillantes ſanguinis guttas, panes quorundā, menſę, ocręę ſanguinē ſudabant: Viſæ in arboribus natæ fruges, quaſi hominū ingemiſcens nequitia, indigna ijs terra foret. Et quid euidentius? viſi in aëre confligentes exercitus; mox in terra conflictus. Hoc belli initiū, & quē porrò finem habiturū eſſet, quaſi de induſtriâ, antequam fineretur, fortuna patefecit. Sub crepuſculū veſpertinum curioſè Rex Hamelenſes luſtrabat excubias, & eſſe crepidines rei tormentariæ aſſeruandæ, ſub vallo neſcius ſecurè equitabat: Sed parū ſolidi aſſeres, equitantē Regem non ferebant, ruptiſque tabulis decuſſus equus, præcipitem ſecum Regem viginti nouē pedū ſpatio, in ſubiectā foſſam rapit. Rex poſt duas demùm horas compert⁹ eſt viuere, toto tamen triduo inter morientes fuit. Quid aliud hic caſus Regis, quam (inſtar illius Flāminij aduerſus Hannibalem ad Thraſymenū) præcipitis illius ruinæ præludium? imò ille, quaſi prima de Rege victoria, caſus fuit. Quippè conſternat⁹ cum eo exercitus, ingens terrarū ſpatiū breue emetitus, Verdā vſq; ceſſit. *De bello Danico circa princ.* 29. Belli Danici ſigna

Sua deniq; Magdeburgam fata vrgebant, & tempus ſuę calamitatis adeò ſe manifeſtārat, vt ſi attendere voluiſſet, ſuam ipſa cladē prouidere potuiſſet. Quid enim manifeſtius? vallū vrbis paulò ante ceciderat, breui corruendæ vrbis præſagium. Copioſum in Haſſiā ſanguinem miles ſudāuerat, cruentæ expugnationis initium. Et veluti fortuna migraret, Sanct⁹ Nobertus vrbis olim Archiepiſcopus, illinc cum ſolenni pompā Pragam aduectus, inanem Diuorum præſidio vrbem excidio; ni reliquiſſe videbatur. Sed hæc omnia cæci ciues, cū videre poſſent, non videbant: &c. *Waſſenberg. de ſecundo bello Magdeburg. p. 217.* 30. Magdeburgēſis ruinæ omina.

DISCVRSVS. XX.

DE CONSILIIS DIRECTIS, VBI VARIÆ regulæ circa hoſtem ſeruandæ.

1 Conſilia alia directa, alia obliqua.

Conſiliorum bellicorum, ſecundum Lipſium, alia ſunt directa, quæ ſcilicet planam & militarem viam ineunt: alia verò obliqua, occultam nempè diſpoſitionem in arte, ſolertiaq; fundatam, continentia.

2. Ne hoſtis contemnetur,

Prioris generis hæc ſunt. Primò ne hoſtis, quantumuis timentis ſpeciem præ ſe ferat, cōtemnetur. *Thucyd. lib. 5.* huiuſmodi enim hoſtiū contemptus, & nimia ſui fiducia, calamitoſum ſecuro ſæpè exercitui initium, cruentum dein certamen, inexſpectatam deniq; cladem, hoſti verò exoptatam attulit victoriā. *Cæſa, lib 1. de bello Ciuil* Hoſtis namq; nec contemni, neq; metui debet. *Il ne faut pas, que vous mespriſez voſtre ennemy: ny auſſi, que voſtre Soldat ait opinion, qu' il ſoit plus vaillant, que luy. Montluc. lib 2. fol. 105.* Hinc optimè *Velleius Paterculus lib 2.* Vides hoſtilem inquit, exercitū exigijs copijs inſtructum? cogita, quod interdum, vt Halicarnaſſæus ait, maiores copiæ à minoribus, & potentiores à debilioribus ſternātur. Fortuna enim per omnia humana, ſed maximè in res bellicas, eſt potens, *vt Liu. lib 9. pronuntiauit.*

3. Faſtus Darii & aliorum.

Darius Perſarum Rex, regem ſe regum, & Alexandrū Magnum ſuum ſeruum appellabat, eiq; verbera inſolenti ſuperbia minabatur; quid deinde verò? victus eſt ab eo, quem aſpernabatur, exutus eſt & vita & regno ab eo, quem caſtigatum remittere volebat. *Curt. lib 2.* Idē carpiunt in Carolo V. Imp. Galli, quod nimis ſuæ felicitati innixus, omnia reputauerit facilia factū. *Bellay. lib. 8 f. 804* Similiter de confœderatione Nobilium contra Geneuates An. 1530. **Der Löffelbundt genant / deren jeder zu einem Zeichen einen Löffel angehencket / ihres Vermuthens / die Genffer in einer Suppen zu eſſen /** quod ob talem contemptum hoſtis, ſucceſſu ſuo caruerit, tradit *ex Stumpffio lib. 8. f. 273. D. Beſold de arte bellic. 8 n. 9.* Eodem etiam modo ſuperbientes olim Corinthij, Corcyrenſibus ſæpius honeſtè petentibus pacem, denegando demum victi, & magno cum dedecore ſuperati fuerunt. *Thucyd. lib. 1. pag. m. 38.*

Exitium ſiquidem nimia plerumq; ſecuritas, & ſuperbia adfert. Dum enim hoſtem aſpernaris, & tua te arrogantia ſecurum facis, rem ipſe ſuam agit, ſua arma promouet, ſeq; ita munit, vt qui antea repelli parua manu potuiſſet, nullis poſtea, etiam ingentibus viribus, poſſit exterminari. 4. Nimia ſecuritas & ſuperbia adfert exitium.

Et huius quidem à Cæſarianis, in prœlio Lipſienſi. Anno 1631. 7. Septemb. commiſſi, erroris expreſſè meminit *D. Carue* dum ait: Die Kayſeriſche aber beſchmitzten ihren Sieg ſchandtlich durch jre ſelbſt eigene Vermeſſenheit/ in dem ſie vorige vilfaltige Treffen wider den König auß Dennemarck/ Pfaltzgraven/ Manßfelder/ vnd andere Feindt deß Reichs zu Gemüth führeten/ vnnd den newen Feindt verachteten: Der anfang war zwar gut auff vnſer Seyten/ vnd wieche der Feindt mit zimblichen Verluſt. da er aber vermerckte/ daß die Kayſeriſche ohne Ordnung vnd Sorg hin vnd wider/ theils dem Raub nacheyleten/ theils ſich zu Ruhe begaben/ verſambleter ſeine Soldaten/ ſprach jnen ernſtlich zu/ vnd oberfiele die vnſerige ſchändlich/ vnd vnuerſehens/ ꝛc. *In ſeinem Kriegß Reiß büchlein c. 2 pag. 19.* 5.

Hinc Iulius Cæſar, quem periculis omnibus ſuperiorẽ fortuna fecerat, cum de hoſtibus apud milites verba faceret, eorum vires multò maiores, quã reuera erant, ſemper dicebat, vt ſuis non hoſtium contemptum excitaret, ſed ad concipiẽdos animos ardẽtiores inflammaret. *D. Vernulæus de bello gerendo Orat. 6.*

Igitur Secundò, diligentiſſimè inquirendum in omnia; cũ difficilè vincatur, qui de ſuis & aduerſarij copijs verè poteſt iudicare. *Veget. lib. 3. c. 26.* Quam ob cauſam ſummè neceſſarium videtur, vt ſummus belli Præfectus (*ſicut etiam diſcurſu præcedenti dictum eſt*) hoſtium ſuorum conſilia & machinationes intelligat: Etenim vita ferè euenire ſolet, vt ab hoſtium conſiliorum cognitione, nobiliſſimæ victoriæ veniant, & imminentia in interitum patriæ damna propulſentur. 6. Inquirẽdum in omnia.

Hac arte Tiberius Cæſar ita callidus erat, vt nihil cogitare, nihil dicere, nihil moliri hoſtes poſſent, quin illud omne exploratum, perſpectumque haberet. Quippè *vt ait Tacit. annal. lib. 2.* conſilia, loca, prompta, occulta nouerat, aſtuſque hoſtium in perniciem ipſis vertebat. 7.

Præcipuè vero Tertiò, Ingenium ipſius Ducis noſcere, neceſſe eſt. Nec enim aliter ego dixero, inquit *Polyb. lib. 3.* quã ſi quis cenſet aliud magis proprium eſſe boni Ducis officium, quam hoſtium Imperatoris ingenium, naturamque noſſe, errare eum, imò inſanire. 8. Ingeniũ Ducis hoſtium noſcendum eſt.

9. Inquirẽdum in naturam hoſtium. Quartò, inquirere, prætereà in mores naturamq; hoſtium licet: Nam quorundam in impetu vis eſt, qui parua ijdẽ morâ langueſcunt. *Liu lib 7.* Vt plerique Barbari quorum impetus acres cunctatione langueſcunt, aut in perfidiam mutantur. *Tacit lib. 12. annal.*

10. Fides hoſtium tẽtanda. Quintò, fidem hoſtium ſæpius tentare oportebit. Necte moras, inquit *Tacit. d. lo.* muta locos, & miſſis corruptoribus, ex uendam ad fidem hoſtes emercare. Ac ſæpius hoſtes corruptis ducibus ac magiſtratibus, quam fuſis legionibus vincuntur: nec vero arx vlla tantea eſt, tantiſque præſidijs ac propugnaculis obfirmata, quæ non facilè poſſit expugnari, ſi jumentum aureis nummis onuſtum eò penetrârit, vt Philippum II. Macedoniæ Regem dixiſſe ferunt, qui largitionibus ac donis Græciam penè totam ſub Imperium ſubegit. Nec alijs adiumentis Perſarum Reges Græcos ab Aſia, quam corruptis ducibus, depulerunt *Plutarch in Lyſandro & Ageſilao.* Quis enim à Principe vnquam donum accepit, qui non aliquid in eius gratiam, ſi potuit, effecit? nam obligatus tenetur, vel pudore cogitur, vel maioris beneficij adipiſcendi ſpe, vel metu, ne idem ille ſit accuſator, qui corrupit.

11. Diſcordiæ inter hoſtes promouendæ. Sextò: ſerendæ itidem ſunt & alendæ diſcordiæ atq; ſeditiones inter hoſtes, quibus frangantur, vel eorum vires diuellantur. *Tacit. lib 2.* Nihil enim maius præſtare fortuna poteſt, quàm hoſtium diſcordiam; ſiquidem nulla, quantumuis minima natio, ab aduerſarijs perdeleri poteſt, niſi proprijs ſimultatibus ſe ipſam conſumpſerit *Veget lib. 3. c. 9.*

12 Fama cauſanda. Septimò, Famæ quoque in bello ſeruiendum quàm maximè, cuius momentum magnum ibidem ad terrendos hoſtes, vel animandos homines adfert emolumentum. Famâ bella conſtant, & ſæpè etiam, quod falſò creditum eſt, veri vicem obtinuit. *Curt. lib 8.* Ligiſtarum ſiue confœderatorum in Gallia copijs, ad Iueriacum pagum ab Henrico IV. profligatis, & ad internecionem ferè deletis, Carolus Guiſius Dux Mainius, circummiſſis ſtatim vndiq; litteris, Confœderatos de inſigni victoriâ, quam ab hoſte retuliſſet, certiores fecit; Hanc impudentiam cum quidam mirarentur, vtpote cum res ipſa diu latere non poſſet, Mainius at vos, inquit, neſcitis, quantũ ſæpè vnius diei in bello mendacium proſit? cum enim opinionibus res humanæ regantur, id ſæpè poteſt ex falsâ famâ creditum mendacium, quod ipſa veritas non poſſit.

Imò

Imò ſæpè fama bellum conficit,& parua momenta in ſpẽ metumúe impellunt animos. *Liu.lib.27.* præſertim ſub initio, cum fama in nouis cœptis validiſſima ſit, primiſq; euentibus, metus aut fiducia naſcatur. *Tacit.annal.lib 12,& 13.* Nam exiſtimatio tantas in ſe vires complectitur, vt eius ope nonnunquam à minoribus exercitibus maiores ſuperati fuerint. De qua re, *Amirat diſc.1.lib.13.* 13 Fama multum facit

Octauò, Occaſio itidem in bello, plus quàm virtus valere ſolet. *Veget.lib.3.c.26.* Itaque eâ vtendum, vt neq; tuæ occaſioni deſis, neque hoſti oblatam concedas; minimè enim bellum ex decretis procedit, ſed ipſum ex ſe multa inuenit. *Thucyd. lib.1.* Quo in genere nihil, quamuis minimi momenti eſſe videatur, negligendum; nam ſæpè in bello, *vt ait, Cæſar de bello Ciuil. lib. 1 & 3.* paruis momentis magni caſus intercedunt. Vnde rectè dixit Æmilius in Vita Traſybuli: præceptum illud in omnium animis eſſe debere, vt nihil in bello contemnant. *Caſtellanus de offic. Regis.c.76.* Quemadmodum exoptatæ occaſionis neglectæ exemplum de Lotharingiæ Duce, cui Neapolitanum Regnum ſub Ferdinando Rege, per proceres & ciuitates eius, iteratò oblatum fuit, exemplum refert *Comineus. in Epitome belli Neapolitani. lib. 1. f. m.740.* 14. Occaſio non negligenda.

Nonò, ratione etiam pugnæ, tàm opportunitate temporis & loci, quàm etiam inſtruendæ aciei, multa in conſiderationem venire poſſunt. Cæſar Auguſtus dixit, pugnam nunquã ſuſcipiendam eſſe, niſi cùm maior emolumenti ſpes, quam damni metus oſtenderetur. *Sueton.c.25.* Renatus Andegauenſis & Lotharingiæ Dux, cùm Alphonſo Aragonio de Neapolitano Regno bellum gerens, poſtquam eum per Tubicines duos & fecialem chirothecã, vt moris fuit, ad eum miſsâ, ad prœlium prouocaſſet. Alphonſus, vos hero veſtro nuntiate, inquiebat me chirothecam acceptare, cum verò in eius, qui prouocatus eſt, poteſtate & arbitrio ſit, locum & tempus pugnæ deſignare, dicite, me pridie Calendas Octobris in Calabriâ prœlij ei copiam facturum: quâ oratione aduerſarij ferociam eluſit, & prœlij aleam euitauit; poſtea verò hoſtilibus copijs ob pecuniæ penuriam dilapſis, Alphonſus, condicto die ac loco, per publicum Tabellionem in acta referri juſſit, per ſe ſcilicet non ſtetiſſe, quò minus prœlium non committeretur. *Ens lib.1 Epidorpidum p.m.236.* Incertos enim exitus pugnarum, & Martem communem eſſe ſciuit, qui ſæpè ſpoliantem iam exultã- 15. Ratione pugnæ, tempus locus, & acies cõſiderãda ſunt.

tem euertit,& perculit ab abiecto; ſæpè etiam vel minorem multitudinem cum metu incedentem, maiorem propulſare permittit, quoniam hæc ob contemptum imparatior eſt. *Thucyd.lib.2.*

16. Quando feſtinandum.

Lentâ tamen viâ aduerſus hoſtem nonnunquam, ideſt, vbi tempus & locus alienus eundem in dies deteriorem faciunt. *Liu.lib.7.* Aliquando verò feſtinatione, procedendum eſt, in rebus maximè aſperis & tenui ſpe ſuffultis: vbi ſcilicet res tuę, ob defectum commeatus & pecuniæ, in arcto ſunt; tunc enim in huiuſmodi malis, pręcepsvia tutiſſima erit. *Liu.lib.25.* Neque diu cunctandum, vbi Dux multis rebus ſe hoſte ſuperiorem inuenit, meritoq; victoriam ſibi præſumere poteſt. *Veget.3. cap.9.*

17. Atque hac in re, num ſcilicet prœlium cunctatione protrahendum, vel ſubitaneâ aggreſſione procedendũ ſit; ſumma Ducis eluceſcit prudentia. Sic Auguſtus, cum parta tueri vellet, cunctando feliciſſimè hoſtes repulit. *Sueton. in Auguſto. c.25.* Eadem etiam ratione Ludouicus XI. Galliarum Rex, ſemper vſus fuit. *referente Cominæo fol.286.496 & 536.* Item Albanus Dux famoſiſſimus. De quo *Conest.ag. de Portug.al.coniunct.lib.9 fol 484.*

De Romanis verò, qui ferè nunquam non bellum offenſiuum gerere ſolebant, aliter ſcribit *Polyb.lib.1.* Omninò inquit Romani, in omni re, quam inſtituunt, violenti, & quidquid ſemel propoſuerint, id neceſſariò fieri debere exiſtimantes, nihilq; eorum, quæ ſemel decreta ipſis fuerint, non poſſe fieri ſtatuentes; efficiunt illi quidem pleraq; omnia, hâc tantâ violentiâ & impetu, ex animi ſententia, &c. Quoniam alius in acquirendo, alius verò in conſeruando modus, qui cunctando fit, vſurpari ſolet. Et multa bella impetu valida, per tædia ac moras euanuerunt. *Tacit.2.histor.* Hinc verſiculi.

Feſtinare nocet, nocet & cunctatio ſæpe:

Tempore quæq; ſuo qui facit, ille ſapit.

Myl.in horto philos.p.98.

18. Tempora benè obſeruanda eſſe.

Tempora igitur & occaſiones præcipuè obſeruare ſolent periti Duces, vt hoſtes etiam imparatos, cibum capientes, in itinere laſſos, equos ſuos paſcentes, ac nihil tale ſuſpicantes, vel ex ſtultitia vel inſcitia lapſos, celeritate conſultâ ſuperuenire poſſint. Hoc modo exercitus Athenienſium, poſt felictam Syracuſarum obſidionem, & acceptam ſuorum cladem, cum fugiendo ad fluuium Aſinarum feſtinaſſet, ibique propter

defatigationem & ſitim, ex cauo fluminis cæno & ſanguine turbato alueo, auidè bibiſſet, à Peleponneſijs in ipſum flumē deſcententibus, miſerè partim trucidatus, partim verò captus, & dein in horribilem cuſtodiam detruſus fuit. *Thucyd. lib. 7.*

19. Prœlia nocturna periculoſa.

Prœlia etiam, quæ noctu committūtur, admodum ſunt periculoſa, in iiſq; ſingulari aliquo teſſeræ vel claſſici ſigno, noſtri ab inimico diſcernendi ſunt: id quod ſupradicti Athenienſes, cū in oppugnatione nocturna Epipolarum negligētius aduertiſſent, magno damno ſeipſos ex confuſione interficientes, duorum millium jacturâ experti ſunt. *Thucyd. lib. 7. fol. m. 707. & ſeqq.* Similem hiſtoriam Anni 1445. de Turicenſibus cōtra Suicenſes bellum gerentibus, narrat *Stumpff lib. 6. c. 20.*

20 Locus pugnæ qualis eſſe debeat

Locus item pugnæ, num hoſtibus, vel ſibi accommodus ſit, conſiderari debet. *Veget lib. 3. c. 9.* Vtrum etiam peditibus potius, quam equitatui idoneus, an anguſtus, impeditus arboribus, aut paludibus, vel campus apertus: Et ne à potentiore in loco non idoneo circumueniatur: ideoq; imperuia loca tenebit. *Amirat. lib. 18 diſc. 1.* Sæpè etiam juuat, ſi ita ſis captus, vt tuis ſit neceſſitas in loco, ſpes in virtute, ſalus in victoriâ. *Tacit. 2. annal.* Quoniam propinqua munimenta aut mœnia, quantò plus ſpei ad effugium, eo minorem ad reſiſtendum animum dare, nonnunquam euentus docuit. *Althuſ. in polit. c 35. pag. m. 586.*

21. Sapiens ratio inſtruendæ aciei.

Inſtructionis deniq; aciei, tàm ad reſiſtendum, quàm ad vim inferendam, ſapiens & perfecta ratio habenda eſt, ſiquidem optimi etiam bellatores, mala diſpoſitione frangantur. *Veget. lib. 3. c. 14.* Et hāc quidem vt oportunè, & prior quidem inſtruat, Duci ſtudendum erit, nam tunc ex arbitrio ſuo poterit facere, cùm vtile ſibi judicat, cùm nullus obſiſtit: ac inſuper hoc ipſo ſuis confidentiam augebit, aduerſarijs autem minuet, cum fortiores videantur, qui prouocare non dubitant. *Alex. ab Alexand. lib 4. c. 7.*

22. Quid ſit Phalanx & legio.

Hinc Romanos legionibus ſuis maximam orbis partem, Macedones verò ſuis phalangis Aſiam domuiſſe legimus. Erat autem phalāx, quaſi vnum corpus conglobatum, coniunctumq; ex pluribus militibus, qui ſuis haſtis inuicem conſerti, inſtar ſepis contextæ ſtabant. Legiones verò corpus quoddam multis membris, ex militibus ſcilicet haſtatis, triarijs, & Principibus compoſitum exſtitit, vbi legiones in cohortes, cohortes in centurias, has autem in contubernia ſeu manipulos diſtribuere ſolebant. Legiones tamen phalange mul-

rò præſtantiores,& ad victoriam Romanis ſemper aptiores fuiſſe,ex Liuij verbis lib.12.de vltima contra Perſeum pugna, facilè colligere licet. *Amirat.lib.2,diſc.5.Albert. Gentilis de armis Roman.fol.247.Lipſius lib.16.c.5.R.P.Conzen.lib 10.polit.c.30 40.& ſeqq.* Idq; etiam ſuperioribus annis, in cruento illo inter Inuictiſſimi Ferdinandi II. Imperat: ac Catholicæ Ligæ Generalem Comitē à Tilly &c. & Guſtauum Adolphum Suecorum Regem &c. & Saxoniæ Electorem &c. ad Lipſiam Anno 1631. VII.Septemb. commiſſo prœlio,experientia comprobauit; Vbi exercitus nimirū Imperialis in formam Phalangis ordinatus , & equitatu ſuo præter ſolitum,nimis maturè deſtitutus, à Legione Suecica, ſuperatus fuit. *Heluic.in Caſ.victer tomo 2 fol.m,171.*

25. Perfectio legionis in quo conſiſtat. Atque huius aciei perfectio in eo conſpicitur,cum primis turmis ſecundæ juſto tēmpore ſubſidio veniunt;& hos tertiæ deindè,in hunc vſum reſeruatæ,excipiunt. Ac licet in priori militum ſerie , nonnulli vacillent,& ad fugam inclinent, pedemq; referre cogitent;vbi tamen in poſteriori claſſe firmiter perſiſtunt, priores reſiſtere inuiti etiam coguntur. *Tarduccius in Turca vincibili fol 900.*

Hinc in Romana acie,vt quiſquis videbatur fortior, eo magis in nouiſſimū agmen reſeruabatur , primipilis exceptis ,qui omniū ſtrenuiſſimi erāt. *Le deſordre vient touſiours plus par la queue, que par la teſte. Montluc.lib.1.fol.52.* Itaq; non tantū in primam ſeriē optimi & præſtantiſſimi quiuis militum & officiariorum collocandi, ſed in vltimam quoque claſſem,pars eorum reſeruanda : quo illi fortiter pugnando,reliquis exemplo ſuo præeant , hi verò timidioribus ſpem fugæ adimant. *D.Beſold.de arte belli.c.8,n.13.*

Diuerſos verò aciei, pro variâ temporis,& loci occaſione, inſtruendæ modos,præter *Amirat.lib.21.diſc.2.* vide *Ranzou. Fronsberg. & Vegetium lib 3.c.17.*

Circa exercitum quoq; ſciendum eſt , licet vis belli in eo cōſiſtat. *Teſoro polit p 2.0.70.*

24. Exercitū conuenit eſſe exercitatum. Maximè tamen hoc verum eſt , ſi exercitatos & præparatos contineat milites, cū exercitata paucitas ad victoriam promptior ſit,quàm rudis multitudo. *Fac. axiom.58.*

Et hoc eſt quod exercitus ex duodecim , vel quindecim millibus conſtans,non vereatur , ſi nil aliud ſit, quod impediat , pugnam committere cum alio numeri duplo maioris. *Montluc. lib.2.fol.78. I' ay apprins des ſages Capitains , pour les auoir ouy diſcourir, qu' vne armeé composé de douze à quinze mil hommes, eſt baſtante d' en effronter vne*

de tre-

de trente mille. Car ce n' eſt pas le grand nombre, qui vainc, c' eſt le buon coeur; un iour de bataille, la moitié ne combat pas.

26 Locus quomodo eligẽdus.

Atq; huius rei manifeſtum in Alexandro Magno exemplũ habemus, quando 35000. peditibus, ac 5000. equitibus, Darium Regem Perſarum vltra 400000. milites habentem, cum Principibus alijs, tot mille Chiliades in campum ferentibus, acie fudit. *Zinan. de optimè imperandi ratione, lib. 6. c. 5.* Quocirca hoc in caſu pro regulâ tradi ſolet, vt elegatur anguſtus locus, & vtrinque tutus, ne circumfuſus â fronte, & â lateribus Exercitus imbecillior, â potentiore prematur. Sic enim Cæſar veritus hoſtium numerum, locum vbi pugnaturus erat, vtrinq; foſſa, caſtellis, ac tormentis, ne ab hoſtium multitudine pugnans circumueniretur, communiuit. Quâ ratione Leonidam quoque Spartanum, paruâ manu diu immenſas Perſarum copias ſuſtinuiſſe, quod in Thermophylarum anguſtijs aciem ſuam inſtruxiſſet, adeò vt niſi ab Ephyalte proditore hoſtis circumductus fuiſſet, ex eo, quem cœperat loco, nunquam dimoueri potuiſſe, demonſtrat *Frontin. lib. 2. c. 4.* Sic etiam Themiſtocles, cum Perſarum claſſem longè numero nauium ſe ſuperiorem eſſe conſpexiſſet, ad Artemiſiam, & Salaminam anguſto ſemper mari conflixit, ne Barbari nauiũ ſuarũ multitudinem explicare, illumq; copiâ ſuâ circumdare ac ſuperare poſſent. *Caſtel. de offic. Reg. c. 77.*

27 Sapientis eſt aliquando ſcire ſecedere.

Prudentes inſuper belli Duces, cùm hoſtem ſuum ex impotentia virium repellere, aut illi occurrere dubitent, ſe tuto in loco, contemptis vulgi querimonijs, tantiſper munire, & continere, præſertim verò in Metropoli conſeruãdã, vſque dum maiores vires colligere, & hoſti pares, aut ſuperiores eſſe poſſint, laborare, ac deinde prima occaſione data cũ exercitu, ad animos ſuorum cõfirmandos, intrepidè hoſti, exemplo Antigoni Cleomemem repellentis, obuiam ire ſolent. *Polyb. lib. 2.*

28 Imò etiã cum hoſte paciſci.

Imò ſi periculum hoſtis, veluti viribus, & oportunitate loci ſe multo præſtantioris, alio modo euitare nequeat, tunc potius de ſummâ rerum cum illo honeſtis conditionibus trãſigere, quàm in incertum Martis euentum, ſe ſuoſque conijcere, præſtat. *Tacit. annal lib. 12.* videatur hac de re *Amirat. lib. 13. diſc. 11.*

29. In itinere quomodo præcauendũ.

Ratione itinerum non minor etiam, quàm in ſupradictis, cura & diligentia requiritur, ne alias per imprudentiam locorum anguſtijs circumuenit͛, exemplo Romanorum intra Cãdinos montes periclitantiũ, effugium excogitare non poſſis.

Quemadmodũ etiam Carolum Magnũ victoriam ſuam, quã à Barbaris feliciſſimè deportauit, infelici ſuo per anguſta mõtium reditu dehoneſtaſſe, author eſt *Donatus Aciaiolus Gallus. in vita Caroli M.* quando euentum iſtius belli hiſce deſcribit verbis: Cũ vero ea tempeſtate, inquit, Barbaræ gentes, quæ noſtræ Religioni perpetuum bellum indixerant, Hiſpaniã graui ſeruitute oppreſſam, tenerent, Carolus rei indignitate commotus, ad eam liberandam, mentem conuertit: id autem fieri poſſe arbitrabatur, ſi ingenti celeritate, exercitu in Hiſpaniam traducto, prius hoſtes opprimeret, quam illi parare ſubſidia poſſent, ad hanc igitur rem aggrediendam, ſatis iam omnibus comparatis Caſtra mouet, & quam maximis poteſt itinerib⁹, in Hiſpaniã tranſire contẽdit, nec iam miles grauatè ſequebatur, quod iam diu in animũ induxerat, quocunq; à Rege Carolo duceretur, belli præmiũ exploratamq; victoriam duci. Inter hæc Ciuitates Hiſpaniæ, quæ propinquiores erãt finib⁹ Galliæ, incertis rumorib⁹ excitæ, aliquantulũ ſibi, ſuisq; Regibus timere inceperant. Poſtquã vero per Pyrenæum ſaltũ traduci exercit⁹ cœptus eſt, rumorq; per Barbaros manauit, de aduentu Francorũ certior, ingẽs repentè trepidatio populos omnes inuaſit, non ſatis gnaros, quid aduerſ⁹ tantũ, tamq; horrendũ hoſtẽ, ſibi agendũ aut parandũ foret. Carolus confeſtim ſuperatis Pyrenæi jugis, cum in finibus hoſtiũ perueniſſet, militibus imperat, vt quã latiſſime poſſint vagentur, & quam maximum hoſtibus terrorẽ inferant. Extemplo Ciuitates nõnullæ, cũ ad petenda externa auxilia non ſufficeret tempus, nec proprijs præſidijs res ſuas tueri poſſent, ſponte deditionẽ faciunt, Auguſta & Pampilonia, duæ opulentiſſimæ totiꝰ Hiſpaniæ Vrbes, quæ mandata Caroli aſpernabantur, vi captæ, & prædæ militibus datæ ſunt, cũ alteram Franci ad ſolum euertiſſent, alterã mœnibus nudaſſent, tantum terroris omnib⁹ gentibus injecẽre, vt quas adijſſent, quaſq; non adijſſent, pariter vltimæ propinquis Imperio parerent. Sic igitur Hiſpania ferè omnis in Francorũ poteſtate deuenit: Victis præcipuè imperatũ, vt falſis relictis Dijs, Chriſtianæ fidei legem acciperent. Carolus rebus feliciſſimè geſtis, cum incolumem exercitũ in Galliam reduceret, propè Pyrenæi juga in finitimarum gentiũ, quas nunc Vaſcones vocant, inſidias incidit. Inſederant enim Barbari in occultioribus locis, exſpectantes occaſionẽ gerendæ rei, vbi verò Francorũ copias in anguſtiore via deductas viderent, repentè ex jugo inſuper iminenti, nouiſſimũ agmẽ adorti, ingentẽ cædem ſtra-

27 Sapientis eſt aliquando fortunæ cedere.

28 Imò etiã cum hoſte paciſci.

29. In itinere quomodo præcauendũ.

ſtragemq́; dedêre. Nā Franci cū neq; euadere poſſent, in jugū à Vaſconib⁹ occupatū, neq; ſe explicare, ſuometipſo agmine in arctô hærētes ſimul ab hoſtib⁹ ab iniquitate locorū oppugnabantur, nec iā primi tàm anguſtis locis ita celeriter vertere aciem poterāt, vt vltimis in extremo periculo conſtitutis opē in tempore ac ſubſidiū ferrent. Itaq; etſi animo viribuſq́; longè ſuperiores hoſtib⁹ forent, alienis tamen locis pugnantes vitare nō potuerunt, quin eo die inſignē cladem acciperent: Ceciderê in eâ pugnâ dolo hoſtiū, non virtute comiſsâ, Anſelm⁹ & Egibardus ſum̄i in bello Duces, alijq́; permulti fortiſſimi Viri, quorū operâ Carolus ſæpè in maximis certaminibus egregiè vſus erat. Sunt etiā, qui Rolandum Caroli ex ſorore Nepotem præſtantem fortitudine Virum, poſt ingentem hoſtium editam cladem, eo prœlio interiiſſe dicunt.

Cæſar certè adeò cautus ac prouidus in hoc genere fuit, vt nunquam per inſidioſa, *vt ait Suetonius c. 18.* itinera duxerit copias, niſi perſpeculatus locorum ſitus.

30. Iſt ein gute Landtafel vonnöthen.

Primum igitur neceſſe eſt (quod Veteres factitaſſe *Veget. lib 3. c. 6.* refert) vt habeat regionum, in quibus bellum ſit geſturus, & ſitum & naturam, quā ſcitiſſimè in tabella à peritis hominibus deſcriptam: Ein gute Landtafel. Vt ibi non modò campeſtria, montoſa, depreſſa, paluſtria, arenoſa, ſilueſtria, arbuſtis conſita, ab arboribus nuda loca, Item lacus, flumina, fontes, ſaltus, viæ tramites, vici, vrbes, caſtella, ſint pictura expreſſa, Gleich wie die jenige Grenitz Tafeln/ ſo gemeinlich bey dē Stättē auffgehalten/ vnd darin derſelben Bezirch/ Marckſtein/ territoria, vnnd angrentzungen/ mit jhren Walten/ Gebürg/ Flüß/ Steeg/ vñ Werg/ auff das beſte verzeichnet werden. Sed etiam longitudines, latitudines, cunctaque locorum interualla, inde quæ oculis ipſe ex tuto perluſtrare nequit, ea à locorum peritis ſciſcitetur, & à multis veritatem colligat.

31 Gute wegweiſer zu gebrauchen.

Secundò. Caſtra etiam nunquam ſine certis & fidelibus itinerū Ducib⁹ mouenda ſunt: vbi verò de hujuſmodi hominum fide dubitaretur, tunc aut magnis propoſitis præmijs, ſi fideliter monſtrent viam, aut mors, ſi contrafaciant, eſt denūtianda: Imò vinciendi quandoq; ſunt, & cuſtodibus tradendi, vt ſciant paratum ſibi eſſe ſupplicium, ſi fidem fallant.

32 Auantuier außzuſchické.

Tertiò, antequā viæ committantur copiæ, quoquo verſus ſunt exploratores, viri nimirū prudentes ac fortes, dimittendi; qui circum circa omnia proſpiciant, quiq́; maturè repentinos hoſtium aduentus Imperatori denuntient. *Cæſar de bello Gal. lib 1.*

Nec abs re fuerit etiam præmittere, qui editiora loca occupet, iiſq; etiam pro ſpeculis vtantur, & indè interdiu fumo, nocte flammâ, alij ſue rebus ſignificationem faciant, ſi quid periculi ab hoſtibus immineat: vt tamen horum exploratorum fides firmior eſſet, olim apud Perſas & Romanos, de Exploratoribus publicè alendis, leges fuêre. *Procop. de bello Perſar. lib. 1.*

33. Das Volck in gutter Ordnung zu führen

Quartò. Non tamen omnis ſpes in ſpeculatoribus, quamuis fidelibus, eſt habenda: multa enim vt demonſtrat Xenophon, poſſunt accidere, quibus impediti inſtans periculum denuntiare nequeant, quare agmen ita ſemper ducendum, vt ſi repentinus hoſtium fiat incurſus, facilè poſſit impetus ſuſtineri, atq; repelli: Id erit, ſi vſq; compiſitio pro natura loci, nec interrupto aut attenuato (quà ſæpè hoſtes, vt ait *Veget. lib. 3. c. 6.* inuaduut) iter fiat.

34. De Auffbruch in der ſtill verhalten

Quintò. Sed omnium maximè cauendum eſt, ne hoſtes ſentiant te moturum: id accidet, ſi tuos etiam id celes. Hamilcar Dux Carthaginenſium, cum improuiſus Siciliam claſſe tenere cuperet, ne quo proficiſceretur, ſciri poſſet, ſingulis nauium gubernatoribus, ſingulas tabellas ſignatas diſtribuit, eaſque aperiri vetuit, niſi oborta tempeſtas claſſem diſieciſſet, tunc enim eos, qui à curſu Prætoriæ nauis eſſent abducti, reſignatis ac perlectis litteris intellecturos dixit, quam in partē eſſet nauigandum, & in quod littus naues eſſent appellendæ. Quod ſi tamen longum iter ſit, vt fama aduentus tui non poſſit impediri, ad minus alias profectionis cauſas & loca effingere, ac in vulgus propalare oportebit: ſicut Domitianus cum ſe Gallias cenſus ergò adire ſimulaſſet, repentinò ac inopinato impetu Germanos oppreſſit. *Plin. lib. 10 c. 4. Front. lib 1. c. 1.*

35. Ein geſchwindē Marſch zunemen.

Sextò, adhibenda etiam eſt celeritas in itinere, ſi præſertim ſubſit periculum, ne hoſtes occupatis locorum anguſtijs, tuo te conſilio deijciant. Atq; ſic Athenienſes ingenti prœlio nauali propè Syracuſas victi, & dolo inſuper Hermocratis decepti, cum exoptatam de nocte (epulantibus ſcilicet ob victoriam Heraclenſibus) per terram cum reſiduo diſcedendi occaſionem neglexiſſent, altero die â Syracuſanorum & Gylippi copijs, vias ac tranſitus fluminum cuſtodientibus, inopinatè præuenti, miſerè demū capti, ac ad vnū penè omnes trucidati ſunt. *Thucyd. lib 7. pag. m. 740.* Quam cautè verò Romani olim, ac hodie Turcæ exercitum ſuum mouere, iterque conficere ſoleant: de his videri poteſt ex *Bellono Obſ. lib 3. c. 32. D. Beſold. de arte belli, c 8. n. 2.*

cap.8. num. 1. pag. m. 126. De illis verò *Lamprid. in Alexandro Severo.*

Septimò. Quod ſi flumina traijcienda ſint, tunc vel maximè adhibenda cautio, ne diſiunctas copias hoſtis inuadat; Quod ſi verò iam hoſtes vlteriorem inſederint ripam, ſtratagemate fallendi ſunt, quali Alexander Magnus in hydaſpe & Indo traijciendo, hoſtes decepiſſe dicitur De quo *Curt lib.8.c 4 & 5. Plutarch. in Alex. Arrhianus lib.5 & Veget. lib. 3.c.7.* Cum etiam pons celeriter confectus, magnum ad victoriam momentum nonnunquam præbeat, ideo multæ fabrorum centuriæ, cum ſuo præfecto in caſtris eſſe debent, vt ſi quod opus ſit faciendum, maturè fieri poſſit. *Liu. lib. 1.* Quod ſi amnis vado tranſiri poſſe videatur, equites qui id tentent, præmittantur, eoq; inuento, ſi altior aqua ſit, quam quæ tutò à peditibus tranſiri queat, iumenta in flumine ſuprà & infra, quæ partim fluminis rapiditatem refringant, partim abreptos à vi & impetu, milites excipiant, ſubleuentq;, ſunt conſtituenda. *Dion Halic lib 4.* hac arte vſus Cæſar, Sicorim, cuius partem compluribus iam factis foſſis auerterat, ſuum exercitum incolumem traduxit. 36. Flumina qualiter traiicienda.

Et licet vbi flumen tranſeundum eſt, hoſtis aggeribus ripas munire ſoleat, ad eaſque vel præſidiarij milites collocentur, vel ad ſignum datum vicini accolæ conuocentur, arbores itidem ſuccidantur, ne Equites peruadere queant: multis tamen & veterum, & recentiorum exemplis eluceſcit, in bello tranſitum fluminum, & aditum in Inſulas verari non poſſe. Non enim ſemel in recentioribus ciuilibus Gallicanis bellis, cum flumina obſtiterunt, proreſtantes longis ambagibus ad ſcaturigines profecti, ibique tranſitum quæſiuerunt. Carolus V. in expeditione Gallicana, hac ratione ſecurum ſibi trāſitum fecit, ſemper exiguam aliquam præmittendo cohortē; & aliâ viâ fortiorem, quæ ſuccurreret priori ſubornando. *Ordinairemēt quand il enuoyoit quelque petite troupe aux champs, enuoyoit par autre chemin autre plus groſſe force, pour ſouſtenir les premiers. Bellay. lib. 7. fol 692.* 37.

Octauò. Cum vero plerumq; hoſtes, nouiſſimos in Exercitu noſtro adoriri ac carpere ſoleant, idq; præſertim ſi equitatu valeant, extremum igitur agmen fortiſſimorum virorum præſidio firmandum, eique acres in ferro duces præponendi ſunt. Quod ſi numero & robore equitum valeas, per campeſtria, aperta, minimè impedita loca, copias duces: Sin ſecus, montoſa, aſpera, ac difficilia itinera ſequi debes. Hæc enim eſt vna ex Imperatoris virtutibus, noſſe, vt ait *Xenophon. in Hipparch* lo- 38 Extremū agmē benè muniendum.

ca, vbi eques à pedite, & pedes ab equite facilè vincatur: vt hoc modo omnes, & tuas & hoſtium vires, noſcas, ſi victoriā potiri velis. Videantur hac de re elegātes diſcurſus. *Vincentii Caſtellani de Offic. Reg. lib. 4. c. 56. & ſeqq. Amirat. lib. 13. diſc. 6. & 7.*

DISCVRSVS. XXI.

DE CONSILIIS OBLIQVIS, SIVE DE varijs ſtratagematum ſpeciebus.

1. **Quid ſint obliqua conſilia.**

Obliqua conſilia & occulta, ſunt ſtratagemata, quorum vis propriè in arte ſolertiaque poſita, proficit, tàm vbi cauendus, quàm vbi opprimendꝰ hoſtis eſt. *Front. in præfat. tract. de ſtratag.* Et licet multi cū Achæis cenſentibus, neq; ſplendidam, neq; firmam vllam victoriam dicant, niſi quis palam, & ex condicto depugnans, animos quoque deiecisset aduerſariorum. *Polyb. lib. 13.*

2. **Huiuſmodi cōſilia multum proſunt.**

Certum tamen eſt, quod huiuſmodi ſagacitates & conſilia tempeſtiuè adhibita, ad res feliciter gerendas, erigendosque militum animos maximum habeant momentum: Quæ tametſi quidem in cæteris actionibus, non vſq; adeò præclaram mereantur laudem, in rebus tamen bellicis tantum abeſt, vt improbentur, vt etiam ad famam & gloriam Ducis militaris maximum addant decus atq; ornamentum. Sic Lyſander ille Lacedæmon prudens & ſagaciſſimus, tantum ſtratagematis ſuis, quantum robore & copijs effecit: Cuidam id exprobranti, quando reſpondit, nihil proficit leonina, induenda eſt pellis vulpina. Vnde S. *Auguſt. ad Ioſ. 8. verſ. 2.* Vbi Dominus Deus Ioſuæ ciuibus Æmiticis inſidias ſtruere madauit, *quæſt. 10.* reſpondet; Nihil ad juſtitiam intereſſe, cum juſtum bellum ſuſceperis, vtrū apertâ pugnâ, vel inſidijs vincas: Sicuti *2 Samuel. 5 verſ. 23.* Dominum Deum Dauidi, vt à tergo adoriretur Philiſtinos, præcepiſſe legimus.

3. **Romani & alii vtebantur ſtratagemate.**

Ideóque eorum vſum tam apud Romanos, quam cæteras gentes frequentiſſimum, imò ſummè ſemper laudatum fuiſſe, paſſim teſtantur hiſtoriæ. Romani enim bonum dolū vocitabant, & pro ſolertiâ hoc nomen, maximè ſi aduerſus hoſtem, latronemue quis machinaretur, ſumebant. Teſtis eſt I. C. *Vlpian. in l. 1. ff. de dolo.* huius verò rei rationem Spartani, qui

etſi

etſi pugnaciſſimi fuerint, ſuggerendo, digniorem tamen magiſq; conuenientiorem homini actionem, ratione & mente inſtitutam, quàm illam per vim ac robur eſſe cenſuerunt. Exinde poſtquam ſtratagemate hoſtē ſuperaſſent, bouem, cum verò vi apertâ, Gallum Marti ſacrificabant; Et cauſam quidē *Plutarchus in Inſtitutionibus Laconicis* ſubnectit, Quod nempè per hoc belli duces, non modò vt fortes ſint, ſed etiam vt calliditate, quæ in Imperatoribus requiritur, ad ſtratagemata polleant, aſſuefacere vellent. *Crag. lib. 3. de rebus Laconicis. c. 15.*

Atque de huiuſmodi belli dolo, vulgatum eſt illud *Virgilii Ænead. lib. 2.* 4.

Mutemus clypeos, Danaumq́ insignia nobis
Aptemus. Dolus an virtus, quis in hoſte requirat.

Prudentia enim ſingulari hoſtis eludendus & debellandus eſt. *arg. c. 2. verſ. Prudenter: & ibi gloſ. diſt. 43. Gentil. lib. 2. c. 8. Vnde Silius Italus lib. 5.*

Bellandum eſt aſtu, leuior laus in Duce dextra.

R. P. Conzen. lib. 10. polit. c. 18.

Modo tamen hiſcè ex compoſito inſtitutis rebus, non tantum temporis, loci, modi, & perſonarum exacta obſeruetur ratio, ne alias totum cœptum inutile reddatur nobis & periculoſum. *Polyb. lib. 9.* Sed etiam vt omnis perfidiæ abſit nota, nec boni doli egrediantur termini. ex *D. Hopink diſput. de iure protect. concl. 40. lit. f. D. Mart. Magerus de aduoc. armat. c. 12. n. 89. fol. m. 251. R. P. Layman Theolog. Moral. lib. 2. tract. 3. c. 12. n. 10.* 5. Stratagema non excedat terminos honeſtatis.

Hinc eſt, quod hoſtium duci datam fidem violare, veneno vel aliter inſidias eius vitæ ſtruere, apud honeſtiores minus juſtum ac æquum habeatur. *Reuſn. in ſtratag. lib. 2. c. 5. quæſt. 4.* Aut ſi incendiarij, vulgo Mordbrenner/ emittantur, victualia, fontes, putei, ac paſcua, toxico, ex crudeli temeritate ac odio, conſpergantur. *De quibus fuſè D. Beſold. p. m. de bello. c. 5. n. 11.*

Et quidem inter illuſtriora ac vniuerſaliora ſtratagemata, quibus Populus Romanus prouincias ſibi ſubactas, Reipublicæ Romanæ ſimiles reddiderit, memorat *Zinanus* ſequentia. Romani, inquit, vt Latinam Politiam vniuerſus mundus admitteret, quatuor præſertim modis artificioſis vſi ſunt. Primus fuit, quod ſemper & belli & pacis tempore, cum in prouincias recens acquiſitas, tum in amicas, milites, & miniſtros è ciuium ſuorum nomine electos, miſerint: Ita enim euenit, vt populi cum ipſis tractare neceſſe habentes, ob comitatem inde adortam, & linguam & mores Romanos imitarentur, quo tan- 6. Romanorũ præcipua ſtratagemata

quam

quam ſtratagemate vel Barbari ipſi affectati ſunt, vt Romani fierent. Secundus, quod varijs in locis varias colonias exſtruxerint, Græcos vtramq; ita Siciliam implentes, in hoc imitati: nec id ſolum per Colonias effecêre, vt rudes feroceſq; humanitate & elegantiâ percolerent, ſed vt per incolas etiam populi ſubjugati edomarentur. Tertius, quod omnia magni momenti negotia in vrbe ad ſe traxerint, quo alienigenæ propterea Romam ire coacti, ibidemq; res ſuas tractantes, qualitates Romanas induerent. Quartus, quod vel vnum vel alterũ ſolum, vel vniuerſum populum, ne diuerſos amplius mores tuerentur, ciuitate Romanâ donauerint, vel amicorum vel confœderatorum titulo inſigniuerint. *in tract. de optimè imperandi ratione lib 6. c. 4. fol. m. 369.*

7. Vt quis ſemper hoſte ſit ſuperior.

Alterum eſt, qualiter Princeps per artem omni hoſte ſuperior eſſe poſſit, vbi quidem ſpecialiter quatuor obſeruanda traduntur. Primum, vt vbi Princeps virtute debilis eſt, non ſtatim Status diminuatur; ſæpè enim numero Imperij molem imminuere ſufficit, id quod multi fecêre. Theopombus Imperium imminuebat; At Sparta proprias vires ſuas retinebat. Hoc modo ſe ſapiens gerat, ſciens melius eſſe diminutione ita procedere, quam Imperium cum Statu labefactare. Secundò, vt omnes artes inutiles ac nõ neceſſarias, quibus ciues detinentur, exterminet, nihilominus autem ciues robuſti exiſtẽtes, in rè bellicâ inſtituantur, vt ad juuandum Principem in rebus magni momenti idonei fiant. Tertium, vt aſſeclas ac ſequaces ſibi comparet: quod quidem multis tàm licitis, quã illicitis (quos ſequi tamẽ nefas eſt) modis fieri, & à nonnullis callidè practicari ſolet: Si nimirum vel ſtipendiũ hoſtibus ſuis ſoluant, efficiantq; vt tandem ſui fiant; vel ſi ſuos furtis nutriant, vt Vriatus, Cracotta, Ticfarinus & ſimiles alij; vel quidlibet in vrbe audendi æquam ipſis poteſtatem tribuant, veluti Catilina; vel religionem nouam proponãt, vt Machometes, & cæteri Hæreſiarchæ: vel hos defendant, vt Turca illum, alij hos; vel plebi abblandiantur, vt Dionyſius, totq; Tyranni alij; vel nobilitatem defendant, à quâ actione Ariſtoteles Statum regium promanaſſe cenſuit: vel præſidium ac cuſtodiam ab exteris impetrẽt, vt Piſiſtratus, (& hodie Reges Galliæ, & alij plurimi ab Heluetijs); vel injuſtã læſionem vlciſcantur, vt Appianus hoc modo Piſas occupans; vel Aſylum aperiant, vt Romulus; vel Deorum contemptores caſtigẽt, vt Philippus Pho-

cenſes; vel ad arma publica concurrant, vt Cæſar; vel patriam defendant vt Pompeius; aut alijs deniq; modis; quos tamen omnes mirè excedit amor, quē ſibi Princeps conciliat; ſeu beneuolentia, quâ omniũ animos ſibi obſtringit. Quartò vt fœdera Princeps ordiatur: (de quib⁹ ſuo loco) *Idē d.tract. l.12.c 4.f.m.860.*

8. Ars ſibi cõtra ignota artificia proſpiciēdi.

Aliud etiam ſtratagema ſupereſt: quando nimirũ artificiorum authores in celandis ijs adeò, vt nullo modo inueſtigari poſſint, laborãt. Tunc inimici, maiori quidem vigilantia, quo modo omnē artificiorũ etiã incognitorũ efficaciã adimant, tribus hiſce artibus conari ſolent. Quarum prima eſt, vt dũ inimicos technis ad quorundã animos ſuorũ irretiendos, vbi depræhendunt, ipſi è contra varia impedimenta, quibus animi illi rurſus auertantur, immiſceant; quemadmodum ſimili arte Spartanos contra Athenienſes in Potidææ obſidione vſos fuiſſe, refert *Thucyd.* Secunda eſt, ne vnquam quidem, quo non in tranſennam ducantur, confidunt, nec alijs confidere ſolent, propterea vt vel eius, à quo offendi poſſunt, authoritas imminuatur, vel ipſe inimicis ſuſpectus reddatur; atq; hac arte Antiochus contra Hannibalem incedere voluit, quando illũ nec ei⁹ arcana reuelaret, in conſiliũ nunquã adhibebat, neúe in caſtris authoritate ſua factionē moliretur, eũ ſe parui pendere, nihilq; curare ſimulabat, quo Hannibalē amicis omnib⁹ ab eo alienatis debilē, & ad rerum nouarum molitionem in campo ineptum reddidit. Tertia in eo conſiſtit, vt de nouo quodam artificio fictè fama feratur, qua hoſtiũ amici tantã perfidiæ ſuſpitionē ſuſtineant, vt præ timore ſuos deſerant. Fama enim in noxijs cœptis validiſſima eſt. Tacit. Atq; hoc artificiũ Philippi II. Auſtriaci Hiſpaniarum Regis aduerſarij, in dirigendis in Galliã rebus exercuêre. Is ſicuti aliud nihil præ ſe ferebat, quàm vt Catholicus quidã Galliæ Rex eligeretur, id quod etiam credi poterat, Ita aduerſarij artificium hoc eſſe, atq; ſecum doloſè agi, animumq; ipſius in diuidenda Gallia in paruos dominatus, quibus poſteà pro viribus ſuperior ac arbiter eſſe poſſet, hærere ſpargebant: Et quidem tantum huic opinioni tribuebat quiſpiam, vt tam bonum Regem, tam inſignis machinæ fabrum & magiſtrum, rerumq; doloſum artificem fuiſſe, affirmaret. Hæc atq: alia maledicta inimicis per Galliã effutientibus, Rex ſapientiſſimus animo voluens, quod ſæpè etiam id, quod falſò creditum eſt, veri vicem obtinuerit, armis regnum iſtud liberauit, præſentem conatum irritum eſſe cen_

ſens· Vndè famâ tam artificioſè ſparſâ, nullū impoſterū arma Hiſpanica apud Gallos effectum dare potuerunt: *Vide Ziman. d. lib. 1. c. 4 fol. 31. & ſeq.*

De factionibus itē inter hoſtes alendis, ex damnata Machiauelli doctrina ſequentia recenſet *Boterus.* Quod ſi hoſtē ait, in ſua terra præuenire aut offendere, vel alium potentiorē contra eundem concitare non poteris, aliud reſtat ſubſidiū, ſi nimirum mittantur clancularij, qui in hoſtis aut finitimorum ditione, turbarum & factionum ſemina ſpargant: aut cū conſiliarijs, capitaneis & optimatibus, qui gratia & authoritate apud Principē valent, clandeſtinè contrahāt, vt ſuo Principi expeditionem aduerſus nos diſuadeant, aliorſum inflectant, aut executionis morâ, conatus eius irritos reddāt, aut alijs modis dehortando & auiſando auxilietur. Quod ſi clandeſtinæ huius technæ ſucceſſus adeò fœlix ſit, vt ſeditiones, proditiones, alioſue tumultus hoſti minari videatur, tunc ſanè res ſollicitātis in bono ſunt conſtitutæ loco: hoſtis enim de inteſtinis cladibus anxius, intacta aliena relinquet: Eoq; ſtratagemate Reginam Angliæ Eliſabetham, tam contra Regem Hiſpaniæ in Flandria, quam aduerſus Regem Galliæ, ære conſilioque vſam fuiſſe, atq; mediante illo incendium de ſuis ædibus feliciter auertiſſe, memorat idem *Boter. lib de mod. opt. admi. Imper. lib. 6. c 8. f. m. 217.*

9 *Hannibalis ſtratagemata.* Ad particularia autem perueniendo, ab Hannibale fortium virorum primipilo, & cuius pro rei magnitudine calliditates narrari, nec ſufficienter admirari poſſunt, initium faciamus: Is enim, quod verè affirmare licet, nunquam manus conſeruit, nunquā velificatus fuit, quin robur & vires aſtutiis, arma ingenij perſpicacitate attemperârit. Dexterrimè ea adhibebat vbique locorum, petita ex ſitu & ratione regionis, loci, montium, vallium, ſyluarum, ſolis, ventorum, temporis, aliarumq; rerū circumſtantia. Sic Cannenſem populi Romani aciem ſpeculatus, priuſquam ad dimicandum deſcenderet, compluribus aſtutiæ complicatam laqueis, ad miſerabilem perduxit exitum: ante omnia enim prouidit, vt & ſolem & puluerem, qui ibi vento multus excitari ſolet, auerſum haberet; deindè partem copiarum ſuarum, inter ipſum prœlij tempus de induſtria fugere juſſit, quam cum à reliquo exercitu abruptam legio Romana ſequeretur, trucidandam eam ab ijs, quos in inſidijs collocauerat, curauit.

Poſtremò 400. equites ſubornauit, qui ſimulata tranſitione adierunt Conſulem, à quo iuſſi more transfugarum, depoſitis armis in vltimam pugnæ partem ſecedere, hi vero diſtrictis gladijs, quos inter tunicas & loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum cæciderunt.

Verum vt alia ſexcenta de illo commemorata ſtratagemata, & qualiter Romanam claſſem adortus, ſerpentes fictilibus vaſis incluſos in hoſtem, nihil tale ſperantem, eiaculatus fuerit, & inſperatâ formidine concuſſos in fugam verterit, ſilētio prætercam, notabile illud quidem fuit. Cum aliquando ſaltū Caſſinatem petere ſe putans, vt illic commeatus ac pabulationem copioſius haberet, per ducum errorem Caſilinum ſe deductum inueniret, vbi propter loci iniquitatem ac ſimul ſterilitatem, inſeſſis à Fabio montibus breui cum exercitu periturus videretur, nempè, vno tantum aditu per Vulturni curſū ad mare patefacto. Nonne ſupra humanum ingeniū euadendi indè, quā iniuit Hannibal, ratio fuit? Quis enim putaſſet, alligatis ſtramentis ad boum cornua, incenſiſq; Romanos milites, qui fauces eius vallis inſidebant, ita terreri poſſe, vt locū deſererent? atque ipſum Fabium Hannibalis antea dolis inuictum, tunc hoc ludibrio capi, ita vt indè egrediundi libera Hannibali facultas relinqueretur. Hac igitur caliditate qui ſpem amiſerat armorum ope euadēdi, nullo effuſo ſanguine, ne tentatâ quidem pugnâ, liberè euaſit. *Liuius lib. 2. dec. 3.* 10.

Non minus etiam laudis merita eſt ea ratio, quam Epaminondas aduerſus Lacedæmonios iniuit, cum vtraque acies ſolum exſpectaret confligendi ſignum, Ipſe autem ante aciem, magnorum equorum numerum excurrere iubens, ita vt concitato ingenti puluere, non ſolum hoſtiū conſpectus adimeretur, ſed etiam per id tempus in acie ſua ordines tā aſtutè immutaret, vt cum poſtea decertandum eſſet, ipſe à tergo in hoſtes id minimè aduertentes, impetum facere, atq; hoc modo ſibi victoriam facillimè comparare potuerit. 11. Epaminondæ contra Lacedæmonios.

Huic ferè ſimile eſt, quod de Lucio Papirio Curſore proditur. Cum enim aduerſus Samnites diro admodum prœlio decertaret, antè initam pugnam iuſſit Spurium Nautium ad hoſtium terga, occultis itineribus, cum iumentis ac mulis caſtrenſibus, inſidentibus ijs militibꝰ in medio ardore pugnæ, quantum maximè poſſet, puluerem excitare: Cumque Nautius in tempore adfuiſſet, & à tergo hoſtium puluerem 12 Papirii contra Samnites

excitaſſet, mulis ipſis trahentibus frondentes ad caudam ra-mos, qui puluerem excitarent multò maximum: Hoc uiſo Papirius ſublatâ voce, vt hoſtes quoq; exaudirent, Captũ eſt, inquit, Cominium, Collega aduentat Caruilius (obſidebat enim tum temporis Caruilius Samnij vrbem Cominium) An paſſuri eſtis milites gloriam pugnæ huius apud Collegæ exercitum fore? Quo dicto vt hoſtium conſternauit animos, ſic adauxit ſuis, incenditq; gloriæ cupiditate. Confeſtimq; aſceſo equo, ſignum dedit equitibus, vt in aciem ſe inferrent hoſtium, quacunq; ipſum erectam quatientem cuſpidem vidiſſent. Atque haud multò poſt artibus his hoſtium exercitus cæſus, & in fugam verſus eſt.

13. Stratagemata reddunt milites attētos.

Et certè vix quidquam eſt, quod Duci maiorem nominis exiſtimationem adferat, vehementioreſque ſtimulos addat militi, & ad amandum Principem, omniq; ope, ſerio juuandum, melius conducat, quam huiuſmodi aſtutijs contra hoſtem ſuum, ſæpius decertare: Quamobrē non immeritò, vario rerum vſu exercitatam ſapientiam, ingenijque dexteritatē, in belli Duce requiri auent, vt quamuis ipſe ſtratagematis vti nolit, hoſtem tamen ijs, quæ fortè ſibi non incommoda duxerat, anteuertere poſſit. *Boterus, d lo, lib. 9 c. 20. fol. m 356 & ſeqq.*

Ac horum quidem ſtratagematum ſpecies hodierno etiam tempore maximè obſeruari, & pro circumſtātiâ temporis locique, à prudentioribus belli ducibus vſurpari, videmus.

14. Ser: Elector Bauariæ, qualiter milites Ratisbonam immiſerit.

Poſteaquam enim Auguſtam Vindelicorum, læti & congratulantes victorias, ciues vltrò Regi Suecıæ tradidiſſent, & in verba Rgis, tanquam legitimi Domini juraſſent, hoc damnum Sereniſs: Bauariæ Princeps & Elector Maximilianus, vt alia æqualis nominis vrbe compenſare poſſet, atq; de fide ciuium Ratisbonenſium, Auguſtæ exemplo doctus, vicino Guſtauo Adolpho dubitandi cauſam haberet; omnes aduerſæ machinationis vires abſcindere, ſequenti ſtratagemate cenſuit. Cum itaque Ratisbona pauculas ad inſtantiam Ducis cohortes, prius ſinu recepiſſet, ad templum ciuibus digreſſis, vna cohortum, quaſi ad exercitium foras gradiebatur, ſed vt in portâ fuit, ſubſtitit, & vigiles omnes cœpit. Tum dato ſigno nouem equitum, ad hoc foris excubantes turmæ, pernicibus equis in portam, & in vrbem delatæ, præcipuas regiones vrbis perequitauêre, nec antè arma poſuêre, quàm ciues diſarmaſſent. Hocque (vt ſperauerat) Sereniſſimus in-

telligens, toto mox exercitu Ingolſtadio Ratisbonam terrâ fluuioque venit, & quod ad muniendam vrbem opus videbatur, non intermiſit, &c. *Waſſenberg. de bello Suec. pag. 289.*

Laudabili etiam ſtratagemate Vdenhemium ſeu Philippolim, fortalitium ad Rhenum celeberrimum, â Suecis antea fame occupatum, & Gallis in ſedem belli traditum, poſteaquam D. Colonellus Caſpar Bambergius, (ſub Cæſarianis eius loci tempore præterito præfectus,) negligentius cuſtodiri aduertiſſet, facili negotio, & æternâ nominis ſui laude recuperauit: fideliſſimos enim ſibi milites ruſticorum inſtar, veſtijt, & ligna, annonamque in vrbem comportare juſſit. Faciũt illi hoc cautè, vt erat imperatum: ſic triginta ingreſſis, noctu concretas glacie foſſas, vallumque ſubito ſuperans, vigiles trucidauit. Tum illi vrbe clauſi milites, malleis ſecuribuſque portas aperientes, centum leuioris armaturæ equites introduxerunt. Hos reliquæ mox copiæ ſequebantur: tum in præſidiarios irruentes, mille quingẽtos Francos jugularunt, & munitiſſimum illum, ſine ſanguine locum recuperauêre. Non facilè dictu eſt, quæ ibi bellicarum rerum, quæ annonæ copia fuerit. Centum viginti machinæ grandes; quadraginta millia nitrato puluere plena vaſa: vigeſies centena coronatorum millia, in ſtipendia copiarum deſtinata: ter centena frugum plena ſaccorum millia: centum frumento plenorum ſaccorũ millia, centum millia ſaccorum farinâ plenorum, duodecim millia ſaccorum plenorum ſale, vnico in hoc oppido Auſtriacis ceſſerunt, vt non parum hoc damno Francica eneruata fuerit militia. *Waſſenberg de bello Franciæ. pag. 382.* 15. D Bambergius quo modo Vdenhemium â Gallis receperit

Non minori etiam aſtutia Parmæ Dux, 3. Ianuar. An. 1637. vſus. Poſtquam enim fruſtra Gallica ſubſidia præſtolatus, ſanioribus vſus conſilijs, re adhuc integra, Hiſpaniarum Regi, antequam debellaretur, conciliari maluiſſet, conficiendæ verò rei, ob Gallos in præſidijs Placentiæ & Parmæ, adeoque in ipſis principatus viſceribus conſtitutos, difficultatem inueniſſet, Armiluſtrium Francorum ſimulat; & quo maximè pellicere poterat, ſtipendia militi ſolutura promittit: itaque vaferrimi mortalium Galli, extra vrbium ſuarum munimenta, in campum pelliciuntur: Tunc Illuſtriſ: Parmæ Dux, Gallorum Chiliarchis conuocatis, de Chriſtianiſſimi Regis inanibus promiſſis multum queſtus, confœderationis ſuæ articulos prælegit, & nihil horum vnquam ſeruatum demon- 16. Quo aſtu Parmæ Dux ſe â gallico præſidio liberauerit.

ſtrauit. Hoc ipſos Tribunos non ignorare, & præſentes ſuas anguſtias ſub oculis eſſe, hinc conſultius ſibi viſum, dū equis conditionibus poſſet, renuntiato eorum fœdere, cum Hiſpaniarum Monarchia paciſci. Atqui ne de munificentia ſua queri poſſint, debita ſtipendia militi ſoluturum. Dixit, fecit, & pecuniarū gratijs, anxia Francorum pectora nonnihil recreauit, liberaliterque donatos, paulò poſt Hiſpanorum præſidio tutos, Montisferratum verſus dimiſit. Sic Illuſtriſ. Parmæ Dux, ſua exonerata Prouincia, cum Auſtriaca domo facilè conuenit, & ablata omnia, quod bello non potuiſſet, æquis legibus recuperauit. *Waſſinberg. de bello Franc. pag. 402.*

17. Comes Herbersdorffius qualiter ruſticos rebellantes fefellerit.

Similiter Comes Herberſdorffius, vt importunos nuper ſupra Ænum Auſtriæ rebellantes, & Lincium obſidentes ruſticos luderet, ferociam ſtratagemate riſit. Tormenta enim in arce ibidem omnia, ad murorum hiatum dirigebat, vrgentibusq; impetum ruſticis, præſidiarijs, vt in ciuicas retrò domꝰ paulatim cederent, donec erumpendi tormento ſignum faceret, imperabat. Seruant imperata milites, & inſtantibus ruſticis, paulatim dilabebantur in ædes. Creſcit in pugnantibus animus, & obſeſſorum languore proficiunt: tandem oculis tota oppidanorum manus ſe ſubduxit. Illi ad arcem confugiſſe rati, certatim magno numero ruſtici, applicatis ad hiatum ſchalis, aſcendunt, inuicem quaſi de ſua iam vrbe læti gratulantes, & gloriam primò occupatæ vrbis inuicem inuidētes, cum rixis & liuore ingrediebantur. Vſq; dum ſexcentis jam ingreſſis, ſignum Comes tormento dediſſet. Tunc enim crebro tormentorum vomitu ruſticos fœdauit, hiatum obſeruauit, vt à foris ingrediendi, ingreſſorum exeundi, nulli concederetur facultas. Exurgunt illicò in agricolas, accepta teſſera, milites, & magno fertiore aggreſſi, fœdāt omnes ruſtico ſanguine vias, barbas vellunt, & myſtaces, auriculas nareſq; ſcindunt. Et deniq; ſexcenti illi generosè ingreſſi ruſtici ſtrangulantur, vnis quadraginta exceptis, quos vix magno labore Comes ab irruentium manibus vindicauit. Interim vbi occidentium & morientium tumultum, mutilatorum & mutilandorum eiulatum foris audiuiſſent ruſtici, non omnia ingreſſis proſpera facilè ſuſpicari poterat, hinc attoniti & paulisper immoti hærentes, poſteaquam ſpiritum nonnihil recepere, metꝰ ſucceſſit: igitur foſſis, vallo, & proximo vrbis propugnaculo, ac relictis duobus æneis tormentis, præcipiti fuga, ceſſerunt,

quæ

quæ ocius præſidiarij occupauêre. *Waſſenberg. de bello Auſtriaco ſecundo pag. 141.*

Non minus in celeberrimo illo ad Nordlingam 6. Septē. Anno 1634. commiſſo prœlio, vbi nullibi ferè maioribus animis concurſum eſt, ſtratagemata geminum virtuti dolum addidêre. Cum enim Cæſariani ventum ſuis habuiſſent à partibus, propugnaculum grande, cuniculis, capacibuſque ſpeluncis à fundamento cauum, nitrato pulvere farcire, & paulatim deſerentes, vltrò Suecorum ferociæ locum facere cœperant: Vnde hi mox ingreſſi, non vnà cohorte vi pulueris lacerati, Vulcano aëriquè conſecrati ſunt; atque paulatim non ſolum turbari omnia, cum arena, fumus & puluis in oculos ferreretur: Sed commodè etiam Generoſiſſimus Comes Melchior Hatzfeldius, Generalis Machinarum Magiſter, quinquaginta amplius tormenta, minutiſſimis ferri plumbique globulis onerari & in hoſtem priori adhuc caſu attonitū, puluere inſuper fumoque cæcum, iaculari juſſit: quod tantam dedit ſtragem, talemque cauſauit fumum, ac horrorem, vt hoſtes quo ſe verterent neſcij, ſerenitatem præſtolarent vt pugnarent. Interim beneficio fumi, ab Auſtriacis cincta Suecorum acies, à tergo, à fronte, à lateribus premebatur: vt iam non pugna eſſet, ſed cædes. Equitatus hoſtium, poſtquā diſcuſſo nonnihil fumo rem proteſtantium perditam vidit, fugere conabatur: Sed ab Illuſtriſſ: Carolo Lotharingiæ Duce, & Generoſo D. Ioanne de Werthio, à Croatis & Hungaris repellebatur cum fœda clade, Peditatus internitione ferè deletus fuit, adeò vt Illuſtriſſimos Ferdinandos, Cardinalē nempe Hiſpaniarum Infantem, ac Hungariæ, Bohemiæque Regem, tanti ſanguinis humani nauſea ſubiret: Duodecim enim Suecicorum cadauerum millia campum texêre, ſex verò hominum millia, cum campi Mareſchallo Comite Guſtauo Hornio, & quatuordecim legionum Tribunis, octoginta itē machinæ grandes, quater mille currus, decies mille equi, trecenta militaria ſigna, & tanta præda ac diuitiæ, quantas nec auariſſimus deſideraſſet, invictrices man⁹ peruenêre, nec amplius, quam mille ducenti à parte Cæſarianorū deſiderati fuerunt. *Waſſenberg. de bello Suec. pag. 342.*

18. D. Hatzfeldii ſtratagema in Nordlingenſi prœlio.

DISCVRSVS. XXII.

DE OBSIDIONE, CASTRIS, ET Excubijs,

1. Obſidiones non temerè ſuſcipiendæ.

OBſidiones quantumuis ſæpè, & quidem hoc tēpore in tantâ hoſtium pertinaciâ, neceſſariæ, nunquam tamen temerè ſuſcipiendę ſunt: magnorum enim exercituum cæmiteria (ſecundum militare prouerbium) plerumq; eſſe ſolent: Vnde Franciſci Guiſij Ducis apophtegma fuit. *Che vn Capitano intento à grande impreſa, non ſi deue facilmente impegnar in aſſedii di cità, & di piazze forti. Marnix. reſol. 21. ſect. 8.*

2. Obſidiones hodie aliter fiunt, quã olim.

Verum cum magnâ ex parte immutata ſit rei militaris ratio, quod in oppugnationibus penè omnia hodie in tormētis æneis conſiſtāt. *Caſtell. de officio Regis. lib. 2. c. 8.* Olim verò ita conſtitutæ fuerint, vt muro circumdarent caſtrum, vrbemq; obſeſſam arboribus ſectis, aggeribus, alijſq; modis circumſeperent. vt videre eſt apud *Thucyd.* in obſid. Platæenſi & Syracuſanâ. *lib 2. & 6. Ioſeph. to. 2 fol. 239*

3. Regulæ hodiernæ obſidionis.

Igitur omiſſis huiuſmodi antiquis & obſoletis, munia illa, quæ tàm ex parte obſidentium, quàm obſidendorum & obſeſſorum, ſint obſeruāda, ex D. Beſoldo *de arte belli. c. 8 n. 8.* (qui illa ante aliquot annos ex Gallica in vernaculam noſtram linguam tranſtulit) ob eius præſtantiam, & quotidianum vſum maximè cum nupera Belgica, & Gallicana belli gerendi ratio, magis ſtudeat munitionum occupationi, quàm vt prælij aleam tentet, aliquantò fuſius referre, operæ prætium erit.

4. Exempla multum iuuant.

Ob wol ſelbiger / ſo deß Kriegsweſens nicht erfahren / ſchwerlich etwas mit grundt darvon ſchreiben kan / ſo iſt jedoch beneben zumahl diſes gewiß / daß die Wiſſenſchafft alter vnnd newer Exempel / auch über die maſſen viel dienet: Die experientz braucht lange weil / wann man jhro nicht mit etlichen præceptis, ſo ebenmeſſig auß der experientz gezogen / zu hülff kommet; doch ſeindt die newe Inuentiones, vnd gar zu Künſtliche machinæ in keinen weeg zu loben / weiln ſie gewohnlich wenig außrichten / vnd zu nichts werden / Wie *Guicciardinus* zu End deß Eylfften Buchs erwehnet. Ehe Carolus König in Franckreich / vnd der Achte diſes Namens / in Italiam gezogen / ware nicht allein die Manier zu Kriegen viel anderſt / als man ſie

hernach angeſtellt; Sonder man köndte auch fürnemblich die Stätt gegen einer Belägerung leichtlich auffhalten / mehr / weiln man nit wüſte ſolche einzunemmen / dann daß man ſelbige beſſer als heütigs Tags defendiren köndte.

Sobald man aber das groſſe Geſchütz etwas beſſers tractiren / Vnd damit die Vöſtungen zu beſchieſſen gelehrnet / ſeindt auch ſehr veſte Stätt mit ringer mühe eingenommen worden. Geſtaltſame von diſem allem Oberwöhnter *Guicciardinus lib. 15.* außführlich handlet. Anheüt iſt die Kunſt einen Platz anzuſpringen / oder zuverthädigen ſehr hoch gelangt / vnd ſicht man darauß was die Kunſt vermag / auch wie der ſtärcke mit Kunſt zu helffen. 5.

Poſt inuentionem tormentorum obſeſſæ ciuitates facilius capiebantur.

Claude Flamant, ein berühmter Ingenieur, haltet in ſeinem von diſem Handel / außgefertigtem Frantzöſiſchem Tractat darfür / daß 500. Perſohnen / ſo alle Notturfft an der handt / in Acht Tagen mit Holtz vnd Erden ein ſolch Fort machen / daß 10000 Soldaten / ſolches wohl 6. Monat Belägern / vnd zuvor nicht einnemmen ſollen. 6.

Wie wenig vnſere Voreltern / beedes zubelägern / vnd einen Platz zu defendiren gewuſt / geben die koſtbare Mauren vnd Thürn der Alten / auch fürnembſte Stätt / ſo aller Kriegs Reguln zuwider gebawet / überflüſſig zu erkennen. Vnd bezeugt die erfahrung / daß ſonderlich die groſſe Quaderſtuck / deren man ſich etwann bedient / vnd vnſäglichen Koſten darauff gewendet / wann ſie von den groſſen Stucken zerſchmettert / den Belägerten ſelbſt mercklichen ſchaden thun / vnd die Vmbſtehenden beſchädigen / auch bald ein Loch in die Mäwren machen; Da hingegen die gebachene / oder andere kleine wohl zuſammen gemaurte Stein / als bey welchen dergleichen nicht zubefahren / viel beſſer ſeindt: Wie vor Zeiten Demetrius, weiln Er viel Vöſte Stätt eingenommen / mit Gewalt vnd Kunſt erobert / Poliorcetes zugenant worden. *Plutarch. in vita fol. 395.* Alſo hat Vnſerer Zeit in künſtlichem Belägern / der Printz von Parma faſt den Ruhm vor andern erlangt. 7.

Es wirdt ingemein darfür gehalten / daß in Anno 1569. die Proteſtierende viel beſſer gethan / wann ſie vor Poitiers, gleich zu anfang der Belägerung / alle Ort / da man der Statt (die ſonſt mit hohen Bergen vmbgeben) in der ebne zukommen können / mit Gräben vnd auffgeworffner Erden wohl verſehen / vnd zu jedem ein genugſame anzahl Fußvolck verordnet hetten / welche mit hülff der Reütter / ſo jedeß mahls Wacht gehalten / leichtlich verhütet / daß kein Menſch ein: oder auß der Statt kommen / vnd deß Königs Brudern / ſo damahln zu Feld lage / jhren Zuſtandt anſagen / oder von ſelbigem den Belägerten was endern / zumahl durch diſes Mittel alle 8.

entſatzung/ſo den Belägerten nicht wenig zu ſtatten kommen/ leichtlich geſchlagen vnd zertrennt werden mögen.

9. Modus veterum in obſidē da ciuitate.

Alſo haben etwan die alten Griechen/ Macedonier/ vnd andere Kriegeriſche Völcker mehr/ auch die Römer ſelbſten im brauch gehabt/all vnd jede Stätt/ſo ſie belägert/ mit tieffen vnd weiten Gräben/ auch dermaſſen mit wohlgemachten Schantzen zu vmbgeben/ daß vermittelſt deren/ alle die jenige/ ſo auß oder in das belägerte Orth zukommen vermeinten/ vnſchwehr verhindert wurden. Es iſt auch mehrmahln geſchehen/ daß man ein zimliche anzahl in dergleichen verſchloſſenen Lägern gelaſſen/ vnd vnder diß nichts deſto weniger mit dem gröſten Heer/ an andern Orthen was nambhafftigs verricht; Vnd dergeſtallt iſt von Gothofredo Bullioneo die Statt Antiochia, vnnd lang zuvor von Iulio Cæſare die Statt Alexia (*Plutar in vita fol 244.*) Belägert worden.

10. Alphonſus Arragonenſis expertus hac in arte.

Alphonſus von Arragon (ſo mit ſeiner Mannheit vnd Verſtandt das Königreich Neapolis vnder ſich gebracht/ dabeneben aber der alten Kriegskunſt nicht wenig nachgefolget/ auch deßwegen mit groſſem Koſten viel Griechiſche Authores in das Latein bringen laſſen.) Als er die Statt Auerſam einbekommen/ doch das Schloß (welches nicht allein an jhme ſelbſt vnüberwindtlich/ ſondern auch mit allerhandt Vorrath nach notturfft verſehen geweſen/) Jhme noch vorgeſtanden/ hat er ſelbiges ſeinem Obriſten Raimundo Bouillio, nachfolgender maſſen zu belägern/ vnd nemblich auſſerhalb der Statt/ zimlich weit von der Belägerten Schloß/ vnd ſo fern daß man mit Handtrohren dahin nicht reichen köndt/ einen dicken Wahl auff zuwerffen/ zumahl ein Graben/ ſo Zehen Schuch breit/ vnnd Zwölff tieff machen/ auch diſen Wahl mit vielen Thürnen zubewahren/ befohlen. Etwas weit davon iſt noch ein ſtörcker vnd höher Pollwerck mit ebenmeſſigen Thürnen vnd einem Graben/ ſo dreyſſig Schuch hoch/ vnd eben ſo weit gemacht worden/ damit nicht etwan der Feindt hindurch brechen/ die Belägerung zertrennen/ vnd Proviant oder hülff hinein bringē [illegible] möchte: durch welches Mittel nit allein Renatus von Amou, der Alphonſum vertreiben/ vnd ſich zum König machen wollen/ an Entſatzung diſes Schloß/ daran jhm gantz viel gelegen wahre/ verzweiffelt; Sondern auch die darinnen nach ſiben Monaten/ ſich auff geding ergeben. *Bartbol. Facius, Hiſtor. lib. [illegible] in fin.* vnd diſes hat bemeldter Alphonſus nicht weniger in andern mehr orthen/ wie bey erſt geſagtem Facio zuſehē/ ins Werck gericht.

11. Qualiter Eduardus Rex Angliæ Caletum obſederit.

Eduardus König in Engellandt/ hat An. 1346. den Frantzoſen alle wolbewahrte/ auch mit Volck vñ anderer Munitiō guter maſſē verſehene Statt Calais, auff diſe weiß abgetrügē; dañ weil er ſein Volck in

Stürmen/ Scharmützeln/ deren die Frantzoſen gar begirig waren/ zu verliehren nicht gewillt/ hat er ſie mit Hunger jhme vnterthänig zumachen fürgenommen; Zu diſem Endt alle Ort/ da man den Belägerten zu Waſſer oder zu Landt zukommen mögen/ verſchlieſſen/ zumahl ſolch Läger gantz einer Statt gleich/ an Gaſſen/ bedeckten Hütten/ Marckt vnd andern gemeinen Plätzen zurichten/ ebenmäſſig allerhandt Handtwercker vnnd Kauffleüt auß Engelland vnnd Flandern/ ſo das Läger mit aller Notthurfft verſehen/ dahin komen laſſen. *Froiſſart. tom. 1. cap. 133.*

Sonſten war erſt beſagtes Läger an der maſſ einem/ von Natur vnd Kunſt verſichertem Orth/ daß man jhne nicht allein in keinē weg mit dem Feindt zuſchlagen zwingen; Sondern noch viel weniger darauſſer mit gewalt vertreiben mögen: Geſtaltſame Philippus Valeſius, damahl König in Franckreich/ diſe Statt mit hundert tauſent Mann zu entledigen/ im Anzug geweſen/ als er aber dieſe Bewandtnuß gründtlich vernommen/ hat er vnverrichter ſachen wider heimziehen müſſen. *Froiſſart. cap 144. & 145.* Durch diſe weiß hat man vorzeiten offters ohn einigen Verluſt deß Volcks ein Statt einbekomen/ danebē auch der geſtallt die munition erſpart werdē mögen. 12.

Der von Laudrecht hat vor Neaples ſeines Lägers/ Tranchees biß an das Meer geführt/ vnnd gegen dem Land mit groſſen Ramparten vnd Wählen befeſtigt/ auch alſo mit Leuten verſehen/ daß deme in Neapolis Belägertem gantzem Spaniſchen Heer/ kein Entſatzung oder Hülff zukommen/ ſelbiges auch mit ſtettigem Außfallen nichts erhalten mögen. *Du Bellay lib. 3.* 13. Neapolis quomodo obſeſſa.

Nicht weniger hat Proſper Columna wider die Frantzoſen/ vmb daß Caſtell zu Meylandt doppelte Gräben gemacht/ ſein Fußvolck darzwiſchen gelägert/ vnd dem Feindt ſo wohl alle Hülff/ als vnverſehene Außfäll gewehrt/ da doch entzwiſchen die Seinige von innen vnnd auſſen verſichert waren. *Guicciardin. lib. 14 Bellay. 115. & ſeq.* 14. Caſtellū Mediolanenſe.

Die Staden im Niderland haben vnder andern ſchönen alten Inuentionibus, die ſie nit vnglücklich ins Werck richten/ auch diſe widerumb herfürr geſucht/ vnd an Schleuß/ Graben/ auch zuvor Anō 93. zu Gertruidenberg probieret. Wie bey dem Meterano zuſehn.

Der ſo Belägert/ ſolle ſambtliches was auſſerhalb/ ſo wol Nahe als in der Weite geſchicht/ zu erfahrē ſich befleiſſen. Anno 1568. Ward der Marggraff von Mezieres zu Angoulesme von den Proteſtirenden belägert/ vnd ſo hart bedraagt/ daß er entdlich ſelbige Statt/ Vngeacht ſie vnder die beſte Plätz deß Königreichs gezehlet/ auff gewiſſe Geding geraumet. 15. Regula obſeſſorum.

Vnd wirdt darfür gehalten/ wann er etliche Kundtſchaffter außgeſchickt/ vnd daß die Catholiſche jhne zu entſetzen allbereit im Anzug/ erkundigen laſſen hette ſolte er noch länger Standt gehalten haben.

16. Das Parlamentirē iſt verbotten. Doch iſt allhie zumercken/ daß in einem belegerten Platz alles parlamentiren/ ſo ohne deß Generalis bewilligung geſchicht/ höchlich/ auch bey eüſſerſter Leib vnd Lebens ſtraff zuuerbieten iſt. Sonderlich aber iſt in Burgerlichen Kriegen gar ſchädlich/ weil durch ſolche Conuerſation die von innen/ mit denen ſo auſſerhalb/ zu Nachtheil deß gemeinen Weſens bald eins werden können. In gemein iſt bey Kriegßleüffen hoch vnd viel daran gelegen/ was man für ein Geſchrey vnter das gemeine Volck kommen laſſe. Dahero auch das gemeine Sprichwort entſtandē: Famâ bella ſtare. *Freherus de fama, lib. 2. cap. 1.* der Vrſach *Liuius lib. 27.* Schreibet: Fama bellum conficit, & parua momenta in ſpem, metumue, impellunt animos. Vnd eben ſelbiger Author *lib. 5.* Qui quid mali nunciauerit, ſæpius haberi pro Principe ſeditionis, quàm pro Authore ſermonis. Alſo daß ein KriegsOberſter ein groſſe Vernunfft/ beſonders in Belägerungen brauchen muß/ Was/ oder mit was manier etwas vnter die Soldaten zu bringen/ welches Freherus an gedachtem Ort mit mehrerem außführt.

17. Derohalb hat Valerius Publicola nicht rathſamb erachtet/ daß man deß Tarquinij Superbi Legaten offentlich anhören ſolte/ weil Er Tarquinius durch ſolche ſein verlohren Königreich wider zuerlangen gar leidenliche Conditiones anerbieten ließ/ Angeſehen/ Er Valerius nicht ohne Vrſach beſorgen thet/ es möchte das arme vnd gemeine Volck/ villeichten hierdurch bewegt werden/ daß ſie lieber jhren alten Tyrannen/ dann einen newen Krieg haben wolten. *Plutarchus in Publicola. fol. 180.*

18. Wie es mit den Brieffen beſchaffē. In oder auß einem belägerten Platz/ Brieff oder Bottſchafft zu bringen/ iſt öffters ſehr ſchwerlich: Alſo daß nicht allein vor etlich Jahren zu Leyden in Niderlandt/ ſondern auch in den Paläſtiniſchē Kriegen in der belägerung Ieruſalem, hier zu Tauben gebraucht worden/ wie *Paulus Æmilius* erwehnet. Auch haben die Belägerte wol vorzuſehen/ ob die Brieff ſo ſie empfangen/ nicht falſch ſeyn. Inmaſſen in Belägerung der Feſtung S. Diſier beſchehen/ da der Herr von Granuelles ein verborgen Alphabet/ deſſen ſich der Hertzog von Guiſe gebraucht/ auffgefangen/ vnnd dennoch ein Schreiben an die Belägerten/ ſich dem Kayſer zuergeben/ außgefertigt/ auch einem Trommeter auß der Statt/ ſo etlich Gefangene außwechßlen wollē/ heimlich zuſchreiben laſſen. *Bellay. lib. 10. fol. 1110.*

Auſſer-

Auſſerhalb der Feſtung iſt alles an Häuſer / Wäld / Bäumen 19.
vnd dergleichen / ſo dem Feindt zu nutz kommen / ſelbige beſchützen / Alles vm
verdecken / oder denen darinn verhinderlich ſein kan (auffs wenigſt die Feſtūg
à la portèe d' vn Canon, Vnd ſoweit ein groſſes Stuck reichet) abzubre-
hinweg zu thun / vnd zuſchleiffen. chen.

Anno 1569. haben die Proteſtirende Luſignan, (welches
vnter die Feſteſten Ort deß Franckreichs gezahlt / auch zuvor nie-
mahl / daß man wuſte / mit Gewalt eingenommen worden) Belä-
gert / vnnd jhr Geſchütz nahe der Feſtung auff einem Berg / ſo mit
dickem Gehöltz überwachſen / Planeirt vnd Gepflantzet; durch wel-
che gelegenheit die Proteſtirende verſichert / auff die Belägerten mit
groſſen Stucken / wie nicht weniger mit Handrohren / (da die Sol-
daten vor dem Laub nit möchten erſehen werden) ohne vnterlaß
Loß gebrannt; Seind alſo die darinnen mit jhrem Schaden innen
worden / was für groſſen Fehler ſie begangen / in dem ſie ringß vmb
die Feſtung nicht genug Liechte vnd Eben gemacht haben; Angeſehen /
fürnemblich zwey Ding ſeind / ſo deme der belägert / nutzen; ein Höhe /
vnd ein Dicke. Vber das können die Belägerten die abgehawene
Bäum in viel weeg nutzlich gebrauchen / ſonderlich mit Reißbüſcheln /
geſchwind die breches reparieren. Dannenhero auch zugleicher-
weiß ein Vorſtatt / die nicht zu defendiren, allerdings raſirt vnnd
verderbt werden ſoll; Dann ſo der Feindt entweder gantz oder halb
zerbrochene Häuſer einbekommen mag / kan er jhme ſolche leichtlich vnd
dermaſſen zu nutz machen / daß er nit allein die in der Statt darauß
mercklich beſchädigen / ſondern auch damit Er vor jhrem ſchieſſen
ſicher ſeye / kan Er ſich dero für Schantzkörb bedienen / vnd durch ſel-
bige Mittel am liechten Tag das Geſchütz Pflantzen. Vnd obwol
offeers ein Oberſter / durch der Burger ſchreyen vnd klagen hieran
verhindert wirdt; Jedoch iſt nicht allweg diſes vnzeitige Mitleiden /
ſonder vielmehr die gemeine ſicherheit anzuſehen. Es ſeindt auch
die Hohlweg bey der Statt außzufüllen.

Vor der Belägerung / ſoll man zeitlich alles vnnütz Geſindt / ſo 20.
die Frantzoſen bouches inutiles nennen / auch alle Pferdt / Maul- Das vn-
thier / Eſel ꝛc. Deren man nicht bedürfftig / gäntzlich abſchaffen; nütz Ge-
Dann ſelbige / über das ſie die Victualia vnnd Futter / denn mehr ſind auß-
dienlichen entzihen / auch allerhand infectiones verurſachen: Ja / zuſchaffē.
es werden offtermahl alle Perſonen / deren man zur defenſion nit
benötigt / ohne Barmhertzigkeit mit gewalt außgetrieben / vnd dem
Feindt zu ſeiner diſcretion überlaſſen. Zu Sancerren in Franck-
reich / hat den daſelbſt eingeriſſenen ſehr ſchrecklichen Hunger meh-
rertheils cauſirt, daß man Jederman in der Statt behalten.

21. Hingegen iſt ein groſſe Diſputation, wie der/ ſo ein Statt Belägert/ mit dergleichen außgeſtoßnen Leüten handlen ſoll. Eduardus König in Engelland/ als er Calais ringsvmb Belägert/ vnd der Gubernator darinnen eben ſolches Mittel für die handt name/ hat nicht allein auff Sibenzehenhundert außgetriebene Perſonen ein Morgeneſſen/ ſondern noch über das/ einem jedwedern zwey Sterlin vmb Gottes willen geben laſſen; dahero Er auch zweiffels frey auß diſer armen Leüt fürbitt/ diſe Statt endtlich einbekommen. *Froiſſart. 1. cap. 133.*

22. Wie die quartir außzutheilen. Der Obriſt in einer Statt/ ſo belägert wirdt/ ſoll aſo bald die Quartier wol außtheilen/ damit ein jeder wiſſe/ wo er ſtreitten ſolle/ auch einen Spital für die Kranncken anſtellen.

23. Der Gubernator ſoll nit auß der Feſtung weichen. Ein Gubernator oder ein Oberſter einer belägerten Feſtung/ ſoll auß ſelbiger durch kein Vrſach/ ſo immer erdacht werden mag/ entweichen; Daß hierdurch die reſtirenden alſo bald verzagen. Anno 1569. haben die Proteſtirenden in Franckreich die Statt Charitè Belägert/ beſchoſſen/ vnd dermaſſen bedrangt/ daß der Obriſt oder Statthalter daſelbſt ab diſem Ernſt ſich endtſetzt/ vnnd bey der Nacht heimlich von dannen entwichen/ damit Er dem Hertzog von Aniou, welcher damahl mit einem anſehenlichen Heer/ vor die Catholiſchen zu Feld lage/ die Noth/ darinnen er die Belägerten verlaſſen/ ſelber anzeigen/ vñ vmb eylende Hülff anſuchen köndte. Als aber die Soldaten ſich ohn ein Haupt befanden/ auch über daß die Burger/ ſo die Statt deß Feindts Landtsknechten Preiß gegeben zuſein wuſten/ erſchrocken waren/ haben Sie alſo bald zu Parlamentiren angefangen; Jedoch entzwiſchen ſolcher accord abgehandlet/ haben die Frantzoſen/ ſo keinen Verzug leyden können/ an einem vnverwahrten Orth hinein zu kommen gelegenheit erſehen/ vnnd der Statt vnverſehens mächtig worden.

24. Dardurch dann die Proteſtirenden nicht allein ein groſſen Vortheil erlangt/ ſondern es iſt auch ingemein darfür gehalten worden/ wann der Oberſt nicht darauß gewichen/ were innerhalb acht Tagen entweders die Statt von den Proteſtirenden der Belägerung erlaſſen/ oder ſelbige durch die Catholiſchen mit gewalt darvon getriben worden. Anno 1510. im groſſen Venediſchen Krieg/ hat der Herr von Chaumont, deß Königs auß Franckreich Feld Obriſter/ die Statt Lignago, ſo von Natur gar Feſt/ an zweyen Orthen mit Gaſconiern vnd Spaniſchen Soldaten belägert/ vnnd ein fürnemme Baſtey zum theil nider geſchoſſen: Vngeacht aber/ daß die darinnen/ folgende Nacht/ ſolche breche auffs fleiſſigſt zu repariren

vnterſtanden/ jedoch iſt der Venediſch Proueditore, ſo den Feindt mehr förchten/ dann ſich auff die ſeinen verlaſſen wollen/ vnverſehens mit etlichen Venediſchen Edelleüten in das Schloß entwichen; Welches da der Hauptman/ ſo in berührter Baſtey über etlich Fußvolck commandirt, Morgens erfahren/ hat er ſich auff Verſicherung Leib vnd Lebens ergeben/ vnd iſt das überige Fußvolck durch die vmbligende Marais oder Möß entrunnen; alſo Lignano bälder den man verhofft/ mehr auß zagheit deß Venediſchen Proueditors dann der andern Vnachtſamkeit/ verlohren/ vnd geplündert worden. *Guicciardinus lib. 9. num. 4.*

Wann der Obriſte/ ſo einen Platz belägert mit Todt abgehet/ oder ſonſt beſchädigt wird/ ſoll ſelbiges/ ſo viel müglich verhelet/ vnd den Soldaten nicht eröffnet werden. Der geſtallt hat Cimon, ſo wegen der Athenienſer die Statt Citium in Cypern/ belägert/ nicht gewelt/ daß man ſein Ableiben/ den Soldaten kundt thun ſolte. Welches auch beſchehen/ alſo daß er auff die Dreyſſig Tag nach ſeinem Todt/ welchen weder Freund noch Feindt erfahren/ ſeinen vntergebnen commandirt, vnd ſie glücklich widerumb zu Hauß gebracht. *Plutarch. in vita ad fin.* Als auff ein Zeit das Capitolium zu Rom von etlichen Banniten, vnd entwichenen Römiſchen Knechten/ ſo Appius Herdonius, ein Sabiner/ geführt/ bey Nacht erobert worden/ vnd P. Valerius Publicola, damahlen Burgermeiſter/ ſolches mit macht ſtürmete/ auch ſelber an dem Spitz vnder den vörderſten ſtreitend/ erſchlagẽ ward/ hat Publius Volumnius, ein fürnemmer Römer/ ſo ſolches geſehen/ alſo bald den Todten Leib bedeckt/ vnd iſt an deß entleibten Stell geſprungen/ den Kriegsknechten zugeſprochen/ ſo diſes in einem ſolchen ernſt vnd getümmel nicht wahr genommen/ vnd ehe ſie vermerckt/ daß ſie ohn ein Haupt ſtreitten/ mit jhnen den Sieg erlangt. *Livius decad. 1. lib. 3.* — 25. Wañ der Gubernator ſtirbt.

Als Hertzog Carle von Bourbon, Añ. 1527. die Statt Rom vnverſehens überfallen/ vnd erſteigen laſſen/ iſt er zumahl auß Verzweifflung/ vnd dann weil jhn bedunckt/ es ſeyen ſeine Landtsknecht etwas verzaget/ zuvorderſt an dem Sturm/ ein Leyter in der Hände habend/ getretten/ aber etwas ob der Hüfft/ von einem Hackenſchütze getroffen worden/ darvon er alſo bald verſchieden. Darauff Philibert von Chalon, Printz von Vranien, ſo nahe darbey geſtanden/ jhne/ ſo bald er gefallen/ mit einem Mantel/ damit die Soldaten ſich ab dem Verluſt jhres Hauptes/ nicht entſetzten/ bedecken laſſen. *Du Bellay lib. 3. des memoir. Guicciard. lib. 18. n. 8.* 26.

Als der vnüberwindliche Türckiſche König Solimannus, 27.

Ziacth belägert/ vñ zimlich betagt/ an der roten Ruhr verſchiedē/ hat Mahumet, einer ſeiner fürnembſten Baſchen gefürcht/ wann diſes lautbar/ möchte ſolches nit allein den Keyſeriſchen ein Hertz machen/ ſondern bey den Türcken vielerley Vnrath cauſiren, derowegen Er dann den Medicum, welcher einig vnd allein dem Solimanno, als Er plötzlich verſtorben/ beygewohnt/ für ſich gefordert/ vnd vor ſeinem Angeſicht erwürgen/ dabeneben auch alſo bald Selimum den rechten Erben auß Græcia beruffen/ vnnd die Belägerung nichts deſto weniger ſtarck continuiren laſſen. Vnd weil die Soldaten in bedenckung/ ſie jhren Herren nun etlich Tag nit geſehen/ vnwürſch/ vnd zu mutiniren anfingen/ hat bemelter Mahumet den gantzen Handel etlichen der Fürnembſten vnd vertrawſten Hauptleuten entdeckt/ darauff Solimannum wol Balſamirt/ auch nach gewonheit bekleidet/ auff ein hohen Thron/ in ein dunckel Ort ſeiner Gezelte geſetzt/ vnd von fernem gewiſſen/ wie nicht weniger ſelbſten dem Todten Cörpel gebürende ehr erzeiget. Vnd weil/ alſo niemande ſonſten dem König zu nahe kommen dörffte/ iſt diſer betrug von keinem wahr genommen worden. Noch ferner/ neben dem die Soldaten geſagter maſſen bethöret/ auch über das/ zum Sturm mehr entzündt oder müthiger wurden/ vnd damit die Trehern/ ſo er wegen ſeines Herren Todt/ vnd anſchawen vergieſſen müſt/ das gantze Spiel nicht verderben; gab er/ auff befragen: Warumben er ſich ſo trawrig erzeigete/ zur antwort; daß Solimannus, (als mit welchem die Sachen nunmehr zimlich wol ſtunden) auffs höchſt/ alle fürnemme Hauptleut/ ſo Zigeth nicht innerhalb zweyer Tagen erobert würde/ jämmerlich tödten vñ hinrichten zulaſſen/ geſchworen. *Natalis Comes, lib. 27. hiſtoriar. ſui temp. Lonnclauius in ſin. libro.* Erzehlt ein gleiche Hiſtori vom Sultan Mahumet Chan, welche vngeacht ſie ſich in keiner Belägerung oder Kriegß Expedition zugetragen/ doch gantz denckwirdig/ vnd erſt geſetzter nit vngleich iſt.

28.
Wo aber der Gubernator beſchädigt oder erſchoſſen würde.

Wie ein Gubernator eines Platz oder Feſtung/ auß ſelbiger nicht freyens willens weichen ſoll/ alſo iſt nicht weniger/ da er durch Vnglück ongeferd beſchädigt/ oder gar vmb das Leben kombt/ ſein gefahr oder todt den Soldaten/ auffs müglichſt/ zuuerhelen. Als Puiraut Anno 1569. die Statt Niort in Franckreich den Catholiſchen Mannlich vorgehalten/ vnd auff ein Zeit ein groſſe brecke, welche die Feindt in einem Thurn daſelbſt gemacht/ recognoſciren wollen/ vnd eben damahlen ein Schuß/ ſo auff die Statt geſchehen/ ein groſſen Stein in viel ſtuck en zertrümmerte/ iſt er Puiraut durch ſolche zu boden geſchlagen/ vnd dermaſſen beſchädiget worde/

daß er das recht Aug/ vnd drey Finger in der rechten Fauſt verlohrẽ/ auch darzu zehen Monat kranck liegen müſſen: vnd werde darfür gehalten/ wann er den Soldaten/ ſo eben damahlen eines Sturms gewartet/ vor ſeiner Beſchädigung nicht zugeſprochen/ oder ſelbige Beſchädigung nicht ſo fleiſſig vor jhnen/ wie auch den Burgern/ die jhme gantz affectionirt geweſen/ were verhelet worden/ hetten ſie der Catholiſchen Eyffer nicht widerſtehen mögen.

Auff alle mügliche weiß vnd weeg/ ſollen die Belägerten zu verhindern ſich befleiſſen/ daß der Feind nit zu jhnen hinein ſehen/ was ſie vorhaben/ erkundigen/ oder welche hin vnd wider über die Gaſſen gehen/ beſchädigen könne. Als Anno 1568. der Ritter Ligneres von den Proteſtirenden zu Chartres hart belägert/ vnd die auſſerhalb/ vnd nahe bey der Mauren ſtehende Häuſer zuſchlaiffen/ oder einzureiſſen nicht weil gehabt/ dannenhero die Proteſtirenden ſelbige mit Hackenſchützen beſetzten/ ſo ohne vnterlaß/ auff die jenige/ welche ſich auff der Maurẽ oder andern Orten præſentirtẽ, loß brennen thetẽ/ hat offtgeſagter Ligneres ſolchem zubegegnen/ rings vmb Tücher ſpannen laſſen/ vñ damit ſeinen Feinden/ daß/ ſo in der Statt geſchahe/ zuſehen verhindert. Zu Poitiers in folgendem Jahr/ haben die Catholiſchen nicht allein ſolches Mittel gebraucht/ ſondern auch auff beyden ſeiten einer Gaſſen/ Fäſſer geſtelt/ vnd mit Brettern bedeckt. Dagegen müſſen die jenige/ ſo An. 1468. Altſtatten/ bey Appenzel gelegen/ belägert/ ſchlechte Kundtſchafft gehabt haben/ welche zwölff Tauſent ſtarck das leer vnd verlaſſen Stättlein/ noch biß an den dritten Tag/ ehe ſie deß Abzugs der Belägerten innen worden/ vmringt gehalten. *Stumpfius lib. 10 cap. 34. fol. 334.* 29 Das einſehen dem Feind verhindern.

Naſſe Gräben/ ob ſie ſchon nicht vbrig tieff/ ſeynd ſie doch darzu nutz/ daß die jenige/ ſo hindurch watten/ vnnd hernacher zur brechen kommen/ gern ſchleiffen/ vnd ſich nicht recht wehren können. Weil auch das Waſſer in den Gräben gemeiniglich abgraben wirdt/ als iſt gar gut/ vnd faſt vonnöthen/ wann man gelegenheit eines flieſſenden Waſſers hat/ daß ſelbiges / ſo viel müglich geſchwelt / vnnd der Grabe damit tieffer gemacht werde. Dann vber oberzehlte incommoditet/ auch ſolches darzu Nutz / daß die Stürmende/ in dem ſie dardurch watten / kein Ordnung halten können. Anno 1569. haben die Catholiſchen ſampt dem Hertzog Guyſe, vnnd Graffen von Lude/ ſo zu Poitiers, von den Proteſtirenden Feindtlich belägert geweſen/ vber daß ſie ſich mit allerhandt künſtlichen Fewerwercken gefaſt gemacht/ auch ein gute Anzahl zimlich lang vnd breitte Bretter zuwegen gericht / vnnd viel lang ſpitzig 30. Die Beſchaffenheit der Gräben.

eyſſen Nägel dardurch geſchlagen/ auch ein merckliche ſumm Wolffsängel oder Giffteyſen/ wie mans in etlich Orten nennt/ in die Gräbē vnd andere Ort/ da man der Statt zukom̃en mögen/ gelegt: beyneben/ damit der ſturmende Feind ſich weniger darvor hüeten kõnte/ alle dergleichen Ort durch auffſchwellung deß Waſſers/ begoſſen vñ bedeckt. Nitweniger hat man darfür gehaltē/ daß in erſt beſagter Belägerung einig vñ allein durch folgendes Mittel die Statt zu erhalten ſeye/ daß nemblich an den Schleüſſen mit Schutzbretter/ vnd ſtarcken Pfälen/ das Waſſer dermaſſen geſchwelt/ vnd auß ſeinem Canal hinderſich getriben wordē / daß er in wenig Tagen/ ein groſſes ebene Wißfeldt/ dardurch die Proteſtirenden einen Sturm (inmaſſen ſie die Maur daſelbſten albereit gantz nidergeſchoſſen gehabt) anlauffen wollē / allerdings vrplötzlich bedeckte/ vnd einē groſſen See gleich ſahe/ alſo daß einer/ ſo dardurch gewolt/ biß an die Gürtel watten müſſte.

31 As nun die Proteſtirenden geſehen/ daß ihr Sach den Grebßgang gewinnen wollen/ Jhnen auch die Catholiſchen auffrupffte/ daß jhres Oberſten deß Admirals Gewalt / auff diſem kleinen Meer zu Spott worden; haben ſie etliche Stucke Geſchütz auff die Schutzbretter vnd Pfähl gerichte/ durch langes ſchieſſen vmbgeworffen/ vnd das Feld allgemach trucken gemacht. Aber die in der Statt/ haben in höchſter Eyl hinder den Pfälen/ darzu ſie dañ ein Steinene Brück/ nicht wenig befürdert/ (in bedenckung man allein ein Schwibbogen zumauren / oder ſonſten mit allerhandt materi verſtopffen dörffen) ein groſſe vnd dicke Maur gemache / auch über daß / groſſe Ballen oder Säck mit wollen außgefühlt / vnd hart aneinander gebunden/ damit dem Geſchütz ſein Würckung zuverhüten; dardurch ſie dann angedeütes Waſſer ſtetigs behalten.

32 Moraß Vber ein Moraß kan man etwan kommen/ wann man Flechten/ oder Hurten darein wirfft. So thut man auch eyſerne Solen/ für die Wolffsängel gebrauchen: wie zu Sancerren beſchehen.

33. Außſpäher in hohen Thürnen. In den höchſten Thürnen der belägerten Statt / werden Wachten/ vnd Außſpäher beſtelt/ die/ ſo offt ſie mercken / daß der Feind ein impreſſa vorhanden/ oder ſich zum Sturm vnd Anlauff rüſten wollen/ Sturm ſchlagen/ als zu Poitiers An. 1569. geſchehen.

33. Verrätherey verboten. Verrätherey oder Verſtand mit dem Feindt / wird in einē belägerten Platz auff vilerley weiß verhüttet: ſonderlich wañ man die Wacht offt verändert/ ſolche durch das Loß außtheilet/ vñ d die Sentinellē auß allen Compagnien erſetzet/ damit die / ſo in der conſpiration, nicht zuſammen kommen können. In der Belägerung Poitiers, hat der Hertzog von Guyſe, als Gubernator darinn/ alle Schlagvhren

anhalten laſſen/ auff daß nicht durch ein Verrätherey dem Feind ein gewiſſe Stundt etwas zu exequiren, aſſignirt, oder beſtimbt wurde. Was auch die Glocken diß Orths nutzen/ bezeuget *Stumpfius lib. 12. cap. penult. in fin.* da er die Vrſach anzeyget/ warumb zu Baſel es ſtetig vmb ein Stund zu frühe ſchlagen thue. Sonſten wirdt durch heimlichen Verſtandt nicht bald ein Feſtung eingenommen/ wann der Gubernator ſeiner Schantz auch nur etwas wenigs warnimbt. *La plus part des entrepriſes fondées ſur intelligence, que l' un pretend en des Villes, s' evanouiſſent ſans effect, quand les places ſont de quelque importance, & que ceux, à qui elles apartienent, ont tant ſoit peu il' oeil au bois. La Nouë ad Guicciard. lib. 11. fol m. 28.*

Ebenmäſſig wirdt in den Außfallen groſſe Vorſichtigkeit gebraucht/ beſonders zu Winter- oder Regenszeit/ wañ der Belägerer wachten/ durch Kält vnd Näſſe ermattet. *En vne Siege d' hiuer, ſe preſentent les belles occaſions de faire les ſaillies, quand les Soldats d' vne tranchée, par les longues nuicts, le froid & les pluyes, ſont demy mattez. Idem La Nouë lib. 12 fol. 74.* Manchmahl werden auch die/ ſo belägert/ herauß gelockt/ vñ durch ein oder zween hinderhält angefallen: Jnmaſſen in der Belägerung der Statt Pauie, An. 1524. von dem fürnemmen Frantzöſiſchen Kriegs Oberſten/ Iohan de Medicis, gar denckwürdig beſchehen *Bellay. lib. 2. f. 209.* Nicht weniger pflegt man die/ ſo Außfallē/ in der Statt mit Geſchütz an bequemen Orthen geſtelt/ der geſtalt zu fauoriſiren, daß wann ſie ſich widerumb der Statt zu retiriren, vnnd die Feind jhnen zu weit nacheylen/ ſelbige von der Statt Geſchütz in Gefahr kommen/ vnd ſehr beſchädigt werden.

35. Wie außzufallen ſeye.

Wann man ein Vorſtadt oder Pollwerck verlaſſen will/ ſol ſelbiges bey Nacht geſchehen/ auch brenennte Lunden hin vnnd wider auffgeſteckt werden/ wie in Anno 1521. in der Belägerung Parme beſchehen. *Bellay. lib. 2. fol. 99. & ſeq.*

36. Wie ein Pollwerck zu verlaſſen.

Wann man ein Statt entſetzen oder ſpeiſen will/ wirdt mehrmahlen etlichen Reütern Pulver/ vnd andere Prouiſion, ſo viel ſie mit führen können/ auffgegeben/ ſolche vnter dem Scharmutziren allein in die Gräben zuwerffen/ weil gemeinigklich vmb die Thor/ von dem Belägerer ſtarcke Wacht gehalten wirdt/ damit nichts hinein kommen möge. Dergeſtalt iſt Anno 1512. Terouenne geſpeiſſet worden. *Bellay lib. 1 fol. 11.* So werden auch Baurey mit Mehl vnd Pulver wol beladen/ zu zeiten mit den Soldaten geſchickt/ welche/ vnder deme man ſcharmitzert/ in die Statt kommen. Alſo iſt An. 1537. Peronne ſuccurirt worden. *Bellay lib. 8 fol. 797.* Ob wol man in einem belägerten Platz/ mehr Brots/ dann Gelts vonnöthen hat. *Aux villes aſſiegés, & battués on s' altere ordinairement plus pour les viures, que pour l' argent.*

37. Wie ein Ort zu entſetzen/ oder zu ſpeiſen.

38 Jedoch wirdt auch nachmaln durch ein ſonder ſtratägema Gelt in ein belägerte Statt gebracht; Geſtaltſambe in Anno 1524. in der Belägerung Pauiè beſchehen/ da die Teutſchen Landtsknecht bezahlt ſein/ oder die Statt dem Frantzoſen auffgeben wollen: derentwegen der Vice Re, jhrer zween/ denen er wol trawen dörffen/ beſtellet/ welche zwey Pferdt mit Lägeln vol Wein beladen (darinnen doch etlich Tauſent Cronen verborgen geweſt) in das Frantzöſiſche Läger geſandt. Diſe haben ſo nahe bey der Statt/ als jhnen jmmer müglich/ jhren Wein fail gethan/ da die Belägerten/ welche zuvor alles verdingt/ einen Lärmen gemacht/ vnd entzwiſchen diſe vermainte Marckatender jhre Lägel verbrochen/ vnd der Statt zugeloffen. Solches hat der Gubernator Antonius Leua, Meiſterlich herauß ſtreichen können/ vnd die Landtsknecht beredet/ daß jhre völlige Bezahlung in dem Kayſerlichen Läger enthalten/ vnd allein/ wegen der Feindt/ nicht hinein gebracht werden möge. *Belagius lib. 2 fol. 194.*

39. Regulæ obſidentium. Das Ort anfänglich zu recognoſciren. Einer ſo belägert/ ſoll ſtättig vnd mit allē fleiß den Platz/ vor welchē er ſich auffhelt/ recognoſcirē laſſen/ dahero die Frantzoſen ein Sprichwort haben *Place bien recognue, eſt demy priſe.*

40 Wo das Läger zu ſchlagen. Das Läger ſol an einem geſunden Orth ſeyn/ welches als Lautrech Anno 1528. vor Neapolis nicht in acht genommen/ hat er ſich vnd ſeine Vndergebne vmb das Leben gebracht. *Bellaius lib. 3. fol. 259. 267. 270. & 275* Hierinnen haben auch die Florentiner/ in Belägerung der Statt Piſe gefehlet. *Guicciardin. lib. 4.* Dahero nachmahlen jhrem Oberſten Paulo Vitellio den Kopff abſchlagen laſſen.

41. Von der Aufforderung eines Platzes/ Wann der Feindt ein belägerte Statt aufffordert/ ſoll man Hertzhafft/ doch nicht hochmütig antworten/ An. 1521. in der Belägerung Meſſieres, hat der Ritter Bagard, welchen die Frantzoſen/ Le bon Cheualier, ſans peur, & ſans reproche, nennen/ den Trommeter/ ſo der Graff von Naſſaw zu jhm geſchickt/ geantwort: *que devant k'ouir parler de ſortir, hors de la Ville, de laquelle il avoit la charge, il eſperoit faire un pont des corps morts de ſes ennemys, par deſſus la quel il pourroit ſortir. Bellay lib. 1. fol. 70.* Anno 1537. In der Belägerung Peronne, haben die Frantzoſen/ eben einen Graffen von Naſſaw zur Antwort widerfahren laſſen: *qu'ils avoient deliberé de ſi bien garder la ville, qu'on n'y entreroit, ſi non par deſſus leurs ventres, mais que pluſtoſt il eſperoit en ſortir par deſſus ceux des ennemis. Bellay lib. 8. fol. 794.*

42. Von dem Fewerwerffen. In ſelbiger Belägerung/ haben die Kayſeriſche Fewr in die Statt geworffen/ vnd wann die Häuſer/ ſo guten theils von Holtz/ anfangten zubrennen/ alſo bald das Geſchütz dahin gericht/ damit man nit leſchen könte. *Belay dict. loc. fol. 796.*

Stätt

Stätt vnd Schlösser vntergraben / iſt ein alter funde / ſo lange 43 Wie ein Ort zuvntergraben
zeit in Vbung geweſen/auch in Engliſchen Kriegen in Franckreich ge⸗
braucht worden. *Froiſſard.1.cap.112. item cap.209.289.* Rudolphus I. als
er bald anfangs ſeines Käyſerthum̃s allenthalben im Reich vil Raub⸗
ſchlöſſer vmbgeworffen/auch in Heluetien etliche zerſtört / hat er vn⸗
derandern Weiſſenburg (nicht weit von Schaffhauſen) belägert/
vnd vntergraben/ zu letzt mit Fewer niderbrennen / vnd verfällen laſ⸗
ſen. *Stumpf.lib.4.cap.51.* Marcus Fuluius Conſul, damahl als er Am-
braciã in Græcia belägert / vnd mit offenem Gewalt nichts außzu⸗
richten gewuſt/ hat er zu Vntergraben angefangen/ welches aber die
Belägerten / als ſie einßmahls einen groſſen auffgeſchütten hauffen
Erden/ ſo auß der Mina nach vnd nach geführt worden/ erſehen/ ge⸗
merckt/dagegen ein tieffen Graben geführt/ der Feinde cuniculum
eröffnet/vnd mit ſelbigen darinnen ſcharmitzlert. *Liuius decad.4.lib.8.* So
haben auch lang zuvor die Römer Veios, ein Statt in Thoſcana ge⸗
legen / vndergraben / vnnd ſeynd der geſtalt in die Statt kommen. 44 Die Minen zu ſprengen.
Liuius dec.1.lib.5. Doch hat man vor erfindung deß Büchſen Pulvers/
mehrentheils die Minen mit Holtz vnderſtützet / ſelbiges hernach an⸗
gezündt/vnd damit ein Thurn oder Mauren / eingeworffen. Vnnd
iſt Petrus Nauarrus der erſt geweſen/ ſo die Minen mit Pulver auß⸗
gefült/vnd hernach ſpilen laſſen. *Guicciardinus lib.6.fol.208.*

Sonſten wird deß Vntergraben wahr genommen / wann man
die Ohren hart auff den Boden legt/auch Trommen vnd Baucken/
wie nicht weniger Becket vnnd ehrine Keſſel/voller Waſſer hin vnnd
wider ſetzet/ vnd dann dero Bewegung daß Ort/deme der Feind mit
Minirẽn zuſetzet/ erſpehet; Kan alſo folgendts diſer Gefahr zeitlich
Rath geſchaffe werden/wie zu Brixen geſchehen. *Iouius lib. 16: hiſtor.fol.
327.* da er alſo ſchreibet:

Acti ſubindè cuniculi variis in locis, quibus intromiſſo 45
puluere fundamenta murorum euerterent, vel ſubterfoſſis
mœnibus, per occultiſſimos ſpecus, in priuata vrbis ædificia
penetrarent: atq; inde ſenſim coactâ militum manu, vrbem
inopinantibus hoſtibus occuparent. Sed Triuultius diuersâ
ac notâ omnibus ratione mœnium partem, ad longitudinem
pedum ducentorum ſuccisis radicibus, longâ tibicinum ſe-
riè fulcire, ſuppoſitiſq; ignibus accendere, ſingulari ſtudio
contendebat. Foſſores enim perpetuâ concamaratione am-
plioris cuniculi, qui ad mœnium longitudinem ſecundum
fundamenta proferebatur; dum opus perficerent, occultabã-
tur. Ii murum paulò ſupra radices malleis vectibuſq; perfrin-

gebant,ſubtractiſq; ſenſim lapidibus, tigna bipedalia, craſſitudine humani cruris, modico pariq; interuallo inter ſe abiuncta ſupponebant,atq; ita continuato opere, totus murus perpetuis lignorum ordinibus innixus ſuſpendebatur. Ea mox interualla, aridis virgultis ad concipiendam flammam, pice atq; oleo præparatis,tormentarioque puluere cõnſperſis implebãt,quibus poſtea ad Ducis ſignum vno temporis momento ſuccenſis,cum eodem igne tibicines,ac tigna ſuppoſita conſumerentur, neceſſariò eæ mœnium partes repentinâ atq; ingenti ruinâ corruerent.

46 Cumq; milites facetè contumelijs inter ſe contenderent; Nauarrinus miles, vt linguam, jactantiamque Hiſpanorum, injectâ cuniculis ſuſpicione reprimeret, hiſpanicè locutus; commilitiones,inquit, qui extremis etiam rebus veſtris iam ſecurè jocamini,cauete ne à vobis contumeliarum rationem expoſcamus,cum gallina pede ſcalpere ac fodere humum aliquando deſierit. Quæ verba acuti & perſpicaces Hiſpanici, qui in muro erant, ſanis auribus acceperunt, eaque altiùs interpretati,Nauarrum pro Gallinâ ſpecus cuniculoſque moliri,quod peculiare ejus hominis artificium foret, ab ſuæ gentis milite,per luſum cautè ſibi ſignificari iudicârunt. Nec mora, ea res pluribus ſimul ſigniferis ac Centurionibus communicatur, ad Ducemque primarium concurritur. Ille qui propter loci, mœniumque naturam, atque eius hoſtis ingenium, qui hiſce artibus maximè inniti conſueuiſſet, hæc eadẽ multum anteà accidere ſibi poſſe cogitarat;per eam vrbis partem, quæ proxima caſtris, & ſubjectâ periculo videbatur, diligentiſſimos homines circummittit, qui cuncta explorent,priuatas domos, templa, cœnobia ingrediantur, ſcientiſſimeq; perquirant,an aliqua cuniculorum veſtigia reperiri poſſint.

47 In id cum omnium militum animi ſummo ſtudio intenti eſſent, alij paſſim omnibus ſilentibus ſtrati, vt terræ motum notarent, aurem ſolo applicabant: alij tympana militaria ſolo depoſita, ſi concuſſis leuiter mẽbranis, vel tenuiſſimè perſonarent,contemplabantur: alij capaciſſimas pelues, vaſaq; ænea omnis generis, aquâ repleta, ſi tremulis motibus agitarentur, intentiſſimâ curâ, omnibus locis obſeruabant, quibus argumentis ſubterranei operis motiones neceſſariò deprehenderentur. Nec multò poſt certo in loco animaduerſum eſt, terræ ſuperficiem manifeſtè commoueri. Quamo-

brem

brem ſingulari omnium lætitiâ, contrarium illi cuniculum
inſtituerunt.

Erant multi in Vrbe milites horum operum periti ſſimi, 48
qui artem ſuperioribus temporibus, Præceptore Nauarro, di-
dicerant; pluresq́; Germani, quibus omne genus cuniculorũ
notiſſimum erat, propter Argentarias ſecturas, quæ apud
eos ad Hercyniæ regionem ſunt frequentes. Ex his nonnul-
li etiam inter Gallorum præſidia, Bononiæ fuerant, & ſe Na-
uarri artibus, contrarijs cuniculis feliciter occurriſſe memine-
rant. Quibus de cauſis continuato labore, ac pluribus ſimul
perductis cuniculis, facilè per obliquos meatus, ad hoſtium
opera peruenerunt.

So bald auch ein Mine eröffnet/ vnd Lufft bekombt/ ſeynd die 49
Belägerten mehrentheils auß der Gefahr/ wie die Vngern zu Ofen/ Wie vnd wann ein Mine sei- nen effect habe.
da ſie alldorten von den Teütſchen belägert/ erfahren haben. Tenta-
uêre demum Auſtriaci Duces, effoſſionibus atque cuniculis
murum ſubruere, inditoque ac demum ſuccenſo intus tor-
mentario puluere, adapertiſque mœnibus ſubitarium in
Vrbem aditum parare: quod plerique adeſſent milites è Rhæ-
tia, Argentariis fodinis aſſueti, Bohemique præſertim inſectu-
ris metallorum operam nauantes: ſed Budenſes deprehenſis
hoſtium conſilijs, atque operum initijs, nota atque inſtituta
ratione, dum foſſas introrſus ex obliquo pertraherent, certa-
que erupturis incendijs ſpiramenta relinquerent, diligenter
atque feliciter occurrebant. *Iouius lib 39 fol. m. 443.*

Dannenhero in wolverſehenen Veſtungen hin vnnd wider tieffe
Löcher/ wie außgemaurte Galgbronnen/ ſo man Contraminẽ 50. Wie ei- ner Mine zubegeg- nen.
nennt/ gemacht werden. Hingegen/ vnd damit daß miniren von
den Belägerten nicht wahr genommen werde/ pflegt man gemei-
niglich an ſelbiges Ort/ da man vndergrabt/ à coup perdu, o-
der vergebens zuſchieſſen. Man hat auch Exempla, daß durch ein
Mine ein lange Maur/ oder Pollwerck in die Lufft gehebt ward/ alſo
daß die Belägerte in die Statt ſehen kondten/ vnd nichts deſtoweni-
ger ſelbiges/ ſo der Geſtalt bewegt/ widerumb in ſein vorige Stell fal-
let/ als wenn es gleichſamb nie zerſchüttet worden/ wie zu Bononi-
en. *Guicciardinus lib. 10. fol. 383. Iouius in vitâ Leon. Decimi lib. 2. fol. 38.* in gleichem
zu Meylandt/ in Anno 1523. beſchehen. *Bellay. lib. 2. fol. 175.*

Daß beſchieſſen anlangend/ iſt in allweg in acht zuhaben/ daß ein 51
angefangene Batterie nicht vnterlaſſen/ ſondern damit die Beläger- Von dem beſchieſſẽ.
ten zu repariren nicht weil haben/ ſtreng/ vnd æquo paſſu, biß zum

Sturm

Sturm continuirt werde. *Bateries & mines, qui procedent lentiment, ců ſit ne ſont, que mines eſuentées. La Nouë ad Guicciardin. lib. 14. fol. 131.* Man ſol auch an vnterſchiedlichen Orten ein Platz beſchieſſen / damit die Belägerten jrr gemacht / vnd nicht gnugſamb remparirẽn können. Manchmal wird auch gezweiflet / ob ein Platz an dem ſtärckeſten oder ſchwächeſten Ort zubeſchieſſen ſeye. Wavon *Conestag. lib. 6. fol. 337.* alſo ſchreibett:

52. Arx S. Iuliani tormentis craſſioribus diuerberata, &, initiò controuerſia inter architectos & magiſtros tormentorũ, de loco, in quo ea diſponenda eſſent, nata fuit: Quidam dicebant dirigenda eſſe tormenta contra partem arcis, munitam illam quidem; ſed quà militi aſcenſus facilior, futurus eſſe videbatur: Alij partem infirmiorem concuti volebant, quãtumuis illàc aſcenſus eſſet paulò incommodior: dicebant enim parte ſuperiori murorum dejectâ, totum locum; in quo præſidiarij, acie inſtructâ hoſtem exſpectabant, ictibus tormentorum obnoxium fore. Albanus itaque, vt has diſcrepantes ſententias ad concordiam redigeret, ipſe faciem loci contemplaturus, acceſſit, murumque infirmiorem, ſed qua aſcẽſus difficilis erat, diuerberari juſſit. Doch ſol man ſich nicht bald vnterſtehen / ein flüſſend Waſſer abzugraben / vnnd die Maur / ſo der Orten faſt gewohnlich zum ſchwächeſten / zum Sturm zubeſchieſſen: vnangeſehen ſolches Waſſer durch Regenwetter bald anlauffet / vnd alles ſo mit groſſem Koſten gebawet worden / zu Boden reiſſet. Wie Francisco I. in Belägerung der Statt Pauie widerfahren. *Guicciardin: lib. 15. fol. 193. Bellay lib: 2. fol. 191.*

53. Wie ſich die Reůter beyder Belägerung verhalten ſollen.

Zu Zeiten / vnd ſonderlich in den General Stürmen (Aſſaut Colonel) ſtellet man auch die Reůter in ein Schlachtordnung / vnd zwar zur ſeyten deß Fußvolcks / nicht allein daß ſelbiges durch jhre Gegenwarth / vnd gewaltiges zuſprechen erkecket / ſondern auch das mit den Außfällen möchte begegnet werden. Ebenmäſſig werden andere Reůter verordnet / ſo das Feldt bewahren / vnd die / ſo auß einer Statt / wann ſie eingenommen wird / entfliehen wolten / zu Boden hawen. Wann die Reůter oder Küriſſier ſtürmen / thun ſie jhre Seiſſel / Sporen / vnd ſchwerſte Stuck jhrer Rüſtung hinweg legen.

54. Von dem Stürmẽ.

Stürm ſoll an vilen Orten / vnd nicht eher geſchehen / man hab dann zuvor alle defenſes, vnnd Ober Wehr abgeſchoſſen / vnnd zu nichts gemacht: alſo daß man allein mit den vorderſten zuſtreitten hab. Dannenhero man auch gewohnlich zur zeit deß Sturms / an einẽ andern Ort / das Heil mit Leitern verſucht / dann hierdurch werden die Belägerten auffs wenigiſt erſchröckt / oder in vil Ort ſich zu

verthei-

vertheilen gettungen. Welches/ wann ſonderlich die Statt nicht wol beſetzt/ groſſen ſchaden cauſirt. In der Statt ſollen etliche Reütter/ in wehrenden Stürmen/ in der gantzen Statt/ hin vnnd wider reütten/ vnd die/ ſo etwan der brechen entweichen wolten/ forttreiben/ auch allen tumult vnd Vnrath/ ſo ſich erheben möchte/ ſtillen; wie nicht weniger/ da es vonnöthen/ oder man jhrer bedörffen wurde/ retten/ vnd in ſumma, alles wahrnemmen/ vnd verbeſſern ſollen. Wie in der Belägerung Brixen beſchehen/ warvon *Iouius, lib. 18. fol. 394.* alſo ſchreibet.

Magno eis ſubſidio erant equites fermè centum, qui per pomœrii ſpatium, irrequieto curſu mœnia introrſum circuibant, notabantque, qua in parte maximè laboraretur: ac ſtatim in forum, vbi trecenti veterani in ſtatione ad ſubitos caſus collocati erant, decurrebant, torque veteranos, quot periculi magnitudo depoſcebat, ne, pedeſtri curſu exanimati, peruenirent, ſuis in equis conſeſſores accipiebant, & ad locũ iniqui certaminis reuertebantur. Ipſi nonnunquam, cum repentinum vrgentis prœlij diſcrimen præſentanea ſubſidia flagitaret, ex equis deſiliebant, & in pugnæ locum progrediebantur. 55.

Auch ſol allweg/ wann man ſtürmet/ auff den fürnembſten Plätzen der Statt ein gute Anzahl der Soldaten/ vnnd in allen Gaſſen Wachten geſtellt werden. So wirdt auch gemeiniglich die breche von einem reparirt, dabey ein flanquirter Grab/ vnd auffgeworffene Höhe gemacht/ darhinder die Schützen/ mit Fäſſern vnd Schantzkörben verdeckt/ loſirt werden. Welches in der Belägerung Pauie, die Käyſeriſchen wol in acht genommen. *Bellay. lib 2 fol. 190.* 56.

Il fut fait breche, mais non raiſonnable, toutesfois fut ordonné de donner un aſſaut, pour tenter l'opinion de ceux de dedans; auquel aſſaut nos gens ayans donné iuſques au hault de la breche, penſerent la Ville gaignée, mais autrement en aduint: car ils trouuerent par dedans de larges & profondes trancheés bien flanquées, & les maiſons eſtans pres des dites trenchées, perſées à tous propos, & pourueües d'harquebouzerie. 57.

Die Anzahl der Soldaten in einer Beſatzung/ ſoll ſich mehr nach der Menge der Victualien/ vnd dergleichen Proviſion/ dann nach der weite vnnd gröſſe deß Orths reguliren. In jetzt offt gemeldter Belägerung der Statt Poitiers (ſo nach Paris faſt die gröſte in Franckreich iſt) ſeynd nicht vber drey Tauſent zu Fuß geweſen. Wann auff fünff oder ſechs Tauſent archibuſier (wie viel gewünſcht/ vnnd zu defendirung vnnd Beſchützung einer ſolchen 58 Wie ſtarck die Beſatzug ſein ſolle.

weitläuffige Statt/ vonnöthen zu ſein erachtet) ſich daſelbſten befunden/ hette die Proviſion/ ſo ohne daß auſſer allerhand Vrſachen ſchlecht genug/ nicht den halben theil der Belägerung gewehrt/ were alſo diſe Statt verlohren / vnnd auffgeben worden. Wie dann auch die feſte Statt Harlem in Niderlandt / nach deme ſie 7. Monat belägert geweſen/ ſich endtlich auß Hungersnoth dem Duca de Alba ergeben müſſen/ allda dann nach einnemmung derſelben / 2000. vmbgebracht / vnnd durch den Scharffrichter hingericht worden. *Heluic. in Caſare Victor. lib 4 fol. 84.*

So pflegt man auch manchmal in einer belägerten Statt Lermen zumachen/ allein zu erkundigen/ wie ſich die Soldaten zum Handel ſchicken wollen. *Bellay lib. 7. fol. 789.*

59 Ein vnverzagter Oberſter kan leichtlich ein Ort defendiren.

Denen / ſo etwas zuverrichten woll affectionirt ſeynd/ iſt nichts vnmüglich/ ein dapfferer Oberſter kan alle Plätz / auch diſe/ ſo nicht zum beſten/ defendiren. *Plutarch. in Alex. Magno. fol. m. 199. Bon Cœur, bonne fortereſſe, Monluc. fol. 170. lib. 3.* Alſo iſt Landrecy / in Anno 1543. vnangeſehen es ein kleine / vnnd in der eyl übel befeſtigte Statt / jedoch von den Frantzoſen wider Kayſer Carolum den Fünfften / verthädiget worden. *Bellay. lib. 10. fol. 1055.* Alſo haben eben ſelbige in Anno 1513. Dyon / ſo gantz nicht befäſtiget / wider die Schweitzer/ vnd Teutſchen erhalten.

60 *Le Seigneur de la Tremouille retiré d'Italie, il fut aſſailly par quatorce ou quinze mille Suiſſes, envoyez par le Pape Iules, & l'Empereur Maximilian, accompagnez de la gendarmerie de la franche Comté, & de quelques chevaux Allemans, conduits par Vlrich Duc de Wirtenberg, les quels le vindrent aſſieger dedans Dyon, principale Ville de Bourgongne, qui n'eſtoit remparée ny fortifiée en ſorte du monde, mais la vertu des hommes ſervit de murailles. Bellay, lib. 1. fol. 13.* Wie auch in An. 1544. S. Diſier / von den Frantzoſen wider mächtigen Gewalt/ vngeacht diſes zween ſchlechte Plätz/ beſchützt worden. So iſt auch denckwür[illegible] zu mercken/ daß im Jahr 1566. der Türckiſche Kayſer ſtarck/ mit einer gewaltigen Kriegs Expedition zu Waſſer vnd Landt vor Malta kommen/ aber mit Verluſt [illegible] Mann/ demnach er die Feſtung drey Monat belägert gehalten/ vnd geſtürmet/ darvor widerumb abgetriben worden. *Heluic. in Cæſare Victor. lib. 5. fol. 7[illegible]*

Gleicher geſtalt / hat Nicolaus Juriſcit, die Statt Günß in Vngarn/ wider einen ſehr mächtigen Feindt / vnnd benantlich Solimannum/ den Türckiſchen Kayſer erhalten. *[illegible] lib. 3. fol. [illegible]*

Doch iſt allhie auch diſes in Obacht zunemmen/ daß welcher einen vnwehrlichen Platz / freuenlich zu defendiren ſich vnterſtehet/vnd den Feindt mit ſeiner märcklichen Vngelegenheit/ das Geſchütz darfür zurucken/verurſacht/ offtermahls ohne Gnad an dem Leben geſtrafft wirdt. *Montaigne. 3. cap. 15.* Alſo hat in der Belägerung Pauie der Herr von Montmorency gethan/ *qui fut contrainct de battre une tour, qui eſtoit ſur le pont, l'ayant gaigné, la feit remparer & garder; faiſſant pendre ceux, qu'il trouua dedans, pour auoir eſté ſi outrageux d'auoir voulu garder un tel pollier, à l'encontre d'une armeé Françoiſe. Bellay, lib. 2. fol. 190*

62\. Geſahr deſſen/ ſo ein vnwohnliches Orth defendiren/ vnnd den Feind darvor auffhalten thut.

Welches ebenmäſſig in Anno 1538. denen / ſo das Schloß Villanc ingehabt/ beſchehen / *& taillerent en pieces ce qui ſe trouua, hors mis le Capitaine, & l'enſeigne, qui furent prins en vie, leſquels Monſieur le grand Maiſtre fit pendre & eſtrangler, pour donner Exemple aux autres, de n'eſtre ſi temeraires d'attendre dedans une meſchante place, une armeé Françoiſe deſcendent en ſa premiere fureur.* Wie in gleichen in Anno 1591. denen zu Sainct Bouny widerfahren/ *pour auoir eſté ſi outrageux, de vouloir tenir une ſi meſchante place deuant le Canon. Bellay lib. 9 fol. 986.*

63\. Dahero ſeyndt in der Einnemmung deß Königrich Portugals, die Gubernatores gar vnuerſtendig befunden worden/ in dem ſie auch ſchlechten Stätten zugemuttet/ ſich zuwehren. Eoſque Dux Albanus arguebat crudelitatis, ideò quod negligerent conſuetudinem, quæ vbique gentium obſeruatur, nempè, vt exercitu potenti in aliquam Prouinciam ingreſſo, concedatur ijs locis, quæ non ita munita ſunt, vt vim hoſtium ſuſtinere poſſint, deditionem faciendi facultas, ne peccent in præcepta militaria, quæ jubent ad vnum omnes occidi, quotquot hoc caſu reſiſtunt: & non injuriâ, quia alioquin tormenta maiora ad minutiſſimum quemque pagum diuerberandum adducere, neceſſe eſſet, nec bellum vnquam finiretur. *Coneſtag. lib. 5. fol. 256.* Quem eundem vide *lib. 8. fol. 302.*

Ein Statt / ſo an einem Berg ligt / vnnd denen andere Höhtnen commandiren/ iſt gantz gefährlich/ vnnd mißlich zu defendiren: Dann der Feinde auff alle Häuſer vnd Orth/ mit ſeinem ſchieſſen zielen kan. Hingegen hat ein dergleichen Platz dieſen Vortheil/ daß leichtlicher daſelbſt / dann in der ebne / tranchees oder Gräben/ wie zugleich contrabatteries ins Wercke zurichten/ es ſeynd auch die breches beſſer zu repariren.

64\. So ein naher Berg ein Ort commandirt?

65 Was ein Gubernator zu obſeruiren.

Obwol ein General ſich nicht leichtlich ſolle belägern laſſen/ *Bellay lib. 8. fol. 803.* nichts deſto weniger muß der Oberſt in einer Feſtung dergleichen Erfahrenheit vnd authoritet haben / daß er mit ſeinem Befelch der Belägerten Gemüter vniren, vnd denen gebieten könne. So ſoll auch der Gubernator in einer Feſtung nicht zu verzagt/ noch zu Geitzig ſeyn. *Le moyen de perdre bien toſt vne place forte, eſt de la commettre à un couard ou auaricieux. La Noüe ad Guicciardinum lib. 15. fol. 174.*

66 Es wollen ebenmeſſig etliche nicht für rathſamb halten / daß ein ſolcher Gubernator auß der Statt gebürtig ſeye/ wie das Exemplum Anaxilai *apud Plutarch in Alcibiade fol. 402.* beweiſet / welcher für die Lacedæmonier die Statt Byſantz (ſo man jetzt Conſtantinopel nennet) ingehabt/ vnd ſolche ehe dem Feindt übergeben/ dann in eüſſerſte Noth kommen laſſen wöllen/ weil diſes ſein Vatterlandt geweſen. Heinrich von Aniou, König Caroli, deß Neundten in Franckreich/ Bruder/ hat ſich nach erhaltener Schlacht vor Montcontour vberſehen/ daß er den Proteſtirenden nicht nachgezogen/ ſondern zu ſeinem Schaden S. Iean d' Angely belägert/ nicht weniger haben die Proteſtirenden mit der Belägerung Poitiers zu folgendem / in berührter Schlacht empfangenen Schaden/ Vrſach gegeben.

67 Ein Volckreiche Statt ſol nicht belägert werden.

Ein Statt wo vil Volck innen iſt/ ſoll nit leichtlich belägert werden: Alſo haben die Frantzoſen ein mercklichen Fehler begangen/ daß ſie Nouarien belägert / welche Statt von den Schweitzern ſo ſtarck beſetzt geweſt/ daß ſie auch die Thor nit zugeſchloſſen/ noch die breches repariret, ſondern nichts liebers gewolt/ dann daß ſie mit jhren Feinden in der Statt / oder anders wo / zu gleicher Wehr kommen möchten. *Guicciard. lib. 11 fol. 30. Iouius hiſtor. lib. 11 fol. 165.*

68 Oder wo der Entſatz in der nähe.

Jngleichem/ wo die Hülff oder Entſätzung in der nähe/ ſoll man kein Statt belägern/ C'eſt imprudence d'entreprendre une ſiege, ſi le ſecours eſt proche. *La Noüe ad Guicciard. lib. 12. fol. 73.* Alſo hat Franciſcus I. gar vnweißlich gethan / iſt auch darüber geſchlagen worden/ in dem er Pauie belägert/ da die Kayſerliſche armée nit weit von dannen war; *Bellay lib. 2. fol. 49.* angeſehen / allweg ein Belägerung vil Leüth koſtet/ vnd nach einer Belägerung/ der Belägerer leichtlich geſchlagen werden kan. *Les ſieges des fortes places, s'appellent ruines d'armées. La Noüe ad Guicciard. lib. 7 fol. 272.*

69 In welchen fälle obſides zugeben.

Manchmahl werden Stätt vnd Plätz mit dem geding auffgeben/ wann man ſelbige jnnerhalb einer gewiſſen Zeit nit entſetzet / als dann wirdt von denen auſſerhalb ein vornemme Perſon verordnet/ welche in der Statt bleibt/ vnd zuſicht/ daß man jnnerhalb nichts in-

nouire.

nouire. Item; wann die Belägerten Hunger leiden/ wirdt jhnen erlaubt Eſſen hinein zu bringen/ doch von einem Tag zum anderñ/ vnd werden vtrinque Obſides gegeben; welche auch zu zeiten das Leben laſſen müſſen/ wann man den Pactaten entgegen was handelt/ wie *Froiſſart. tom. 1. cap. 327.* ein Exempel hat. Es gibt auch *Girard. lib. 21. de l'hiſtoir. de France tom. 2. fol. 751.* ein Regul/ daß man dem Feindt ohn genugſame Pfandt oder Geyſſel/ in ſolchen Fällen nicht trawen ſolle. *De ne ſe fier une autrefois en ſon ennemy, que ſur bons gages.* Welcher geſtalt die Statt Calais nach langer Belägerung/ dem König in Engellandt übergeben worden/ wie auch ſechs der fürnembſten Burger/ jeder ein Strick an dem Halß habendt/ damit ſie daß vbrige ſambtliche Volck bey dẽ Lebẽ erhalten möchten/ gedachtem König die Schlüſſel præſentirt, vnd ſich jhme auff Gnad vnd Vngnad ergeben / Zumahl durch Fürbitt der Schwangern Königin/ ſie bloß das Leben erhalten/ wirdt von *Froiſſart. tom. 1. cap. 146.* gar denckwürdig erzehlt.

Einer ſo den letſten Sturm thun laſt/ vnd da er im ſelbigen nichts erhaltet/ abzuziehen willens iſt/ ſol vnder diß/ ſelbiger Geſchicht/ die Stuck/ vnd andere ſchwere Sachen / denen ſonderlich der Feindt im Abzug wol beykommen/ oder Schaden zufügen mag/ hinweg/ vnnd in ein ſicher Ort zu führen/ nicht vergeſſen. So iſt auch dem Feind/ welcher abzeücht/ nicht allweg zutrawen/ dann ſelbiger ſich manchmahl widerumb wendet/ wie die Græci vor Troia, auch Lucullus vor Mitylena gethan hat. *Plutarch. in vitâ fol. 980.* 70 Wañ einer abziehen will/ nach dem letztẽ vergeblichen Sturm.

Wann ſelbiger/ welchem ein Feſtung vertraut/ entweders Zaghafft/ oder Vnfleiſſig iſt/ wird er manchmahl mit dem Todt geſtrafft/ oder auffs wenigiſt ſeines Adels vnd Ehren entſetzet. Wie An. 1523. dem Frantzöſiſchen Hauptman zu Fontarabie widerfahren. *Carle Capitaine Franguet, apres auoir tenu peu de iours, neantmoins rendit la Ville, qui n'eſtoit forcable, & en ſortit ſes bagues ſauues: vray eſt, qu'il diſoit, auoir eſté contraint de ce faire, par ce que Dom Petre, fils du feu Mareſchal de Nauarre, auoit intelligence aux ennemys. Toutesfois le dit Franguet fut à Lyon ſur un eſchaffault degradé de nobleſſe, & declaré roturier luy, & ſes deſcendents: pour auoir eſté negligent & failly de coeur à pouruoir à la conſpiration dudit Dom Pietre, ſi ainſi eſtoit, qu'elle fut vraye. Bellay. lib. 2. fol. 162. & ſeq.* Welcher *lib. 7 fol. 717.* eben auch hievon alſo ſchreibet: *La punition dont on à depuis uſé contre les moins delinquans, à eſté telle, que tout ceux, qui s'y ſont trouuez extraicts de noble race, ont eſté priuez & degradez, eux & leurs deſcendents, de tous tiltres & priuileges de nobleſſe; & faits ſubiects aux ſubſides & impoſitiones, comme non nobles & roturiers.* 71. Wan ein Gubernator zaghafft oder vnfleiſſig iſt/ wie er geſtrafft werden ſolle.

Alſo iſt der Herr von Veruin zu Paris Anno 1543. enthauptet 72

worden / weil er auß groſſer Zagheit / vnd Vnverſtandt / auch wider der Burger willen / die Statt Boulongne, dem König auß Engelland vbergeben *Bellay.lib.10.fol.1123. Car perdre une place, & n'apporter, ou avec la mort, ou avec la vie, de l'honneur, celuy qui vous y à mis, vous faict tort, s'il ne vous fait couper la teſte. Montluc, lib. 2. fol. 138.* & adde *Montaig. 1. de eſſais, cap. 16.* Fürſtliche Tiſchreden *lib. 1. c. 29.* auffs wenigiſt ſol einer Ehrenhalber einen Sturm außhalten / da er ſonderlich etwas gelegenheit het / ſich zu retranchiren. Der Mareſchal Monluc ſagt; daß die Spanier insonderheit ſelbige hart ſtraffen / vnd zwar billich / ſo auß Zaghei ein Statt vbergeben / aber er thut noch billicher hinzu; *mais il en faut faire jugement ſans paſſion: car i'ay veu ſouvent tel blaſmé par celuy, qui n'euſt ſceu faire mieux. lib. 4. f. 258.*

73 Von dem parlamẽtiren.

Wann man in einer Veſtung zu parlamentiren anfangt / iſt ſelbige ſchon für halb verlohren zuhalte 5. *Car depuis qui une femme parlamente, & vous eſcoute, à Dieu vous comment, Vous avez deſia le pied en l'eſtrieu. Auſſi quand une place commence à ouvrir l'oreille à la compoſition, tenez la hardiment pour perdue. Monluc. dict. f. 258.* Es wird auch gleichſamb für ein Verrätherey geſchätzt / wann der Oberſt / in deß Feindes Läger ſich ſelbſten begibt / vnd daſelbſt einen Accord abhandlet. *Bellay. lib. 1. fol. 68. & ſeq. Montaigne, lib. 1. cap 5.* Vnd als vnter Carolo, dem Sechſten diß Namens / König in Franckreich / Thunis belägert ward / hat der Saraceniſche Gubernator nicht wollen auß der Statt / zu parlamentiren ſich begeben: *diſant, que par les loix de la guerre, iamais un chef d'armee, ou de Ville, ne doit ſortir pour parlementer. Girard. lib 18. tom 2. fol. 443.* Nicht weniger wird öffters ein Veſtung / vnder deme man parlamentirt, vnd dannenhero darinnen etwas vnachtſams / oder zu ſicher iſt / vnverſehens eingenommen; darumb zu ſelbiger zeit zum fleiſſigſten Wacht zu halten. *Les heures d'un parlament, ſont touſiours dangereuſes. Monluc. dict. loc. Montaig. lib 1. cap 6.* Fürſtliche

74 Tiſchreden / *lib. 11. cap. 28.* Man ſol auch dem Feind nicht trawen / wann er ſchon verſprochen vnder wehrender Handlung nichts zu attentiren; wie die Statt Genua, Anno 1522. mit jrem eüſſerſten Schaden erfahren / vnd darumb ſpolirt, oder geplündert worden. *Bellay. d. lo.* Noch viel andere obſervationes / köndten auß deß Mareſchalcken von Monluc commentaires, vnd deß Herren de la Noue notis ad Guicciardinum, welche man vmb kürtze willen außgelaſſen / gezogen werden. Et hæc de obſidione.

75 Qualis progreſſus ad caſtra faciendus.

Nunc de caſtris quæ quidem duplicem conſideratione, progreſſum nempe agminis in caſtra, ac eorundem architecturam, adferre ſolent. Et primò progreſſus ad caſtra ponenda tutus eſſe debet, in quo regionum ſollicita exploratio, & prudens militaris agminis ductus requiritur: ſiquidem exer-

citum

citum ducit Princeps, vel per ſuam ditionem, vbi deprædationes omnes militibus interdicet. Vel per alienam, eamq; hoſtilem, vbi maximè inſidias, ne fortè inter prædandum, vt ſæpè fit, opprimatur, euitare ſtudebit. *Frontin lib. 1. cap. 4.* Si verò per ditionem cuiuſdam amici exercitus deducendus ſit, tranſitus inprimis petendus, atque dein milites in officio exquiſitiſſimè continendi erunt.

Architectura præterea caſtorum, quà caſtra in conuenienti & tuto conſtituantur loco, ſingulariter expoſcit, vt eligatur locus, vbi & lignorum, pabuli, & aquæ ſuppeditat copia: Nihil enim magis timendum eſt, quam ne te hoſtes lignatione, commeatu, aquatione, pabulationeq; prohibeant. Ea autem ne accidant, vicina interdum caſtris loca opportunè ſunt occupanda, caſtella erigenda, & præſidia diſponenda. Petreius & Affranius in Hiſpania, cum facultatem non haberent explorandi locum caſtris idoneum, naturâ iniquo, & procul ab aqua diſſito loco caſtra locauerũt, ita pabuli inopiâ adacti ſarcinaria iumenta occiderunt, & tandem cum iã quartum diem pabulo equi carerent, & viri aquæ, ligni, ac frumẽti inopiâ premerentur, deditionem fecerunt. *Cæſar. de bello Ciuil. lib. 2.* 76 Caſtra quomodo figēdæ.

Videndum etiam eſt, ne mons adſit vicinus altior, qui ab aduerſarijs captus poſſit officere: ne item torrentibus inundari conſueuerit campus, & hoc caſu vim patiatur exercitus. Alexander Magnus cum per ignotas regiones iter haberet, ſecundâ circiter vigiliâ profluentibus in caſtra ſereno cælo aquis, è Gadroſiorum montibus, magnam vim impedimentorum amiſit, tanto cum periculo exercitus, vt vix cum armis iiſq; non omnibus milites, ſubmerſis mulieribus ac pueris, ſeruati ſint. *Arrhian. lib. 6.* 77

Ne ſit idem locus militum valetudini ob infeſtum aut craſſiorem aerem, vel etiã victoriæ, ſi dimicandum foret, nociuus ſit. *Veget. lib. 3. c. 2. & lib. 3. c. 8.* Vnde Cyrus *apud Xenophon. Pæd. lib. 1.* in deligendo caſtris loco, ſalubritatem inprimis eſt ſecutus. Et ſuperiori noſtra memoriâ, cum Galli Lotrechio Duce Neapolim obſiderent, ex infecto aëre & intemperantiâ gulæ, quod auidiſſimè ſoruis, ficis, & autumnalibus pomis vterentur, contractâ inualetudine adeò acciſos fuiſſe, vt irrito incœpto obſidionem ſoluere ſint coacti, refert *Iouius hiſtor. lib. 26.*

Forma autem & modus ſiuè magnitudo caſtrorum, quæ interdum quadrata, interdum trigona, aut ſemi rotunda, pro 78 De forma caſtri.

vt loci qualitas aut neceſſitas copiarum poſtulauerit, ab Imperatoris prudentia pendebit. Si enim juſto minora ſint caſtra, multitudo coarctabitur, & laborabit in anguſtijs: ſin ampliora, paucitas militum ægrè tueri ea, ſi oppugnentur, poterit; cum præſertim aliquando accidat, vt ingẽtes hoſtium copiæ caſtra circumfundant, continenterq; defeſſos in tutum recipiendo, & alijs integris viribus ſubmittendo, oppugnent. Qua in re Romani certè eam diligentiam in faciundis caſtris adhibuerunt, vt Pyrrhus ſpeculatus eorum formam, & admiratus, omnia ordine eſſe prouiſa atq; diſpoſita dixerit. *Plutarch. in Pyrrho.*

79 Vt igitur Imperator in caſtris ſecurus eſſe poſſit, neué inuitus acie decernere cogatur, aſſuefiat miles vallum portare, foſſam ducere, ceſpidem circumcidere, aggerem extruere, & ſic vbi pernoctaturus eſt, ibi caſtra pro neceſſitate munire. Vbi verò non longè abeſſet hoſtis, imitandus eſt Cæſar, qui cum iter faciens, nouiſſimum agmen ab Heluetijs carpi vidiſſet, juſſis equitibus ſubſiſtere, ac ſuſtinere hoſtium impetum, proximum occupauit collem, & triplici acie inſtructa, eam, quæ in ſuperiore loco conſtiterat, locum in quẽ ſarcinas congeſſerant, juſſit munire. *De bello Gallico lib 1.* Videatur *Caſtell. lib. 2. c. 45. & ſeqq.* Et de munitione caſtorũ *Veget. l. 1. c. 23 & ſeqq. Amirat. lib 19 diſcur.*

80 De Excubiis. Summa etiam Imperatoris prouidentia circa ſedulam excubiarum ordinationem tam intra, quam extra caſtra verſari debet: harum enim negligentia, & nimia quandoq; confidentis ſecuritas, obſeſſis victoriam nõ raro ad portauit; quemadmodum de Epirotis ab Illyrijs ad Phœnicem vrbem cæſis, exemplum refert *Polyb lib. 2.* Nec pro poſtis ſolum caſtrorũ, alijſq; opportunis extra vallum locis validæ militum manus, vel equitum turmæ pro ſtatione ſunt collocandæ; ſed etiam intra caſtra & munitiones, & præſertim ad prætorium die noctuque præſidia, cũ ſumo ſilentio vigilare neceſſe eſt, *Leo Imperat. de apparatu bellico, c. 11. n. 22* Ita tamen vt milites vices ſtationũ inter ſe, ſingulis duabus vel tribus horis, ſorte aut delectu diſtribuant, eaſq; ſubinde viſitari curet, vel ipſe eaſdem obeat, & teſſeram militarem diſtribuat. *Althus. polit. c. 35. pag. 985.* Non ſolum vt militibus, exæquatus cum Imperatore vigiliarum & laborum feruor appareat: *Saluſt. in Iugurthina pag. 104.* Sed etiam, vt ſi quis negligentius ſuo officio functus deprehendatur, dignã deſuper pœnã coërceatur, *Veget. lib. 3. c. 8.*

Quam quidem nonnulli grauiorem, ac capitalem quoq; ſtatuendam exiſtimant, eo quod deſidiâ vel ſomnio vnius, vniuerſa ſæpè ciuitas vel exercitus, periclitari poſſit. *Iul. Ferret. in tract. de re milit, tit. de de explorat: & extubiis. n. 7.* Wer ſeine Wacht oder Sentinellen verſaumbt/ oder davon ohn Erlaubnuß abreitt/ auch ſchlaffendt gefunden wirdt/ ſoll ohn einige Gnad am Leben geſtrafft werden. Holländiſch Kriegßrecht *art. 26. & ſeqq.* Atq; idcirca Epaminondam Thebanum ſummè deprædicāt, quod in magno periculo vigilias circumeundo, vigilem, quem dormientem inuenerat, gladio transfixerit, ſeque mortuum hominem inueniſſe, mortuumque reliquiſſe dixerit. *Keller. de offic. Iurid polit, lib. 2. c. 31. pag. m. 618.* Kayſers Maximiliani Articulsbrieff aber/ ſetzet ein ſolche Straff zu deß Oberſten Erkandtnuß. *art. 38. & 39.* 81 Pœna dormiētis in excubiis.

DISCVRSVS. XXIII.

DE VELITATIONIBVS, ACIE, EXHORTATIONIBUS, pugna, & prœlio.

PRœlio dimicare, niſi multus nominibus ſuperior ſis hoſtibus, ſanè res eſt, propter incertum & dubium belli euentum, periculis pleniſſima. Nam vt modica ſaltem accepta ſit clades, fieri tamen non poteſt, quin rerū conuerſio fiat, partim metu hoſtium, partim contemptione & deſpectu illius, qui infeliciter pugnauit. *Comin. lib 4. & 5.* 1 Quando pugnandum.

Tunc enim oritur fremitus & indignatio militum, qui poſtea magnis jacturis conciliandi ſunt. Contra autem, qui victoriam adeptus eſt, authoritatem ſuam amplificat, & facilè quiduis impetrat, militemq; habet ad quæuis obſequentiorē. Hannibal Imperat. omniū maximus, vno prœlio ad Cannas proſperè facto, totam pænè Italiam in ditionem ſuā redegit. *Plutarch. in Hannib.* Idem à Scipione ſuperatus, non ea ſolum, quæ decem & octo continuis annis obtinuerat, ſed hoc amplius, ipſam Siciliam, atq; Hiſpaniam amiſit. Stat igitur ſapientiſſimum illud, collatis ſignis, niſi ſumma neceſſitudo, aut ſumma occaſio data ſit, nunquam decertandum eſſe. *Sembron. apud Gellium lib 13 c. 3.* Tunc quidem priuſquam prœlium ineatur, hoſtium vires velitationibus ſeu leuibus prœlijs, vt ſciri queat, quid animorum, quid virium tui & hoſtes habeant, tentandæ ſunt. *Machiauel 3. comm. 37.*

Quare cum deſcendere velis in aciem, & ſummam rei fortunæ committere, pro regulâ dari ſolet, vt ſuperiorem locum (ſole tamen & ventis benè obſeruatis, quaten⁹ ſcilicet nõ tuorum, ſed hoſtiũ oculos perſtringant. *Ranzou. lib. 3. c. 2.*) acie occupes, & hoſtem omnibus, vt ita dicam machinis, omnibus dolis ad iniquam pugnandi rationem adducas, ita vt ipſe iniquum ſubeas locum, licet victoriæ certa ſpes oſtẽdatur, nunquam conſultum ſit. Cæſar certè nihil vnquam magis metuit, quam locorum iniquitatem, vnde ad Auaricum, deprehenſis ſine Imperatore, & ſine equite hoſtibus, exploratam, vt ipſemet teſtatur, victoriam dimiſit, ne detrimentum aliquod iniquum ſubeundo locum, in contentione acciperet, *de bello Gallico. lib. 7. Caſtell lib 2 c. 66.*

De via verò ac ratione benè inſtruendæ aciei, vide *diſcurſ. 2. Amirati lib. 21. item Lipſ. lib. 4. de milit. Roman. dialog. 6. & 7. Veget. lib. 3. cap. 14. Bellay lib. 2. de regim. milit. c. 3. Ranzou. lib 3. c 4.* & alios qui paſſim hac de re integros tractatus ſcripſerunt. 6.

Sequitur Exhortatio, quæ eſt, cum publicè Imperator ſuos alloquitur milites, eoſq; vel retinet, vel impellit, atq; huiuſmodi Orationes magnos in bello effectus, maximè apud milites ob acceptam prius cladem, animo imbecilliore conſternatos, vel etiam hoſtium multitudinem timentes, habere ſolent. Et talis fuit egregia illa Cnemi Ducis Peleponneſiorum, ad milites ſuos memores prioris cladis, ab Athenienſibus propè littus Acarnaniæ ex improuiſo acceptę, adhortatio. Hic enim poſtquam propriarum nauium claſſem, auxilio ſuorum valdè multiplicaſſet, conſternatos milites ſuos, ad ſecundam pugnam denuò incitando, his verbis generosè affatus eſt. 7. **Miles ſtrenuè exhortãdus eſt.**

Si quis veſtrum inquit, propter priorem pugnam, metuit futuram, non rectè judicat. Nam ad prœliandum minus parati fuimus, vt ſcitis; nec ad prœlium nauigatio ſuſcepta erat, ſed ad iter. Quædam igitur ſecus acciderunt propter fortuitum caſum; nocuit etiam inſcitia in prima dimicatione. Non igitur clades noſtrâ culpâ accepta eſt, nec conuenit, cũ non ſis prorſus conſilio ſuperatus, habeaſque excuſationem, omninò frangi propter euentum, ſed cogitandum eſt, aduerſa poſſe fortuito caſu, etiam benè paratis accidere; Interea tamen rectè deliberata, viro forti non abijcienda eſſe. 8. **Oratio adhortãs conſternatos milites.**

Nec deficiamus animis propter imperitiam cum robur adſit, nec vobis adeo deeſt peritia, vt ſupereſt audacia. Iſtorum autem ſcientia, quam maximè timetis, tunc valet, cum adſunt fortitudo & memoria in articulo terribili, At ſine animi præſentia ars contra periculum nihil prodeſt: Timor enim memoriam excutit, & ars amittitur animo labefacto.

9. Illorum igitur maiori peritiæ opponite audaciam veſtrã, & timori quo victi eſtis, opponite quod imparati fuiſtis. Iam his commodis antecellitis, numero nauium, & quod noſtra terra vicina eſt, vbi propè adeſt exercitus, qui dimicantes adiuuare poteſt. Plerumque autem vincunt plures, & melius inſtructi, nec quidquam nunc neglexímus, & priora errata, quia ea jam correximus, documento nobis ſunt. Alacres igitur gubernatores, & nautæ ſequimini, vnuſquiſq; quantum poteſt, non deſerentes locum vnicuiq; attributum. Nos inuademus hoſtes non deterius prioribus ducibus, nec præbebimus excuſationem vllis, vt minus ſtrenui ſint. Si quis autem erit ignauus, pœnâ afficietur: fortes verò præmiis virtutis ornabuntur. *Hæc ille.*

10. Alla Oratio. Vbi paruus exercitus timens maiorem exhortatur.

E contra Phormio Athenienſium Dux, cum ſuos conſpectâ claſſis hoſtilis magnitudine, aliquam timoris ſignificationem præbere, aduerteret, conuocato quamprimum concilio, cohortatione ſua eoſdem hiſce verbis erigere decreuit:

Cum videam vos ait, milites hoſtium multitudinem timere, conuocaui vos, judicans non conuenire, vt eà, quæ non ſunt terribilia, metuatis. Illi enim, quia prius victi ſunt, & ſuo judicio, ſe vobis impares eſſe ſtatuunt, numerum nauium auxerunt, quæ tamen diſſimiliter inſtructæ ſunt. Deinde ita cõfidunt, quia in terra peritiam habent, & ſæpè vincunt, eoque exiſtimant ſibi conuenire, vt ſint animoſi, & arbitrantur ſimiliter ſe prœliaturos eſſe in naualib⁹ pugnis, ſicut in terra dimicant: Nos verò magis confidere nauali ſcientiæ conuenit, ſiquidem illi pedeſtri confidunt.

11. Non enim antecellunt audaciâ, ſed vtriq; in eo ſumus audaciores, in quo peritiores ſumus. Præterea Lacedæmonij cum ſint duces ſociorum propter ſuam gloriam, multos trahunt in periculum inuitos, qui prius victi non rurſus dimicaturi eſſent. Ne igitur eorum audaciam formidetis, cum quidem ipſi vos magis timeant, & cauſam timoris probabiliorẽ habeant, quia prius vicistis, & quia exiſtimant nos non dimi-

caturos

caturos eſſe, niſi ſpem haberemus non dignum aliquid nobis facturos eſſe.

Hoſtes, qui multitudine antecellunt, magis viribus, quã conſilio freti, pugnam cient. His verò, qui multò minorem exercitum habent, & non coacti pugnare, tamen non detrectant pugnam, animum addit conſcientia peritiæ ſuæ, quod reputantes iſti, propter hanc inopinatam pugnam magis nos metuent, quam propter nauium proportionem. 12.

Multi enim magni exercitus à minoribus, aliàs propter imperitiam, aliàs propter timiditatem deleti ſunt, quorum vtrumq; à vobis abeſt. Nec verò committam, vt in anguſto ſinu dimicemus, quia anguſtiæ nobis non ſunt vtiles aduerſus imperitam multitudinem, cum noſtræ naues ſint expeditiores. Nam in loco anguſto neq; proſpectus eſt ad inuadẽdum, neque receptus patet, & nulla ſunt effugia, nullæ conuerſiones, quæ arte reguntur, ſed fit ex nauali pugna pedeſtris; qua in re multitudo vincit. Verum hæc quantum potero, curabo. Vos ordinem veſtrum retinete, & celeriter facite imperata, cum quidem inuaſio fiat ex interuallo exiguo, & in ipſo congreſſu ordinem & ſilentium tueamini. Hæc enim, vt omnibus bellicis in rebus, ita præcipuè in naualibus prœlijs conducunt. 13

Hos igitur propulſate, vt dignum eſt prioribus factis veſtris. Eſt enim de re magna certamen, videlicet vtrum ſpem imperij in mari Peloponneſijs eripiatis, an verò permittatis, vt Athenienſes in mari videantur inferiores. Illud enim in memoriam redigo, quod multi antea à nobis victi ſint, quorum animi poſtea in periculo timidiores exiſtunt. *Hac Phormio.* 14

Et harum quidem exhortationum, ſingulariter apud Peloponneſios ex priore clade conſternatos, talis effectus fuit, vt eâ ratione animoſiores facti, Athenienſes callido conſilio ad dimicandum prouocauerint, feliciterq; depugnantes, non ſolum magnum Atticarum nauium numerum corruperint, ſed reliquas etiam per altum mare Naupactum vſque perſecuti fuerint. Qua de re *Thucyd. lib. 2. pag. m. 235. & ſeqq.* 15 Effectus harum Orationũ.

Certum itaque manet nunquam milites, niſi prius conuenienti oratione animatos, ad prœlium ducendos eſſe: quod etiam ſuadet *R. P. Conzen. polit. lib. 10. c. 41.* Eos quoque de jure eius, in cuius fauorem ad pugnam incitantur, prius certos reddere, monet *Froſſard tom. 1. c. 226.* 16. Milites itaq, exhortandi & de iure ſuo certiores faciendi ſunt

copiarum vel numero militū opportuno in loco ſuperior ex-
iſtis, fortunę aleam ſubeundam eſſe cenſet, ne ſi cuncteris, ho-
ſtē poſt ea viribus auctū minus ſuſtinere poſſis. *Alex. de bello Parthi.*

Cæterum hâc in re nonnulli imbelles, ne ſe in diſcrimen
conijciāt, detrectando pugnā peccare ſolent, quando nempè
refugiendo ſeſe in arctum cogi ſinunt, vt nec frumentatum,
nec aquatum ire, aut audeant, aut poſſint: eamq; timoris opi-
nionem inſuper præbent, vt & hoſtes alacriores, & ſuos timi-
diores efficiant. *Plutarch. de tuend. valetud. Caſtell. lib 2. c. 36.* 21. Alii peccant, dū ſe in tuta recipiunt

In actu verò pugnæ, ſi tui inclinant, non ſtatim diffiden-
dum, neq;, vt de Pompeio fertur, ad fugam ex ſubitanea de-
ſperatione accelerandū eſt: Cū enim in pugnâ Pharſalicâ mi-
litū ſuorum conuerſionē ex puluere conſpicatus eſſet, quam-
primū animo collapsū in tabernaculū relictâ acie penetraſſe,
nulloq; ampli⁹ Imperatoris officio functū, tandē ingruentib⁹
hoſtib⁹ turpiter fugā corripuiſſe legim⁹. Infirmi ſiquidē inge-
nij eſt, lapſu aliquo ſummæ rei diffidere, cū euentus omniū aut
certè plurimū prœliorū, inter initia contra illos, quibus victo-
ria debebatur, magis fuiſſe docuerit. *Veget. 3. c. 25.* Forti itaq; tūc
animo opus eſt, vt nullum, in tali trepidatione, conſtantis Du-
cis, aut fortiſſimi militis officiū omittas. *Tacit. lib 3 hiſtor.* Sed cō-
ſternatos potius excites militum animos conſilio, manu, &
voce, exemplo Iulij Cæſaris, teſte *Lucano lib. 7.* 22. Quid ſi tui in actu pugnę inclinent

Cęſar enim, qui ad omnē rei bellicæ vſum ſemper prompt⁹
aderat, nact⁹ temporis opportunitatē, quā ſedulò ſequebatur,
victoriā ferè vbiuis potit⁹ eſt. Magno quippè animo quibuſ-
cunq; in rebus permanſit, & non modo non inimicis, ſed ne
fortunæ quoq; ſuccumbens, multa facilia ex difficillimis ſolâ
animi magnitudine reddidit, vt ſtupenda eius cōſtantia in re-
bus aduerſis ac propè afflictis adeò cerneretur, cū tot & tanta
quidē bella, bis verò ancipiti tantū fortuna geſſiſſet. Nam ad
Dyrrachiū (vbi pulſ9, nō inſtante Pōpeio, negauit illū ſcire vin-
cere) & iterū in Hiſpania contra Iuniorē Pompeiū, infeliciter
dimicauit, quādo nimirū exercitū ſuum tanto timore trepi-
dantē conſpicatus eſſet, vt pugnā detrectādo nec ſuſtinendo im-
petū hoſtiū iā cedere cōpelleretur, diſcurrens per medias acies
exclamauit, Si nihil pudoris in vobis (milites) eſt, corripite
me, & in man⁹ puerorum tradite, moxq; è manu obuij militis
ſcutū arripiens in globū partim vibrauit, partim clypeo exce-
pit, & tam diu reſtitit, donec milites ac verecundiâ perciti, nō
modo eum tutati ſint, verùm triginta quoq; hoſtium millia 23. Cæſar qualiter ſuos adhortatus fuerit in dubio prœlio.

quin-

quingentorum ſaltem ſuorũ jacturâ profligauerit, vbi ſi animum aliquâ ex parte ſubmiſiſſet Cæſar, & vitam & Imperiũ, rerumq; geſtarum gloriam, protinus amiſiſſet. *Patricius lib. 5. tit. 1. pag. m. 281.*

24. Similiter Tyllius. Certè poſteaquam Rex Daniæ cum Tyllio ad Lotteram prœlium commiſiſſet, & noniſſimè illud inuſitatum Tyllij oculis nefas, quatuor nempè integras Veteranorum equitum Legiones gradum retrò mouerẽ, & Danis ad tormenta Tylliana acceſſum præbere, contigiſſet: Tyllius non abſimilis furenti, primam in aciem procurrit, ibi prenſare fugiẽtes, confirmare; per totum deniq; agmen, oculis, manibus, clamore volitare, ac grandium machinarum exploſores hiſce verbis: Vt ſcilicet cautius, & ne fruſtra jaculentur; exhortari cœpit. Erexit ea res adeo Cæſarianis animum, vt non ſolum opportunè in irruentes, vt quaſi magno grãdine fruges perderentur, detenuerint, & ipſæ fugientes antea quatuor legiones in prœlium reuerſi fuerint: ſed etiam Heroico facinore prioris fugæ ignominiam abolentes, vltra ferè vires & viros, comite fortuna captis tribus Danorum millibus, & triginta inſuper tormentis bellicis, ac nonaginta quinq; ſignis militaribus, octo ferè millia debellauerint. *Waſſenberg. de bello Danico pag. m. 112.*

25. Pœna fugam cauſantis in prœlio. Dahero dann auch in Kayſ: Maximilrani I. Artitculs Brieff. *artic. 22.* verordnet wirde/ daß wer in einer Schlacht oder Sturmb de Anfang macht zu der Flucht/ der ſolle auff der That von einem jeden todt geſchlagen/ vnnd von demſelben/ der einen ſolchen todt ſchlägt/ groſſen Danck verdienet word. Concordat das Holländiſch Kriegsrecht *art. 51.* Vnnd wann er davon kombt/ ſol er zum Schelmen gemacht/ vnd wie Frotho III. König in Dennemarck gethan/ ohne Gnad an Leib vnd Leben geſtrafft werden. *Henric. Pantalleon. De viris illuſtr. German. p. 1. fol. 88.* Vnd daß ſeindt gemeinigklich ſolche Schnarcher/ die bey der Zech/ einem fünff in einem Trunck zu trincken/ vnd wann ſie nur einẽm Feld ſehen/ lauffen ſie davon: quorum omnis in verbo ferocia eſt, nulla in factis. *D. Pappus ad d. art. 51.*

Ebenmeſſig haben auch Jhre Hochfürſtl: Durchl: Ertzhertzog Leopold Wilhelmb/ ꝛc. in jüngſter den 2. Nouemb. diß lauffenden Jahrs 1642. bey Leipzig mit den Schwediſchen gehaltener Feldtſchlacht (alda zwar die Victori/ wegen deß rechten Flügels mannhafften vnd redlichen Fechten/ bereith in deroſelben Handen geweſen/ aber etlicher beym lincken Flügel/ erzeygter Vnbeſtendigkeit/ vnnd Flucht halber/ in vnverhoffte Confuſion vnd Verluſt gerathen) nit

allein

allein mit dero hochbeweglichen vnd vnverzagten eüffrigen Zuſprechen/ etliche nicht fechtende Regimenter zu Pferdt/ zum Streitt widerumb anzureitzen: Sonder auch mit heroiſchem/ vnd von dem Feindt ſehr hoch gerümbten Exempel, alſo mit darſetzung Leib vnd Lebens/ die Ordnung widerumb zuergäntzen/ vnd eher von der Walſtatt nit zu weichen vermeinet/ man hette dann auff dero ſeyten/ ein ſigreiche Victori/ mit Ruhm vnd redlichen Fechten/ erhalten: Demnach aber Jhre Hochfürſtl: Durchl: ſelbige zum Streit gantz nicht mehr vermögen können/ ſondern alles das jenige gethan/ was einem dapfferen vnd vnverzagten Kriegßfürſten gebühret/ jedoch endtlich/ bey völliger überhandtnemmung deß Feindes (welcher gleichwoll an der Mannſchafft ein ſehr groſſen Verluſt gelitten) auff der hohen Officirs, vnnd Cammerherrn ſtarckes zuſprechen/ dero gefaſtem Vorhaben gäntz zuwider/ den Platz zuraumen/ vnnd zu weichen getrungen worden/ haben dieſelben hernach den 27. Nouemb. zu Roſkenzan in Böhmen/ gegen dergleichen Eydß- vnnd Pflichtsvergeſſene Soldaten/ auff vorher beſchehenes/ ſtarckes inquiriren, vnnd darauff erfolgtes Standtrecht/ andern zur künfftiger Warnung/ die erſte würckliche Executiones ernſtlich anzubefehlen/ nicht vnderlaſſen. Allda dann vnderſchiedliche Officirs auffgehenckt/ die vbrige Mannſchafft durch die Scharffrichter Wehrloß gemacht/ jhre Seytenwehr zerbrochen/ die Standarten von den Stangen abgeriſſen/ dañ [rdo]. zu Schelmen offentlich gemacht/ vnd außgeruffen. Hernach auch vil andere Regimenter reformirt, vnnd der überfluß der Hohen: vnd Nidern Officirs, gar hoch rühmlich vnd nutzlich abgeſchafft/ vnd coarctirt worden.

Sic quoq; de more Guſtauus Adolphus Rex Succiæ ſuos 26
adhortatus, in cruentiſſimo illo ad Lutzam 15, & 16. Nouẽb,
Anno 1632. facto prœlio, binæ potiſſimum voces obequitantis Regis excipiebantur, altera (exemplo Tyllij) cruenta, ſed docta & ad victoriam efficax, Miles deſtinato ſcopo, certoq; ictu jaculeris. Altera ambitioſa. Confido veſtræ virtuti commilitones, pugnate fortiter, etiam horarum labore, Monarcham me Mundi facietis. En præcedens aciem in munitiones primus aſſilijt, &c. & paulo poſt, cum legiones ſuas gradũ retro dare, & tormenta ſua à Cæſarianis occupari intelligeret, ablegato ſtatim equo, primam in aciem procurrit, & raptâ de manu Chiliarchæ cujuſdam fugientis bipenne, ſuos in aciem reducens, manu prœliũ reſtituit: ſuæq; potiſſimũ nationis milites adhortat⁹, ea fortitudine pugnauit, vt tribus legionib⁹ internecione deletis, cum acie ſua in fugam Fridlandus, niſi Pa-

Rex Sueciæ etiam ſuos ſtrenuè exhortatus fuit.

27. Adhortatio Ducis multũ iuuat.

penhemius Hallis expugnatis ſubueniens, aliá quadam violẽtiá cladem repoſuiſſet, nutaret. *Waſſenberg. de bello Suec pag 308.*

Nullum igitur dubium eſt, præcipuum belli ducis officium in eo conſiſtere, vt militum animos initio pugnæ probè confirmet, quatenus hoſti fortiter reſiſtere, vel ſaltem audaciam, firmiter in hoſtem properando ſimulare conentur: quod in ingenti exercitu maximum pondus ad victoriam habere ſolet, vbi primus impetus ſi feliciter ceſſerit, vt poſteriores animum recolligant, adeoque roborent, vt prioribus cedentibus, illi horum loca ſupplere non dubitent, maximè vbi ad fortitudinem á Ducibus & Officiarijs fuerint adhortati, qui ſemper hac in parte ſtrenui ſuo officio, turmas obequitando, & hoſtium pugnandi modum declarando, fungi debent: Ne milites nouitate aliqua fortè perturbentur. *Tradut. in Turca. fol. 356.*

28. Victorioſi milites, nõ ſe ſtatim diffundant.

Si verò fortuna tuis faueat, vt hoſtibus Superiores ac victores euadant, ſedulò cauendum eſt, ne tui nimis diffundantur, ſed vt à prædatione omnibus modis cohibeantur. *Veget lib 3. cap. 25.* Frequenter enim fuſa acies diſperſos, ac paſſim prædandi cauſa inſequentes, maximè cum victoria adhuc anceps erat, reparatis viribus interemit. *Tacit. 2. hiſtor. Caſtell. 5. cap 56. Amirat. 17. c. 9 Cominæ 8. c. 6. fol. 744.*

29. Victis nõ pertinaciter inſiſtendum.

Et licet hoſtes fugiant, non tamen pertinaciter ijs inſtandum, ſed ex ſententia Scipionis, aliquis de induſtria exitus & locus, vel vt Alphonſus Arrogoniæ Rex dicere ſolebat, pons argenteus exſtruendus, ac tantiſper vis & poteſtas hoſtium, vt iterum exercitum colligere nequeant, infrigenda eſt. *Albus. cap 36. pag 614.* Siquidem clauſis ex deſperatione, audacia creſcat, & cum ſpei nihil ſupereſt, arma formido ferociora reaſſumat. *Curt. lib. 8.*

30. Errores Chriſtianæ pugnæ cum Turcâ.

Quare *Traduct. il lo. fol. 300* examinando præcipuos pugnarum cum Turcâ habitarum errores, quatuor inquit, reperio, qui cauſa cladis noſtræ, & impoſterum præcauendi ſunt. Primò error inſignis videtur, ſi exiguæ copiæ prœlio cum immẽſa hoſtium multitudine confligant; Secundò, ſi nimio pugnæ feruore & cupiditate, hoſtium exercitum aggrediamur. Tertiò, ſi milites ordines deſerant, vel prædas agant, hoſte nondum penitus deuicto, vel lucratâ victoriâ. Quartò, ſi denique nimis diu hoſtem fugientem inſequantur.

Notandum inſuper eſt, ſecundum communiorem ſen-

tentiam conſultius eſſe, vt ejuſmodi prœlio & pugnæ ſupremus belli Dux, aut Princeps, ſiuè Magiſtratus, non ſemper adſit, ſed ſe ipſum ſummæ rerum & imperij reſeruet. *Mich. Montaig. lib.2.c.21 Lipſ.lib.5.polit.c.14.* Alium itaque conſtituat belli ducem, cui tamen libera poteſtas non facilè ſoli danda erit: præſertim ſi ipſe habeat occaſionem militum animos, & ea inſuper ratione principatum, vel loca occupata ſibi vendicãdi. Id quod adhuc magis in libera Republ. obſeruandum videtur; ſicuti huius negligentia Reſpublica tandem Romanorum in Monarchiam commutata fuit. *D Beſold.in ſynopſi polit.c.12.n.38.* Et ratio ſupradictæ opinionis eſt, quod in milite quidem vnius, in Imperatore verò vniuerſorum ſors verſetur. *R P. Conzen.lib.10.c.23.* 31 Supremꝰ Dux ne interſit prœlio.

Et hoc obſeruauit Iuſtinianus Imperator, qui etſi nunquã Conſtantinopoli digreſſus fuerit, Ducum tamen ac Præfectorum conſilio, prudentiâ, ac fortitudine, Italiam à Gothorum, & Affricam a Vandalorum dominatu liberauit, Perſarũque temerarios compeſcuit tumultus, felicibus annumeratus Imperatoribus, non ſuâ, ſed Beliſarij, Narſetis, & aliorum virtute, quorum operâ vtebatur, *Boter.de modo opt.Imper.lib.3.c.4.* 32

Accedit quod Principum etiam congreſſus, vt apparet ex hiſtorijs, periculoſi ſint: vix enim â ſe inuicem, ſine aliqua æmulatione, aut indignatione recedere ſolẽt, vt cum ſe compati neſciant, aut ſe contemni, aut contemnere arbitrentur. Vide *Bodin.de Republ lib.5.c.6.Cominæ,lib.3.* qui rem exemplis illuſtrant. 33.

Quod ſi tamen ſalus Reipublicæ in diſcrimine verſetur, vel propter ſummi Magiſtratus & Principis abſentiam, totus exercitus dilaberetur, aut animo deficeret, vel in territorio proprio bellum eidem inferretur, tunc quidem, vt interſit, & ſuâ præſentiâ robur, viresque militi inſpiret, melius & conducibilibus eſſe, (*vt alio iam loco inſinuatum eſt.*) autumant. 34. Limitatio.

Dana.lib.7.c.5.Lipſ.lib.5.cap.14.Caſtel.lib.2.c. 29.& ſeqq.

Iunius lib.1 politic.quæſt.119. &

lib.2.quæſt.72.

DISCVRSVS. XXIV.

DE CONSILIIS POST PVGNAM, VBI DE Clade, & dubio belli euentu.

1 *Clades æquo animo ferenda.*

POſt pugnam aut Clades, aut Victoria reſtat: Et quandoquidem prudentum virorum eſſe Pittacus dixerit, ne quid mali fiat cauere, fortium autem id, quod factum eſt, moderatè ferre. *Stobæus ſerm.18.* Igitur & clades prudenter ac fortiter ferēda atq; cognoſcenda eſt: Nec enim vnius prœlij euentu infelici expauēſcendum, aut haſta abijcienda, ſed meliora exſpectanda ſunt, cum ſors & ſucceſſus belli communis, victū ſæpè erigat, affligatq; victorem. Exemplo ſunt Romani, qui etſi ad Trebiam, ad Thraſymenum, ad Cannas ſtrenuè fuſi, fugati, cæſique fuerint, magno tamen & inuicto animo tantas clades tulerunt, & fortiores victi, quàm cum integras vires haberent, exſtitêre. *Caſtell lib 2. cap 77.*

2 *Multa incommoda ſequūtur cladē.*

Quia tamen inſignes huiuſmodi clades, Reipublicæ periculoſiſſimæ quandoq; eſſe, & non ſolum ſuperſtites noſtros milites terrere, ſocios à nobis auertere, ſed etiam alios regionis incolas, metu vicini periculi ad capeſſendam fugam, oppidaq; ſua deſerenda, vel etiam victori vltrò ſe adiungere, & magnæ mutationis cauſam præbere ſoleant. *Herodot. lib. 5.* Nam quemadmodum victoriam Pragenſem titubans Imperium firmaſſe; Pragam, totamq; Bohemiam ſubdidiſſe, aſſerit *Waſſenberg. de bello Bohem. pag. 38.*

3. Sic non minorem primam Lipſienſem victoriam, hoſtibus præbuiſſe effectum, euentus docuit.

4. *Damna Lipſienſis cladis.*

Dann durch den bey Leipzig dē 7. Sept. An. 1631. erlangten Sieg/ würden beyde/ der König auß Schweden/ vñ Churfürſt zu Sachſen/ noch vil muthiger/ theilten darauff ihr Heer/ vnd gienge Guſtauus auff Meiſſen/ Francken/ vnd Churfürſtenthumb Maynz/ auß welchen Orthen alle Fürſten ſchröckens voll entflogen/ vnd verlieſſen dē Feindt feiſten Raub/ alle Feſtung/ Stätt/ vnd Schlöſſer ohn einigen Widerſtandt. Der Churfürſt auß Sachſen/ ruckte in Böhmen/ eroberte geſchwind die vornembſte Stätt/ vnd Feſtungen/ als Brixen/ Eger/ Elenbogen/ Brandis/ ja die Hauptſtatt Prag ſelbſten. Welches dann/ nach meinung D. Carue, der anfang alles noch ſchwebenden Elendes in Teütſchlandt geweſen/ ſo auß geringem vberſe-

hen der Kayſeriſchen alſo weit vnd breit vmb ſich gefreſſen. Dann wann ſie/ſagt er/ damahln die gefährliche Hauptſchlacht verſchobẽ/ biß der Graff von Tieffenbach/ vnnd Oberſte Aldringer mit jhren Trouppen zu jhnen geſtoſſen hetten/ſolte daß Röm. Reich wol nicht in ſo groſſe/ja eüſſerſte Gefahr gerathen ſeyn. In ſeinem Kriegs Reyß-büchlein *cap. 2 pag. m. 20. & ſeq.*

E contra; feliciſſima illa ad Nördlingam parta victoria, Cæſarianis quoq; magnum attulit incrementum. Nordlinga enim non vltra cladem ſuorum pertinax, arbitrio ſe ſe virorum permiſit: Cæterum parum iam illa erat: inquit Waſſenberg; Nam omnia ad Licum amnem, Lacumque Brigantinum oppida ad vetus rediêre jugum; Würtenbergenſis quoque Ducatus ad obſequium ferro coactus eſt; Et quicquid Suecorum erat, quicquid hoſtium, non in vrbes & oppida, ſed vnâ quaſi manu tranſ Rhenum in Alſatiam, & amicum Franciæ ſolum actum fuit. *de bello Suec. pag. 345.* — 5. Victoriæ Nördlingenſis commoda.

Idcircò huiuſmodi ambigua prœlia aut fugienda, vel receptæ clades alio quamprimum remedio ſubleuandæ, & quãtum fieri poteſt, ne milites de ſummâ rerum deſperent, diſſimulandæ erunt. Sic cum Menedemus miſſus ad obſidendũ Spitamenem, inſidijs circumuentus, cum duobus millibus peditum, & trecentis equitibus occubuiſſet, eam cladem Alexander ſolerti conſilio texit, propoſitâ morte ijs, qui fugâ ſalutẽ ſibi compararent, ſi rem geſtam diuulgaſſent. *Curt. lib. 7.* — 6. Clades alio remedio ſtatim ſubleuãda eſt.

Aſtutius tamen Comes Papenhemius, cum aliquando victoribus de Lobelio ruſticis triumphantibus, recentes ſeruatas in id ipſum copias, obuium miſiſſet, ne ſui ſiniſterius quicquam de Lobelio, dextroque cornu cæſo, ſuſpicari poſſent, adeoque de ſuo vigore remitterent, cum medio ſeniore pugnæ fugere non vidiſſent, illud Dux aſtutus retrò montem hoſtes ſequi, ſpargique juſſit. Sic ſui, dum Cæſarianos vincerẽ putabant, vincere cœperunt. *Waſſenberg. de bello Auſtriaco Secundo pag. 150.* — 7. Aſtutia Papenhemii.

Acceptum etiam detrimentum ocius reparandum eſt, reſiduum nempè exercitus colligendo, nouumq; ſtatim militem conſcribendo, firmis item principaliora loca præſidijs muniendo; & hoſtibus aliquid negotij inexſpectatò objiciendo. *Thucyd. lib. 8.* Perterritos etiam ex clade milites, ad virtutẽ ſtrenua quadam oratione denuò adhortando. Sic enim Cæſar, ad Gergouiam intrepidâ militum audaciâ, quorum teme- — 8. Qualiter cladis detrimentũ, reparandũ ſit.

ritate detrimentum prius acceperat, ad extremum oratione eos confirmauit, cum diceret: Illos ob acceptam cladem animo permoueri non debere, quod enim incommodum loci iniquitas attuliſſet, id hoſtium virtuti non eſſe tribuendum: quibus verbis adeò inflammati ſunt militum animi, & tantū iis inceſſit ſtudium infamiæ ſarciendæ, vt omnes arderent cupiditate prœlij committendi. Non tamen Cæſar, tum ſtatim rem pugnæ committendam duxit, ſed ſpatium interponendum eſſe ad recreandos militum animos exiſtimauit. *De bello Gallico lib. 7.*

9. Ergò vires ex tuis & ſociorum armis reparandæ, & contra infortunium, ſi modo bona cauſa tua ſit, inſurgendum, nouoq; lucro & damno hoſtium, ne alioquin milites tui languidiores fiant, compenſandum eſt, *Flor. lib. 1. c. 15.* aliàs pactis & fœderibus cum hoſte, rebus tuis conſulere debebis.

10. Victus quam cōſolationē habere debeat. Ne victus ſuper clade ſuâ inopinanter acceptâ, aliam cōſolationem habere poterit, quam quod ancipites ſint bellorū euentus. *Nunc belli mala*, inquit *Seneca*,

Propone dubias Martis incerti vires,
Licet omne tecum regia robur trahas,
Licet arma longè miles ac latè explicet,
Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.

In Tragediâ, quæ Thebais dicitur.

Hinc Perſeus Rex Macedonum, cum captiuus ad Æmilium Paulum adduceretur, iſq; terram intuens fleret, nihilque nec interrogatus nec accuſatus, reſponderet: Vtcunq; inquit Æmilius, Perſeu, hoc, vt bellum cum Romanis, quàm pacem malles, inciderit, ſiuè errore humano, ſiuè caſu; ſeu neceſſitate etiam, bonum animum habe; multorum Regum, populorumque caſibus cognita populi Romani clementia, non modo ſpem tibi, ſed propè etiam fiduciam ſalutis præbet. Hæc Græco ſermone Perſeo: Latinè deindè ſuis: Exemplum inſigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum; Vobis hoc præcipuè dico, Iuuenes, Ideò in ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cum quid veſper ferat incertum ſit; is demum vir erit, cujus animum nec proſpera ſtatu ſuo fortuna efferet, nec aduerſa infringet. *Liuius lib. 45.* Quo egregio dicto & admonitione prudenti, nihil aliud Æmilius, quàm fortunæ lubrici-

tatem oſtendere, captoq; Perſeo conſolationem humanam
elargiri voluit.
Accedit quod juſta etiam bella, infelices ſæpè exitus con-
ſequantur: nã ſæpè Regnis & Rebuſpubl. clades diuinitus im- 11. Clades ſunt quãdoq; fatales.
mittuntur, vel fataliter ineuitabiles imminent, vt omninò ſint
ſubeundæ, quidquid contra ſani conſilij capiatur, fiat, vel op-
ponatur. Qualiter cladem Græcis à Xerxe diuinitus immiſ-
ſam fuiſſe, refert *Herodot. lib. 7.*
Vndè non raro quoq; euenire ſolet, vt vterq; exercitus ſi- 12. Clades ſunt nonnunquã ab vtraq; parte æquales.
milem cladem, ex qua victoriam diſcernere nequeunt, patia-
tur: Exemplum memorat *Thucydides* de validiſſimo inter Co-
rinthios & Corcyrenſes, apud Sybota inſulas facto prœlio
nauali. Corinthij enim, quia prœlio nauali viciſſent vſque ad
noctem, & quod multis nauium fragmentis. & cæſorũ cor-
poribus potiti eſſent, & iam ex hoſtibus captiuos, plus mille
in ſuâ poteſtate haberent, atq; naues circiter ſeptuaginta de-
merſiſſent, ob eam cauſam Trophæum victorioſum in Sybo-
tis in terrâ continenti poſuerunt. Porrò Corcyrenſes, quia na-
ues triginta fregiſſent, & poſt Athenienſium aduentum reli-
quias ac cæſorum corpora, juxta ſuam terram recepiſſent,
quodque pridie Corinthij conſpicati naues Atticas, ipſis ceſ-
ſiſſent, neque ad Sybota nauigantibus occurrere auſi fuiſſent,
propter has cauſas & ipſi Trophæum in Sybotis erexerunt,
atque ita vtrinq; cladem conſimilem. & victoriam extitiſſe,
demonſtrare voluerunt. *lib. 1 fol. 58.*
Et huiuſmodi cladem, & ex ea prouenientem victoriã, 13
in ſecundo prœlio Lipſienſi, ſiuè ad Lutzam, in quo Comes de
Pappenheim æq; ac bellicoſiſſimus Succiæ Rex glorioſè oc-
cubuit, dubioſam fuiſſe, *refert D. Carue.* Alſo ſeynd/ ſagt er/ in einem
Treffen zween ſolche tapffere Helden geſtorben/ deren gleichen in vo-
rigen Kriegßzeiten nicht ſeynd geſehen worden: Deß Königs auß
Schweden Körper/ haben die Schotten vnnd Schweden/ mit Ge-
walt auß der Kayſeriſchen Händen geriſſen/ vnd hat der Streit den
gantzen Tag über alſo gewehret/ das keinem Theil die Victori zu zu-
ſprechen ware/ biß gegen Abendt die Pappenheimiſche Reütterey den
Sieg dem Kayſerlichen erworben. Alſo ſcheidete ſie die Nacht / ver-
lieſſen die groſſen Stück/ vnd wuſte kein Theil recht/ ob ſie überwün-
der/ oder überwunden weren. In ſeinem Kriegs Reyßbüchlein/ *c. 3. fol. 30.*
Sæpè etiam improbi, & numero, & conſpiratione ſunt 14 Improbos etiã meliorẽ
potentiores, quam boni, vt ad eos ſuperandos non fortitudo,

ſed

ſæpe fortunã habere contigit.

ſed felicitas neceſſaria ſit. An aliquis ignoret, quoties melior juſtiorq́; pars victa ſit? Plena ſunt exemplis hiſtoriæ. Cneus Pompeius etſi bonorum voluerit eſſe defenſor, & pro Reipublicæ libertate arma ſumpſerit: Is tamen victus, a Spadonibus Ægyptijs, detruncatus, & inſepultus abiectus eſt. *Lactant. lib 6. cap. 6.*

15. Sic plurimi alij Principes etiam noſtris temporibus audaces quidem & impigri, opibuſq́; ſummis, ac maximis exercitibus inſtructi fuerunt; eo tamen bello, ex quo victoriam & decus ſperaſſent, inſignem cladem, ſummumq́; dedecus acceperunt, inque ea mala, quæ hoſtibus ſuis inferre credidiſſent, ipſi inſperatò inciderunt. Hoc modo Carolus Burgundio, potentiſſimus florentiſſimuſq́; Princeps, vt Rex Gallorum nullum ſe hominem vnquam magis timuiſſe affirmaret, cum nimia perſuaſione ſeductus, plurimum viribus & potentiæ ſuæ tribueret, atque Archiepiſcopatum Colonienſem, totamque Germaniam peſuadere conaretur, tandem deſertus, miſerè perijſſe dicitur, referente *Meiero in annal. Flandriæ lib. 17.*

16 Milites aliquando etiam perfidi ſunt.

Aliæ etiam cladis noſtræ cauſæ eſſe ſolent, quando nempè milites perfidiam exercentes, neglecta fide ordinem deſeruerunt, duceſq́; ſuos media in acie prodiderunt, ac ſeditiones, quibus exercitus dilaboretur, ipſiq́; Principes caperentur, vel occumberent, & Reſpublica in ſummum exitium adduceretur, excitârunt. Gleich wie diſe Zeit hero / bey vnderſchiedlichen vornemmen Schlachten / mit höchſtem Schaden verſpürt worden / daß weiln dem alten Kriegßgebrauch zu wider / ſchier ein jeder ſich zu Pferdt will ſchreiben / vnd finden laſſen / vnnd dardurch die gröſte Kriegßmacht in die Reiterey geſtellt / vnnd hingegen das Fußvolck (welches doch vnſere Vorfahrer jhrer Beſtändigkeit vnd Nutzes halber / ſo hoch geachtet) in geringer Zahl geworben / auch hernach von vilen wenig geſchetzt wirdt / daß durch der Reütter zeitlich vnd vnzeitige Flucht / öffters der bereit erlangte Sieg vnd Victori wider verlohren / das arme vnd redlich fechtende Fußvolck / neben dẽ Geſchütz vnd aller Pagagien, trewloß in Stich geſetzt / vnd alſo dem Feinde / zu Vndergang viler Landt vnd Leuth / Thür vnd Thor geöffnet worden. Et hoc quidem nonnunquam ex nulla alia, quam peccatorum noſtrorum cauſa, ſecundũ Saluianum procedere ſolet: Gothos nempè & Vandalos, inquit, Romanum Imperium facilè deuaſtaſſe, quoniam ipſi Chriſtianis longè melius

morati fuiſſent. Quantũ enim vnius ſaltem hominis improbitas, vniuerſo exercitui calamitatis attulerit, Achani exemplum in SacraScriptura declarat. *Ioſue cap. 7.* Hinc Diogenes Cynicus, ſatius eſſe cum paucis bonis aduerſus omnes malos, quàm cum multis malis aduerſus paucos bonos pugnare, affirmare ſolitus fuit. Et *D. Hieronymus ad Heliodorum in Epitaphio Nepotiani.* Noſtris peccatis inquit, barbari fortes ſunt, noſtris vitiis Romanus ſuperatur exercitus, nec tamen amputamus cauſas morbi.

Quocircà non admirandum erit, quod optimi quandoq; & piiſſimi Principes, tàm crudeli & impio milite, infeliciter contra Turcas bella geſſerint, cum piam & bonam cauſam Deus per tàm impia organa tractarĕ nolit: ſiquidem, ſine vllo delectu (quod *Ludouic. Viues. in Epiſt* ad Henric. VIII. Angliæ regem ſcripſit) multis ſceleribus inſignes in militiam ſæpius aſcribantur, quorum qui crudelior nequiorq; eſt, is optimus miles, & fortiſſimus Dux habeatur; Nec quiſquam ſit, qui ante prœlium de expiandis peccatis, de adhibendo ſacerdote, & cœleſti armatura, de ſacrâ Euchariſtiâ cogitet, ſed ipſos Dei miniſtros & ſacramenta indignis contumelijs afficiant. 17.

Longè minus verò obſtupendum eſt, quòd nonnulli Principes â ſuſcepto bello, cùm perpetua etiam ignominiâ, & dedecore deſiſtere coacti fuerint; quoniã contra Deum, ipſiuſq; religionem Catholicam, contra legitimum Magiſtratum, & bonos viros auſu temerario ea ſuſceperant. *Middendorp. in quæſtion. theolog. & polit. quæſt. 5. pag. m 85. & ſeq.* 18 Vel Principes habent malam cauſam.

Traianus Valentis impijſſimi Romanorum Imperatoris contra Gothos Dux, cum primum quidem congreſſum eorũ ſuſtinens, victus rediiſſet, ignauiam ei & timiditatem cũ conuitio Imperator objecit; Ille autem ea dicendi libertate, quæ virum fortem & ſtrenuum decet: Non ego, inquit, ô Imperator victus ſum; ſed tu ipſe ſponte tua, victoriam â te ipſo reiicis, qui ita cum Deo belligeraris, momentumq; quod ab eò prouenit, repellens, ad hoſtes potius tranſmittis. Deus enim ſemper vincit, & victoria illis fauere ſolet, qui auſpicium ductumq; eius ſequuntur. Is nunc ab aduerſariorum partibus ſtat, quòd eum tu bello (inſectabatur enim eos, qui jam Chriſtianam religionem acceperant) perſequeris. *Nicephorus Calliſtus Eccleſ. hiſtor. lib. 11. c. 49.*

Nec deficiamus animis propter imperitiam cum robur adſit, nec vobis adeo deeſt peritia, vt ſupereſt audacia. Iſtorum autem ſcientia, quam maximè timetis, tunc valet, cum adſunt fortitudo & memoria in articulo terribili, At ſine animi præſentia ars contra periculum nihil prodeſt: Timor enim memoriam excutit, & ars amittitur animo labefacto.

9. Illorum igitur maiori peritiæ opponite audaciam veſtrã, & timori quo victi eſtis, opponite quod imparati fuiſtis. Iam his commodis antecellitis, numero nauium, & quod noſtra terra vicina eſt, vbi propè adeſt exercitus, qui dimicantes adiuuare poteſt. Plerumque autem vincunt plures, & melius inſtructi, nec quidquam nunc neglexìmus, & priora errata, quia ea jam correximus, documento nobis ſunt. Alacres igitur gubernatores, & nautæ ſequimini, vnuſquiſq; quantum poteſt, non deſerentes locum vnicuiq; attributum. Nos inuademus hoſtes non deterius prioribus ducibus, nec præbebimus excuſationem vllis, vt minus ſtrenui ſint. Si quis autem erit ignauus, pœnâ afficietur: fortes verò præmiis virtutis ornabuntur. *Hæc ille.*

10. AliaOratio. Vbi paruus exercitus timens maiorem exhortatur.

E contra Phormio Athenienſium Dux, cum ſuos conſpectâ claſſis hoſtilis magnitudine, aliquam timoris ſignificationem præbere, aduerteret, conuocato quamprimum concilio, cohortatione ſua eoſdem hiſce verbis erigere decreuit:

Cum videam vos ait, milites hoſtium multitudinem timere, conuocaui vos, judicans non conuenire, vt ea, quæ non ſunt terribilia, metuatis. Illi enim, quia prius victi ſunt, & ſuo judicio, ſe vobis impares eſſe ſtatuunt, numerum nauium auxerunt, quæ tamen diſſimiliter inſtructæ ſunt. Deinde ita cõfidunt, quia in terra peritiam habent, & ſæpè vincunt, eoque exiſtimant ſibi conuenire, vt ſint animoſi, & arbitrantur ſimiliter ſe prœliaturos eſſe in naualib⁹ pugnis, ſicut in terra dimicant: Nos verò magis confidere nauali ſcientiæ conuenit, ſiquidem illi pedeſtri confidunt.

11. Non enim antecellunt audaciâ, ſed vtriq; in eo ſumus audaciores, in quo peritiores ſumus. Præterea Lacedæmonij cum ſint duces ſociorum propter ſuam gloriam, multos trahunt in periculum inuitos, qui prius victi non rurſus dimicaturi eſſent. Ne igitur eorum audaciam formidetis, cum quidem ipſi vos magis timeant, & cauſam timoris probabiliorẽ habeant, quia prius uiciſtis, & quia exiſtimant nos non dimi-

caturos eſſe, niſi ſpem haberemus non dignum aliquid nobis facturos eſſe.

Hoſtes, qui multitudine antecellunt, magis viribus, quã conſilio freti, pugnam cient. His verò, qui multò minorem exercitum habent, & non coacti pugnare, tamen non detrectant pugnam, animum addit conſcientia peritiæ ſuæ, quod reputantes iſti, propter hanc inopinatam pugnam magis nos metuent, quam propter nauium proportionem. 12.

Multi enim magni exercitus à minoribus, aliàs propter imperitiam, aliàs propter timiditatem deleti ſunt, quorum vtrumq; à vobis abeſt. Nec verò committam, vt in anguſto ſinu dimicemus, quia anguſtiæ nobis non ſunt vtiles aduerſus imperitam multitudinem, cum noſtræ naues ſint expeditiores. Nam in loco anguſto neq; proſpectus eſt ad inuadẽdum, neque receptus patet, & nulla ſunt effugia, nullæ conuerſiones, quæ arte reguntur, ſed fit ex nauali pugna pedeſtris, qua in re multitudo vincit. Verùm hæc quantum potero, curabo. Vos ordinem veſtrum retinete, & celeriter facite imperata, cum quidem inuaſio fiat ex interuallo exiguo, & in ipſo congreſſu ordinem & ſilentium tueamini. Hæc enim, vt omnibus bellicis in rebus, ita præcipuè in naualibus prœlijs conducunt. 13

Hos igitur propulſate, vt dignum eſt prioribus factis veſtris. Eſt enim de re magna certamen, videlicet vtrum ſpem imperij in mari Peloponneſijs eripiatis, an verò permittatis, vt Athenienſes in mari videantur inferiores. Illud enim in memoriam redigo, quod multi antea à nobis victi ſint, quorum animi poſtea in periculo timidiores exiſtunt. *Hæc Phormio.* 14

Et harum quidem exhortationum, ſingulariter apud Peloponneſios ex priore clade conſternatos, talis effectus fuit, vt eâ ratione animoſiores facti, Athenienſes callido conſilio ad dimicandum prouocauerint, feliciterq; depugnantes, non ſolum magnum Atticarum nauium numerum corruperint, ſed reliquas etiam per altum mare Naupactum vſque perſecuti fuerint. Qua de re *Thucyd. lib. 2. pag. m. 235. & ſeqq.* 15 Effectus harum Orationũ.

Certum itaque manet nunquam milites, niſi prius conuenienti oratione animatos, ad prœlium ducendos eſſe: quod etiam ſuadet *R. P. Conzen. polit. lib. 10. c. 41.* Eos quoque de iure eius, in cuius fauorem ad pugnam incitantur, prius certos reddere, monet *Froſſard tom. 1. c. 226.* 16. Milites itaq. exhortandi & de iure ſuo certiores faciendi ſunt

Nec deficiamus animis propter imperitiam cum robur adſit, nec vobis adeo deeſt peritia, vt ſupereſt audacia. Iſtorum autem ſcientia, quam maximè timetis, tunc valet, cum adſunt fortitudo & memoria in articulo terribili, At ſine animi præſentia ars contra periculum nihil prodeſt: Timor enim memoriam excutit, & ars amittitur animo labefacto.

9. Illorum igitur maiori peritiæ opponite audaciam veſtrã, & timori quo victi eſtis, opponite quod imparati fuiſtis. Iam his commodis antecellitis, numero nauium, & quod noſtra terra vicina eſt, vbi propè adeſt exercitus, qui dimicantes adiuuare poteſt. Plerumque autem vincunt plures, & melius inſtructi, nec quidquam nunc neglexímus, & priora errata, quia ea jam correximus, documento nobis ſunt. Alacres igitur gubernatores, & nautæ ſequimini, vnuſquiſq; quantum poteſt, non deſerentes locum vnicuiq; attributum. Nos inuademus hoſtes non deteriùs prioribus ducibus, nec præbebimus excuſationem vllis, vt minus ſtrenui ſint. Si quis autem erit ignauus, pœnâ afficietur: fortes verò præmiis virtutis ornabuntur. *Hæc ille.*

10. *Alia Oratio. Vbi paruus exercitus timens maiorem exhortatur.* E contra Phormio Athenienſium Dux, cum ſuos conſpectâ claſſis hoſtilis magnitudine, aliquam timoris ſignificationem præbere, aduerteret, conuocato quamprimum concilio, cohortatione ſua eoſdem hiſce verbis erigere decreuit:

Cum videam vos ait, milites hoſtium multitudinem timere, conuocaui vos, judicans non conuenire, vt eá, quæ non ſunt terribilia, metuatis. Illi enim, quia prius victi ſunt, & ſuo judicio, ſe vobis impares eſſe ſtatuunt, numerum nauium auxerunt, quæ tamen diſſimiliter inſtructæ ſunt. Deinde ita cõfidunt, quia in terra peritiam habent, & ſæpè vincunt, eoque exiſtimant ſibi conuenire, vt ſint animoſi, & arbitrantur ſimiliter ſe prœliaturos eſſe in naualib⁹ pugnis, ſicut in terra dimicant: Nos verò magis confidere nauali ſcientiæ conuenit, ſiquidem illi pedeſtri confidunt.

11. Non enim antecellunt audaciâ, ſed vtriq; in eo ſumus audaciores, in quo peritiores ſumus. Præterea Lacedæmonij cum ſint duces ſociorum propter ſuam gloriam, multos trahunt in periculum inuitos, qui prius victi non rurſus dimicaturi eſſent. Ne igitur eorum audaciam formidetis, cum quidem ipſi vos magis timeant, & cauſam timoris probabiliorẽ habeant, quia prius uiciſtis, & quia exiſtimant nos non dimi-

caturos eſſe, niſi ſpem haberemus non dignum aliquid nobis facturos eſſe.

Hoſtes, qui multitudine antecellunt, magis viribus, quã conſilio freti, pugnam cient. His verò, qui multò minorem exercitum habent, & non coacti pugnare, tamen non detrectant pugnam, animum addit conſcientia peritiæ ſuæ, quod reputantes iſti, propter hanc inopinatam pugnam magis nos metuent, quam propter nauium proportionem. 12.

Multi enim magni exercitus à minoribus, aliàs propter imperitiam, aliàs propter timiditatem deleti ſunt, quorum vtrumq; à vobis abeſt. Nec verò committam, vt in anguſto ſinu dimicemus, quia anguſtiæ nobis non ſunt vtiles aduerſus imperitam multitudinem, cum noſtræ naues ſint expeditiores. Nam in loco anguſto neq; proſpectus eſt ad inuadẽdum, neque receptus patet, & nulla ſunt effugia, nullæ conuerſiones, quæ arte reguntur, ſed fit ex nauali pugna pedeſtris, qua in re multitudo vincit. Verum hæc quantum potero, curabo. Vos ordinem veſtrum retinete, & celeriter facite imperata, cum quidem inuaſio fiat ex interuallo exiguo, & in ipſo congreſſu ordinem & ſilentium tueamini. Hæc enim, vt omnibus bellicis in rebus, ita præcipuè in naualibus prœlijs conducunt. 13

Hos igitur propulſate, vt dignum eſt prioribus factis veſtris. Eſt enim de re magna certamen, videlicet vtrum ſpem imperij in mari Peloponneſijs eripiatis, an verò permittatis, vt Athenienſes in mari videantur inferiores. Illud enim in memoriam redigo, quod multi antea â nobis victi ſint, quorum animi poſtea in periculo timidiores exiſtunt. *Hæc Phormio.* 14

Et harum quidem exhortationum, ſingulariter apud Peloponneſios ex priore clade conſternatos, talis effectus fuit, vt eâ ratione animoſiores facti, Athenienſes callido conſilio ad dimicandum prouocauerint, feliciterq; depugnantes, non ſolum magnum Atticarum nauium numerum corruperint, ſed reliquas etiam per altum mare Naupactum vſque perſecuti fuerint. Qua de re *Thucyd. lib. 2. pag. m. 235. & ſeqq.* 15 **Effectus harum Orationũ.**

Certum itaque manet nunquam milites, niſi prius conuenienti oratione animatos, ad prœlium ducendos eſſe: quod etiam ſuadet *R. P. Conzen. polit. lib. 10. c. 41.* Eos quoque de jure eius, in cuius fauorem ad pugnam incitantur, prius certos reddere, monet *Froſſard tom. 1. c. 226.* 16. **Milites itaq, exhortandi & de iure ſuo certiores faciendi ſunt**

copiarum vel numero militũ opportuno in loco ſuperior exiſtis, fortunę aleam ſubeundam eſſe cenſet, ne ſi cunčteris, hoſtẽ poſtea viribus auctũ minus ſuſtinere poſſis. *Alex. de bello Parthi.*

Cæterum hâc in re nonnulli imbelles, ne ſe in diſcrimen conijciãt, detrectando pugnã peccare ſolent, quando nempè refugiendo ſeſe in arctum cogi ſinunt, vt nec frumentatum, nec aquatum ire, aut audeant, aut poſſint: eamq; timoris opinionem inſuper præbent, vt & hoſtes alacriores, & ſuos timidiores efficiant. *Plutarch. de tuend. valetud. Caſtell. lib. 2. c. 36.* 21. Alii peccant, dũ ſe in tuta recipiunt

In actu verò pugnæ, ſi tui inclinant, non ſtatim diffidendum, neq;, vt de Pompeio fertur, ad fugam ex ſubitanea deſperatione accelerandũ eſt: Cũ enim in pugnâ Pharſalicâ militũ ſuorum conuerſionẽ ex puluere conſpicatus eſſet, quamprimũ animo collapsũ in tabernaculũ relictâ acie penetraſſe, nulloq; ampli⁹ Imperatoris officio functũ, tandẽ ingruentib⁹ hoſt ib⁹ turpiter fugã cotripuiſſe legim⁹. Infirmi ſiquidẽ ingenij eſt, lapſu aliquo ſummæ rei diffidere, cũ euentus omniũ aut certè plurimũ prœliorũ, inter initia contra illos, quibus victoria debebatur, magis fuiſſe docuerit. *Veget. 3. c. 25.* Forti itaq; tũc animo opus eſt, vt nullum, in tali trepidatione, conſtantis Ducis, aut fortiſſimi militis officiũ omittas. *Tacit. lib. 3 hiſtor.* Sed cõſternatos potius excites militum animos conſilio, manu, & voce, exemplo Iulij Cæſaris, teſte *Lucano lib. 7.* 22. Quid ſi tui in actu pugnę inclinent

Cęſar enim, qui ad omnẽ rei bellicæ vſum ſemper prompt⁹ aderat, nact⁹ temporis opportunitatẽ, quã ſedulò ſequebatur, victoriã ferè vbiuis potit⁹ eſt. Magno quippè animo quibuſcunq; in rebus permanſit, & non modo non inimicis, ſed ne fortunæ quoq; ſuccumbens, multa facilia ex difficillimis ſolâ animi magnitudine reddidit, vt ſtupenda eius cõſtantia in rebus aduerſis ac propè afflictis adeò cerneretur, cũ tot & tanta quidẽ bella, his verò ancipiti tantũ fortuna geſſiſſet. Nam ad Dyrrachiũ (vbi pulſo, nõ inſtante Põpeio, negauit illũ ſcire vincere) & iterũ in Hiſpania contra Iuniorẽ Pompeiũ, infeliciter dimicauit, quãdo nimirũ exercitũ ſuum tanto timore trepidantẽ conſpicatus eſt, vt pugnã detrectãdo nec ſuſtinendo impetũ hoſti iã cedere cõpelleretur, diſcurrens per medias acies exclamauit, Si nihil pudoris in vobis (milites) eſt, corripite me, & in man⁹ puerorum tradite, moxq; è manu obuij militis ſcutũ arripiens in globũ partim vibrauit, partim clypeo excepit, & tam diu reſtitit, donec milites ac verecundiâ perciti, nõ modo cum rutati ſint, verùm triginta quoq; hoſtium millia 23. Cæſar qualiter ſuos adhortatus fuerit in dubio prœlio.

quin-

quingentorum ſaltem ſuorũ jacturâ profligauerit, vbi ſi animum aliquá ex parte ſubmiſiſſet Cæſar, & vitam & Imperiũ, rerumq; geſtarum gloriam, protinus amiſiſſet. *Patricius lib. 5. tit. 1. pag. m. 281.*

24. Similiter Tyllius. Certè poſteaquam Rex Daniæ cum Tyllio ad Lotteram prœlium commiſiſſet, & nouiſſimè illud inuſitatum Tyllij oculis nefas, quatuor nempè integras Veteranorum equitum Legiones gradum retrò mouere, & Danis ad tormenta Tylliana acceſſum præbere, contigiſſet: Tyllius non abſimilis furenti, primam in aciem procurrit, ibi prenſare fugiẽtes, confirmare; per totum deniq; agmen, oculis, manibus, clamore volitare, ac grandium machinarum exploſores hiſce verbis: Vt ſcilicet cautius, & ne fruſtra jaculentur, exhortari cœpit. Erexit ea res adeo Cæſarianis animum, vt non ſolum opportunè in irruentes, vt quaſi magno grãdine fruges perderentur, detenuerint, & ipſæ fugientes antea quatuor legiones in prœlium reuerſi fuerint: ſed etiam Heroico facinore prioris fugæ ignominiam abolentes, vltra ferè vires & viros, comite fortuna captis tribus Danorum millibus, & triginta inſuper tormentis bellicis, ac nonaginta quinq; ſignis militaribus, octo ferè millia debellauerint. *Waſſenberg. de bello Danico pag. m. 112.*

25. Pœna fugam cauſantis in prœlio. Dahero dann auch in Kayſ: Maximiliani I. Articuls Brieff. *artic. 22.* verordnet wirdt/ daß wer in einer Schlacht oder Sturmb de Anfang macht zu der Flucht/ der ſolle auff der That von einem jeden todt geſchlagen/ vnnd von demſelben/ der einen ſolchen todt ſchlägt/ groſſen Danck verdienet worde. Concordat das Holländiſch Kriegsrecht *art. 51.* Vnnd wann er davon kombt/ ſol er zum Schelmen gemacht/ vnd wie Frotho III. König in Dennemarck gethan/ ohne Gnad an Leib vnd Leben geſtrafft werden. *Henric. Panthaleon. De viris illuſtr. German. p. 2. fol. 88.* Vnd daß ſeindt gemeinigklich ſolche Schnarcher/ die bey der Zech/ einem fünff in einem Trunck zu trincken/ vnd wann ſie nur einen im Feld ſehen/ lauffen ſie davon: quorum omnis in verbo ferocia eſt, nulla in factis. *D. Pappus ad d. art. 51.*

Ebenmeſſig haben auch Ihre Hochfürſtl: Durchl: Ertzhertzog Leopold Wilhelmb/ ꝛc. in jüngſter den 2. Nouemb. diß lauffenden Jahrs 1642. bey Leipzig mit den Schwediſchen gehaltener Feldtſchlacht (alda zwar die Victori/ wegen deß rechten Flügels mannhafften vnd redlichen Fechten/ bereith in deroſelben Handen geweſen/ aber etlicher beym lincken Flügel/ erzeugter Vnbeſtendigkeit/ vnnd Flucht halber/ in vnverhoffte Confuſion vnd Verluſt gerathen) nit

allein mit dero hochbeweglichen vnd vnuerzagten eyffrigen Zuſprechen/ etliche nicht fechtende Regimenter zu Pferdt/ zum Streitt widerumb anzureitzen: Sondern auch mit heroiſchem/ vnd von dem Feindt ſehr hoch gerümbten Exempel, alſo mit darſetzung Leib vnd Lebens/ die Ordnung widerumb zuergäntzen/ vnd eher von der Walſtatt nit zu weichen vermeinet/ man hette dann auff dero ſeyten/ ein ſigreiche Victori/ mit Ruhm vnd redlichen Fechten/ erhalten: Demnach aber Jhre Hochfürſtl: Durchl: ſelbige zum Streit gantz nicht mehr vermögen können/ ſondern alles das jenige gethan/ was einem dapfferen vnd vnverzagten Kriegßfürſten gebühret/ jedoch endtlich/ bey völliger vberhandtnemmung deß Feindes (welcher gleichwoll an der Mannſchafft ein ſehr groſſen Verluſt gelitten) auff der hohen Officirs, vnnd Cammerherrn ſtarckes zuſprechen/ dero gefaſtem Vorhaben gantz zuwider/ den Platz zu raumen/ vnnd zu weichen getrungen worden/ haben dieſelben hernach den 27. Nouemb. zu Ryckenzan in Böhmen/ gegen dergleichen Eydß- vnnd Pflichtsvergeſſene Soldaten/ auff vorher beſchehenes/ ſtarckes inquiriren, vnnd darauff erfolgtes Standtrecht/ andern zur künfftiger Warnung/ die erſte würckliche Executiones ernſtlich anzubefehlen/ nicht vnderlaſſen. Allda dann vnderſchiedliche Officirs auffgehenckt/ die vbrige Mannſchafft durch die Scharffrichter Wehrloß gemacht/ jhre Seytenwehr zerbrochen/ die Standarten von den Stangen abgeriſſen/ daſſ Hendo. zu Schelmen offentlich gemacht/ vnd außgeruffen. Hernach auch vil andere Regimenter reformirt, vnnd der überfluß der Hohen- vnd Nidern Officirs, gar hoch rühmlich vnd nutzlich abgeſchafft/ vnd coarctirt worden.

26 Rex Sueciæ etiam ſuos ſtrenuè exhortatus fuit.

Sic quoq; de more Guſtauus Adolphus Rex Sueciæ ſuos adhortatus, in cruentiſſimo illo ad Lutzam 15, & 16. Noueb. Anno 1632. facto prœlio, binæ potiſſimum voces obequitantis Regis excipiebantur, altera (exemplo Tyllij) cruenta, ſed docta & ad victoriam efficax, Miles deſtinato ſcopo, certoq; ictu jaculeris. Altera ambitioſa Gonſido veſtræ virtuti commilitones, pugnate fortiter, [illegible] horum labore, Monarcham me Mundi facietis. Et præcedens aciem in munitiones primus aſſilijt, &c. & paulo poſt, cum legiones ſuas gradu retro dare, & tormenta ſua à Cæſarianis occupari intelligeret, ablegato ſtatim equo, primam in aciem procurrit, & raptâ de manu Chiliarchæ cujuſdam fugientis bipenne, ſuos in aciem reducens, manu prœliũ reſtituit; ſuiq; potiſſimũ nationis milites adhortat⁹, ea fortitudine pugnauit, vt ribus legionib⁹ internecione deletis, cum acie ſuâ in fugam Fridlandus, niſi Pa-

tentiam conſultius eſſe, vt ejuſmodi prœlio & pugnæ ſupremus belli Dux, aut Princeps, ſiuè Magiſtratus, non ſemper adſit, ſed ſe ipſum ſummæ rerum & imperij reſeruet. *Mich. Montaig. lib. 2. c. 21. Lipſ. lib. 5. polit. c. 14.* Alium itaque conſtituat belli ducem, cui tamen libera poteſtas non facilè ſoli danda erit: præſertim ſi ipſe habeat occaſionem militum animos, & ea inſuper ratione principatum, vel loca occupata ſibi vendicādi. Id quod adhuc magis in libera Republ. obſeruandum videtur; ſicuti huius negligentia Reſpublica tandem Romanorum in Monarchiam commutata fuit. *D. Beſold. in ſynopſ. polit. c. 12. n. 38.* Et ratio ſupradictæ opinionis eſt, quod in milite quidem vnius, in Imperatore verò vniuerſorum ſors verſetur. *R. P. Conzen. lib. 10. c. 23.* 31 Supremus Dux ne interſit prœlio.

Et hoc obſeruauit Iuſtinianus Imperator, qui etſi nunquā Conſtantinopoli digreſſus fuerit, Ducum tamen ac Præfectorum conſilio, prudentiâ, ac fortitudine, Italiam à Gothorum, & Africam à Vandalorum dominatu liberauit, Perſarūque temerarios compeſcuit tumultus, felicibus annumeratus Imperatoribus, non ſuâ, ſed Beliſarij, Narſetis, & aliorum virtute, quorum operâ vtebatur. *Boter. de modo opt. Imper. lib. 3. c. 4.* 32

Accedit quod Principum etiam congreſſus, vt apparet ex hiſtorijs, periculoſi ſint: vix enim à ſe inuicem, ſine aliqua æmulatione, aut indignatione recedere ſolēt, vt cum ſe compati neſciant, aut ſe contemni, aut contemnere arbitrentur. Vide *Bodin. de Republ. lib. 5. c. 6. Comines. lib. 3.* qui rem exemplis illuſtrant. 33.

Quod ſi tamen ſalus Reipublicæ in diſcrimine verſetur, vel propter ſummi Magiſtratus & Principis abſentiam, totus exercitus dilaberetur, aut animo deficeret, vel in territorio proprio bellum eidem inferretur, tunc quidem, vt interſit, & ſuâ præſentiâ robur, vireſque militi inſpiret, melius & conducibilibus eſſe, (*vt alio iam loco inſinuatum eſt.*) autumant. *Dane. lib. 7. c. 5. Lipſ. lib. 5. cap. 14. Caſtel. lib. 2. c. 29. & ſeqq. Iunius lib. 1 politic. quæſt. 119. & lib. 2. quæſt. 72.* 34. Limitatio.

DISCVRSVS. XXIV.

DE CONSILIIS POST PVGNAM, VBI DE Clade, & dubio belli euentu.

1 Clades æquo animo ferenda.

POſt pugnam aut Clades, aut Victoria reſtat: Et quandoquidem prudentum virorum eſſe Pittacus dixerit, ne quid mali fiat cauere, fortium autem id, quod factum eſt, moderatè ferre. *Stobæus ſerm. 18.* Igitur & clades prudenter ac fortiter ferēda atq; cognoſcenda eſt: Nec enim vnius prœlij euentu infelici expaueſcendum, aut haſta abijcienda, ſed meliora exſpectanda ſunt, cum ſors & ſucceſſus belli communis, victū ſæpè erigat, affligatq; victorem. Exemplo ſunt Romani, qui etſi ad Trebiam, ad Thraſymenum, ad Cannas ſtrenuè fuſi, fugati, cæſique fuerint, magno tamen & inuicto animo tantas clades tulerunt, & fortiores victi, quàm cum integras vires haberent, exſtitêre. *Caſtell lib 2. cap 77.*

2 Multa incommoda ſequūtur cladē.

Quia tamen inſignes huiuſmodi clades, Reipublicæ periculoſiſſimæ quandoq; eſſe, & non ſolum ſuperſtites noſtros milites terrere, ſocios à nobis auertere, ſed etiam alios regionis incolas, metu vicini periculi ad capeſſendam fugam, oppidaq; ſua deſerenda, vel etiam victori vltrò ſe adiungere, & magnæ mutationis cauſam præbere ſoleant. *Herodot. lib. 5.* Nam quemadmodum victoriam Pragenſem titubans Imperium firmaſſe, Pragam, totamq; Bohemiam ſubdidiſſe, aſſerit *Weſſenberg. de bello Bohem pag. 38.*

3.

Sic non minorem primam Lipſienſem victoriam, hoſtibus præbuiſſe effectum, euentus docuit.

4. Damna Lipſienſis cladis.

Dann durch den bey Leipzig dē 7. Sept. An. 1631. erlangten Sieg/ würden beyde/ der König auß Schweden/ vn̄ Churfürſt zu Sachſen/ noch vil muthiger/ theilten darauff ihr Heer/ vnd gienge Guſtauus auff Meiſſen/ Francken/ vnd Churfürſtenthumb Māyntz / auß welchen Orthen alle Fürſten ſchröckens voll entflogen / vnd verlieſſen dē Feindt feiſten Raub/ alle Feſtung/ Stätt/ vnd Schlöſſer ohn einigen Widerſtandt. Der Churfürſt auß Sachſen/ ruckte in Böhmen/ eroberte geſchwind die vornembſte Stätt/ vnd Feſtungen/ als Brixen/ Eger/ Elenbogen/ Brandis/ ja die Hauptſtatt Prag ſelbſten. Welches dann/ nach meinung D. Carue, der anfang alles noch ſchwebenden Elendes in Teütſchlandt geweſen/ ſo auß geringem vberſe-

hen der Kayſeriſchen alſo weit vnd breit vmb ſich gefreſſen. Dann wann ſie/ſagt er/ damahls die gefährliche Hauptſchlacht verſchobē/ biß der Graff von Tieffenbach/ vnnd Oberſte Aldringer mit ihren Trouppen zu ihnen geſtoſſen hetten/ſolte daß Röm. Reich wol nicht in ſo groſſe/ja eüſſerſte Gefahr gerathen ſeyn. In ſeinem Kriegs Reyß-büchlein *cap.2 pag.m.20.25 ſeq.*

5. Victoriæ Nördlingenſis commoda.

E contra; feliciſſima illa ad Nördlingam parta victoria, Cæſarianis quoq; magnum attulit incrementum. Nordlinga enim non vltra cladem ſuorum pertinax, arbitrio ſeſe virorum permiſit: Cæterum parum iam illa erat: inquit Waſſenberg; Nam omnia ad Licum amnem, Lacumque Brigantinum oppida ad vetus rediêre jugum; Würtenbergenſis quoque Ducatus ad obſequium ferro coactus eſt; Et quicquid Suecorum erat, quicquid hoſtium, non in vrbes & oppida, ſed vnâ quaſi manu tranſ Rhenum in Alſatiam, & amicum Franciæ ſolum actum fuit. *de bello Sues pag.345.*

6. Clades alio remedio ſtatim ſubleuāda eſt.

Idcircò huiuſmodi ambigua prœlia aut fugienda, vel receptæ clades alio quamprimum remedio ſubleuandæ, & quā-tum fieri poteſt, ne milites de ſummâ rerum deſperent, diſſimulandæ erunt. Sic cum Menedemus miſſus ad obſidendū Spitamenem, inſidijs circumuentus, cum duobus millibus peditum, & trecentis equitibus occubuiſſet; eam cladem Alexander ſolerti conſilio texit, propoſitā morte ijs, qui fugâ ſalutē ſibi compararent, ſi rem geſtam diuulgaſſent. *Curt. lib. 7.*

7. Aſtutia Papenhemii.

Aſtutius tamen Comes Papenhemius, cum aliquando victoribus de Lobelio ruſticis triumphantibus, recentes ſeruatas in id ipſum copias, obuiam miſiſſet, ne ſui ſiniſterius quicquam de Lobelio, dextroque cornu cæſo, ſuſpicari poſſent, adeoque de ſuo vigore remitterent, cum medio femore pugnæ fugere non vidiſſent, illud Dux aſtutus retrò montem hoſtes ſequi, ſpargique juſſit. Sic fui, dum Cæſarianos vincere putabant, vincere cœperunt. *Waſſenberg. de bello Auſtriaco Secundo pag 150.*

8. Qualiter cladis detrimentū, reparandū ſit.

Acceptum etiam detrimentum ocius reparandum eſt, reſiduum nempè exercitus colligendo, nouumq; ſtatim militem conſcribendo, firmis item principaliora loca præſidijs muniendo; & hoſtibus aliquid negotij inexſpectatò objiciendo. *Thucyd. lib. 8.* Perterritos etiam ex clade milites, ad virtutē ſtrenua quadam oratione denuò adhortando. Sic enim Cæſar, ad Gergouiam intrepidâ militum audaciâ, quorum teme-

ritate detrimentum prius acceperat, ad extremum oratione eos confirmauit, cùm diceret: Illos ob acceptam cladem animo permoueri non debere, quod enim incommodum loci iniquitas attuliſſet, id hoſtium virtuti non eſſe tribuendum: quibus verbis adeò inflammati ſunt militum animi, & tantũ ijs inceſſit ſtudium infamiæ ſarciendæ, vt omnes arderent cũpiditate prœlij committendi. Non tamen Cæſar, tum ſtatim rem pugnæ committendam duxit, ſed ſpatium interponendum eſſe ad recreandos militum animos exiſtimauit. *De bello Gallico lib. 7.*

9. Ergò vires ex tuis & ſociorum armis reparandæ, & contra infortunium, ſi modo bona cauſa tua ſit, inſurgendum, nouoq; lucro & damno hoſtium, ne alioquin milites tui languidiores fiant, compenſandum eſt, *Flor. lib. 1. c. 15.* aliâs pactis & fœderibus cum hoſte, rebus tuis conſulere debebis.

10. Victus quam cõſolationẽ habere debeat.

Ne victus ſuper clade ſuâ inopinanter acceptâ, aliam cõſolationem habere poterit, quam quod ancipites ſint bellorũ euentus. *Nunc belli mala*, inquit *Seneca*,

Propone dubias Martis incerti vires,
Licet omne tecum regia robur trahas,
Licet arma longè miles ac latè explicet,
Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.

In Tragediâ, quæ Thebais dicitur.

Hinc Perſeus Rex Macedonum, cum captiuus ad Æmilium Paulum adduceretur, iſq; terram intuens fleret, nihilque nec interrogatus nec accuſatus, reſponderet: Vtcunq; inquit Æmilius, Perſeu, hoc, vt bellum cum Romanis, quàm pacem malles, inciderit, ſiuè errore humano, ſiuè caſu, ſeu neceſſitate etiam, bonum animum habe; multorum Regum, populorumque caſibus cognita populi Romani clementia, non modo ſpem tibi, ſed propè etiam fiduciam ſalutis præbet. Hæc Græco ſermone Perſeo: Latinè deinde ſuis: Exemplum inſigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum; Vobis hoc præcipuè dico, Iuuenes, Ideò in ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cum quid veſper ferat incertum ſit; is demum vir erit, cuius animum nec proſpera ſtatu ſuo fortuna efferet, nec aduerſa infringet, *Liuius lib. 45.* Quo egregio dicto & admonitione prudenti, nihil aliud Æmilius, quàm fortunæ lubrici-

tatem oſtendere, captoq; Perſeo conſolationem humanam elargiri voluit.

Accedit quod juſta etiam bella, infelices ſæpè exitus conſequantur: nã ſæpè Regnis & Rebuſpubl. clades diuinitus immittuntur, vel fataliter ineuitabiles imminent, vt omninò ſint ſubeundæ, quidquid contra ſani conſilij capiatur, fiat, vel opponatur. Qualiter cladem Græcis à Xerxe diuinitus immiſſam fuiſſe, refert *Herodot. lib. 7.* 11. Clades ſunt quādoq; fatales.

Vndè non rarò quoq; euenire ſolet, vt vterq; exercitus ſimilem cladem, ex qua victoriam diſcernere nequeunt, patiatur: Exemplum memorat *Thucydides* de validiſſimo inter Corinthios & Corcyrenſes, apud Sybota inſulas facto prœlio nauali. Corinthij enim, quia prœlio nauali viciſſent vſque ad noctem, & quod multis nauium fragmentis, & cæſorũ corporibus potiti eſſent, & iam ex hoſtibus captiuos, plus mille in ſuâ poteſtate haberent, atq; naues circiter ſeptuaginta demerſiſſent, ob eam cauſam Trophæum victorioſum in Sybotis in terrâ continenti poſuerunt. Porro Corcyrenſes, quia naues triginta fregiſſent, & poſt Athenienſium aduentum reliquias ac cæſorum corpora, juxta ſuam terram recepiſſent, quodque pridie Corinthij conſpicati naues Atticas, ipſis ceſſiſſent, neque ad Sybota nauigantibus occurrere auſi fuiſſent, propter has cauſas & ipſi Trophæum in Sybotis erexerunt, atque ita vtrinq; cladem conſimilem. & victoriam extitiſſe, demonſtrare voluerunt. *lib. 1 fol. 58.* 12. Clades ſunt nonnunquā ab vtraq; parte æquales.

Et huiuſmodi cladem, & ex ea prouenientem victoriã, 13 in ſecundo prœlio Lipſienſi, ſiuè ad Lutzam, in quo Comes de Pappenheim æq; ac bellicoſiſſimus Sueciæ Rex glorioſè occubuit, dubioſam fuiſſe, *refert D. Carut.* Alſo ſeyndt/ ſagt er/ in einem Treffen zween ſolche tapffere Helden geſtorben/ deren gleichen in vorigen Kriegßzeiten nicht ſeyndt geſchen worden: Deß Königs auß Schweden Körper/ haben die Schotten vnnd Schweden/ mit Gewalt auß der Kayſerlichen Händen geriſſen/ vnd hat der Streit den gantzen Tag über alſo gewehret/ das keinem Theil die Victori zuzuſprechen ware/ biß gegen Abendt die Pappenheimiſche Reütterey den Sieg den Kayſerlichen erworben. Alſo ſcheidete ſie die Nacht / verlieſſen die groſſen Stück/ vnd wuſte kein Theil recht/ ob ſie überwünder/ oder überwunden weren. In ſeinem Kriegs Reyßbüchlein/ *c. 3. folio.*

Sæpè etiam improbi, & numero, & conſpiratione ſunt potentiores, quam boni, vt ad eos ſuperandos non fortitudo, 14 Improbos etiã meliorē

ſed

ſæpe fortunā habere contigit.

ſed felicitas neceſſaria ſit. An aliquis ignoret, quoties melior, juſtiorq́; pars victa ſit? Plena ſunt exemplis hiſtoriæ. Cneus Pompeius etſi bonorum voluerit eſſe defenſor, & pro Reipublicæ libertate arma ſumpſerit: Is tamen victus, à Spadonibus Ægyptijs, detruncatus, & inſepultus abiectus eſt. *Lactant. lib 6. cap. 6.*

15. Sic plurimi alij Principes etiam noſtris temporibus audaces quidem & impigri, opibuſq́; ſummis, ac maximis exercitibus inſtructi fuerunt, eo tamen bello, ex quo victoriam & decus ſperaſſent, inſignem cladem, ſummumq́; dedecus acceperunt, inque ea mala, quæ hoſtibus ſuis inferre crediſſent, ipſi inſperatò inciderunt. Hoc modo Carolus Burgundio, potentiſſimus florentiſſimusq́; Princeps, vt Rex Gallorum nullum ſe hominem vnquam magis timuiſſe affirmaret, cùm nimia perſuaſione ſeductus, plurimum viribus & potentiæ ſuæ tribueret, atque Archiepiſcopatum Colonienſem, totamque Germaniam peruadere conaretur, tandem deſertus, miſerè periſſe dicitur, referente *Meiero in annal. Flandriæ lib. 17.*

16 Milites aliquando etiam perfidi ſunt.

Aliæ etiam cladis noſtræ cauſæ eſſe ſolent, quando nempè milites perfidiam exercentes, neglecta fide ordinem deſeruerunt, duceſq́; ſuos media in acie prodiderunt, ac ſeditiones, quibus exercitus dilaboretur, ipſiq́; Principes caperentur, vel occumberent, & Reſpublica in ſummum exitium adduceretur, excitârunt. Gleich wie diſe Zeit hero/ bey underſchiedlichen vornemmen Schlachten/ mit höchſtem Schaden verſpürt worden/ daß weiln dem alten Kriegßgebrauch zu wider/ ſchier ein jeder ſich zu Pferdt will ſchreiben/ vnd finden laſſen/ vnnd dardurch die gröſte Kriegßmacht in die Raiterey geſtellt/ vnnd hingegen das Fußvolck (welches doch vnſere Vorfahrer jhrer Beſtändigkeit vnd Nutzes halber/ ſo hoch geachtet) in geringer Zahl geworben/ auch hernach von vilen wenig geſchetzt wirdt/ daß durch der Reutter zeitlich vnd vnzeitige Flucht/ öffters der bereit erlangte Sieg vnd Victori wider verlohren/ das arme vnd redlich fechtende Fußvolck/ neben dē Geſchütz vnd aller Pagagien, trewloß in Stich geſetzt/ vnd alſo dem Feindt/ zu Vndergang viler Landt vnd Leuth/ Thür vnd Thor geöffnet werden. Et hoc quidem nonnunquam ex nulla alia, quam peccatorum noſtrorum cauſa, ſecundū Saluianum procedere ſolet: Gothos nempè & Vandalos, inquit, Romanum Imperium facilè deuaſtaſſe, quoniam ipſi Chriſtianis longè melius

morati fuiſſent. Quantũ enim vnius ſaltem hominis improbitas, vniuerſo exercitui calamitatis attulerit, Achani exemplum in Sacra Scriptura declarat. *Ioſue cap. 7.* Hinc Diogenes Cynicus, ſatius eſſe cum paucis bonis aduerſus omnes malos, quàm cum multis malis aduerſus paucos bonos pugnare, affirmare ſolitus fuit. Et *D. Hieronymus ad Heliodorum in Epitaphio Nepotiani:* Noſtris peccatis inquit, barbari fortes ſunt, noſtris vitiis Romanus ſuperatur exercitus, nec tamen amputamus cauſas morbi.

Quocircà non admirandum erit, quod optimi quandoq; & piiſſimi Principes, tàm crudeli & impio milite, infeliciter contra Turcas bella geſſerint, cum piam & bonam cauſam Deus per tàm impia organa tractari nolit: ſiquidem, ſine vllo delectu (quod *Ludouic. Viues. in Epiſt* ad Henric. VIII. Angliæ regem ſcripſit) multis ſceleribus inſignes in militiam ſæpius aſcribantur, quorum qui crudelior nequiorq; eſt, is optimus miles, & fortiſſimus Dux habeatur; Nec quiſquam ſit, qui ante prœlium de expiandis peccatis, de adhibendo ſacerdote, & cœleſti armatura, de ſacra Euchariſtiá cogitet, ſed ipſos Dei miniſtros & ſacramenta indignis contumelijs afficiant, 17.

Longè minus verò obſtupendum eſt, quòd nonnulli Principes à ſuſcepto bello, cum perpetua etiam ignominiá, & dedecore deſiſtere coacti fuerint; quoniã contra Deum, ipſiuſq; religionem Catholicam, contra legitimum Magiſtratum, & bonos viros auſu temerario ea ſuſceperant. *Middendorp. in quæſtion. theolog. & polit. quæſt. 5. pag. m 85. & ſeq.* 18

Vel Principes habent malam cauſam.

Traianus Valentis impijſſimi Romanorum Imperatoris contra Gothos Dux, cum primum quidem congreſſum eorũ ſuſtinens, victus rediſſet, ignauiam ei & timiditatem cũ conuitio Imperator obiecit; Ille autem ea dicendi libertate, quæ virum fortem & ſtrenuum decet: Non ego, inquit, ô Imperator victus ſum; ſed tu ipſe ſponte tua, victoriam à te ipſo reiicis, qui ita cum Deo belligeraris, momentumq; quod ab eo prouenit, repellens, ad hoſtes potius tranſmittis. Deus enim ſemper vincit, & victoria illis fauere ſolet, qui auſpicium ductumq; eius ſequuntur. Is nunc ab aduerſariorum partibus ſtat, quod eum tu bello (inſectabatur enim eos, qui jam Chriſtianam religionem acceperant) perſequeris. *Nicephorus Calliſtus Eccleſ. hiſtor. lib 11. c 49.*

20 Captiui fidem datam ſeruare, & Lytrum promiſsũ ſoluere debent.

Cæterum Captiuos fidem datam (niſi quid contra jus publicum aut militare promiſiſſent) ſeruare, & ſi ad lytrum adferendum dimiſſi quidem fuerint, illud verò acquirere nequiuerint, ad hoſtem nihilominus redire, eiuſq; voluntatem expectare debere. tradit *D. Beſold. de art. belli n. 4. c 8.* Qua in re licet controuerſum ſit, num belli Duces captiuos ſuâ pecunia redimere teneãtur, *Heig. p. 2. q. 32. n. 3. &c.* De conſuetudine tamen inter milites hodie obſeruari ſolet, vt ſi captiui intra menſem à Ducibus ſuis non redimantur, nec ipſi vnde lytrum perſoluant, conſequantur, quod tunc ſub vexillis Ducis capientis, ſe tutò ſiſtere, idq; velut à priori juramento tacitè relaxati, ſtipendia promereri poſſint.

DISCVRSVS. XXV.

DE VICTORIA, VICTIS AC CAPTIVIS, & crudelitate fugienda.

1 Victor qualiter ſe gerere debeat.

IN victoria tria ſpectanda veniunt, vt ſcilicet Dux victorioſus eam cautè, leniter, & modeſtè ferat. Cum enim plerumque fiat, vt res ſecundæ negligentiam afferre ſoleant, quæ partæ victoriæ famam lacerare poſſit. *Tacit 4 hiſtor.* Inde ſi hoſtium vires in prœlio inclinare videat, perculſis inſtare, nec ſpatium ad ſe colligendum concedere, cum prudentia tamẽ, *vt ſupra dixi*, moderatam diſcedendi facultatem, non denegare debet, ne alias ignauiam fugientium (*vt Curt. lib. 5 ait*) neceſſitas, quæ omni arte efficacior eſt, acuat, dubiamq; cum deſperatis pugnæ aleam ex improuiſo reſuſcitet. *Amirat. lib. 19. diſc. 7.*

2 Cum deſperatis non eſt pugnandum.

Quid enim aliud Locrenſibus victoriam peperit, quã quindecim eorum millia, centum & triginta hoſtium millia profligarunt, quàm quod in deſperationem verſi, vnicè huic intentioni operam dederint, ne inulti caderent? *Iuſt. lib. 20* Quid Manlio Romano Conſuli vitam ademit, quam quod victis hoſtibus, omnes exitus ita obſediſſet, vt cum illi nullam effugiendi ſpem viderent, in ipſum conſulẽ inuecti, eo occiſo, jam vniuerſum exercitum cum ſummo periculo aggreſſi fuerint, niſi effugiendi copia eis data fuiſſet. *Liu. lib. 2.* Hinc Themiſtocles, cum accepiſſet Græcos conſtituiſſe, pontem, quo Xerxes Helleſpontũ trajecerat, rumpere, ſicq;

Xerxē infelici pugnâ conſternatum intercludere, veritus ne in deſperationem atque irā versâ neceſſitate,omnibus viribus extrema tentaret, clam eū de Græcorū conatibus admonuit,vt antequam reditus eſſet interclusus, ſecurè diſcederet: quo conſilo Xerxes vſus,tàm ſuis, quàm Græcorum rebus conſuluit. *Iuſtin. lib. 2. Marnix ſect. 8. reſol. 12.*

Cautè igitur victoriâ vti debet Victor, & ſemper aliquid ſpei hoſti relinquere ad fugam, ad veniam & clementiam, neque hoſtes in deſperationem redactos, difficiliores expugnatu reddere:

3. Hoſti aliquid ſpei ad fugam relinquendum eſt.

Et hoc inſigne etiam Lycurgi monitum fuit: vt poſteaquam in bello hoſtem vertiſſent in fugam ac ſuperaſſent, tàm diu fugientes inſequerentur, donec certa eſſet victoria, moxque retrocederent. Neque enim Græcorum conuenire moribus eos trucidare, qui ceſſiſſent; idque non ſolum honeſtius, verum etiam vtilius eſſe dicebat, ſiquidem hoſtes, quibuſcum res eſt, vbi cognouerint Lacedæmonios parcere cedentibus, occidere verò qui loco non cedunt, ſibi conducibilibus exiſtimabunt fugere, quam perſiſtere. Frequenter enim deſperatio magnum robur addidit animo, nō minus, quàm ſpes victoriæ. Decet autem Græcos legibus ac diſciplinis imbutos, etiam in bellis meminiſſe clementiæ, nam Barbaricæ feritatis eſt, ſæuire in proſtratos: Sed rurſus ita temperanda eſt clementia, ne nobis ſit exitio, ſiquidem non rarò vt dictum eſt, contingat, vt hoſtis fugam ſimulet, & redintegratis viribus acrior in victorem inſurgat. *Eraſm. ex Plutarch. in Lacon.*

Imò vt Victor ſe tutiorem reddat, à ciuitate vel Prouincia, quam occupauit, vel obſides accipere, vel incolas illius aliò transferre, vel munitiones illius in ſuam poteſtatem redigere, vel euertere, aut victis arma adimere, vel eos in ſocietatem, fœdus, & jus regni recipere, ciuitati quoque jus ciuitatis adimere, muris, valliſque deſtructis, vel etiam vrbem, conſideratis locorum & inhabitantium naturâ, delicto, & circumſtantijs, ſolo æquare poteſt. *Amirat. lib. 13. diſcurſ. 18.*

4. Victor quomodo ſe tutum reddere poſſit.

Leniter item cum captiuis, niſi ex juſtis cauſis ratio militaris aliud ſuaderet, procedendum eſt, ſi nimirum nobis ſæpius nocuiſſent, aut de ijs metus & certa futuri mali ſuſpicio adeſſet, tunc enim victis ita parcendum eſſe, ait *Anton. Perez aphoriſ.*

5. Cū captiuis leniter procedendū.

fol. 98. Ne eorum clementiam quandoq; implorare cogamur. Vel etiam ſi in non fortificato loco temerariè reſtitiſſent, tales enim in Luſitanico bello Albanus occidere juſſit, ne alij eorum exemplo totum morentur exercitum. *Coneſtag. lib. 6.* aut ſi noſtros captiuos vel legatos crudeliter tractaſſent, tales enim clementiam prius non exercentes eàdem à Victore non merentur. *Conrad, Ritterhuſius diſſertat. de Iure victoriæ per tot.* Extra hos & ſimiles caſus, minimè in captiuos ſæuiendum, ſed lytro ſoluto, vel etiam permutatione cum hoſtium captiuis factâ, ſecure dimittendi, aut in horum defectu, vexillis victoris ſubijciendi ſunt.

6. Captiui apud Turcas fiunt eorũ ſerui.

Et licet hodie apud Chriſtianos capti de conſuetudine nõ amplius tales ſerui capientium fiant, vt olim. *Bart. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* apud Turcas tamen adhuc ſtricta illa ſeruitus taliter obſeruatur, vt nunquam eos, quos in mari ſiuè in continenti capiunt, jugulare, ſed vendere, & formoſam quidẽ ac juuenculam mulierem 80 aut 100. ducatis, vetulam verò 30. aut pluris, Virum autem robuſtum & quadratum 60. ducatis æſtimare ſoleant. *Bellon. lib 2. obſer. c 10.* Sic & Piratæ hominibus inſidiantur, non modò ob eorum facultates, ſed etiam vt ipſos in ſeruitutem redigant, & ſingula mancipia 50. ducatis aureis vendere poſſint. *Idem lib. 1. c 37.*

Pulcherrimam hîc, ac ſanè perdifficilem quæſtionem mouet ac reſoluit *Molina, (ad quem Lectorem remitto) de Iuſt. & Iure to. 1. tract. 2. diſp. 115.* Num ſcilicet Chriſtiani captiui, qui remigant, & alia obſequia in bello Turcarum aduerſus fideles præſtant, peccent, damnáque data reſtituere teneantur?

7. Victori ſit clemens.

Egregia itaq; eſt illa, *apud Æmil. Prob. in Timoleonte* ſententia. Eam nempe ducendam eſſe præclaram victoriam, ex quâ plus ſit clementiæ quàm crudelitatis. Hinc Alphonſus Arragoniæ Rex non tàm quod hoſtes vincere, & ſciret & poſſet, gloriabatur, quàm quod victis conſulere didiciſſet. Illud quidem fortunæ interdum munus eſſe, hoc autem ſemper ſuum. Refocillare enim victos, verè regium eſt, debellare autem hoſtes, fortunæ. Cum itaq; graui atq; diutino bello confecto triumpharet, victos tamen & captos hoſtes, triumphantium more currum præire non paſſus eſt; Ob hoſtes ſeruatos rectius, quã cæſos, triumphandum eſſe dicens. *Panormit. lib. 1. geſta de Alphon. reb. geſt.*

8.

Aurelianus Imperator Romanorum, cum Tyanam veniſſet, eamq; occluſam reperiſſet, iratus dixit: Canem in hoc

oppido non relinquam. Hâc voce milites quidem in ſpem prædę erecti; Heradamon verò Tyanenſis, metu, ne cũ cæteris occideretur, ciuitatem prodidit: Quâ captâ Aurelius Heradamonem, velut patriæ proditorem occidit: Militibus autem ex Cæſaris promiſſo direptionem oppidi flagitantibus, reſpondit: Agite, canem me negaui relicturum, canes omnes occidite. Hoc pacto & proditori mercedem rependit, & militum auaritiam clementiâ ſuâ eluſit. *Eraſ. ex Vopi. in Aurel.*

Ageſilaus cum poſt felicem apud Corinthum victoriam, infinitos Corinthiorum & Athenienſium à ſuis trucidatos cerneret, adeò non gauiſus nec elatus ea victoria eſt, vt grauiter Græciæ etiam vices deploraret: Heu inquiens Græciam, quæ tot viros inteſtino bello perdidit, quod vniuerſis barbaris debellandis ſatis eſſe poterant. Viro magnanimo optabilis quidem erat victoria, ſed multò gratior, ſi paucorum ſanguine parta fuiſſet. *Plutarch in Lacon. Apoph.* 9.

Reges præterea & alij Magnates, alea belli qui vincuntur, ſecundum ſupradictum Æmilij exemplum erga Perſeum, humaniter tractandi ſunt. Sic enim Alexander Macedoniæ Rex, capto Poro Rege inclytiſſimo, cui & corporis ingentes inerant vires, & animi longè etiam maiores virtutes, hanc ipſam & corporis & animi excellentiam admiratus Alexander, ſciſcitabundus ille quidem, magna tamen comitate adhibita, ab illo exigit, quanam ſe ab Alexandro ratione tractari, quę̃que erga ipſum ſe ſe gerere Alexandrũ cupiat? Ad ea nihil Porus aliud, quàm vt pro Regia ſecum dignitate ageretur, petijt. Rurſus Alexander Numnam fortè & aliud? Ad ea quoq; & ille ſubdidit: Regiam dignitatem, quam ipſe cuperet, cuncta ſecum continere. Quæ dicta cum Alexander, pro ſuâ regiâ & Pori dignitate ac decore examinaſſet, non regnum modò illi reſtituit, belli jure vindicatum, verùm Imperio eius latiores quoque fines adiecit. *Pontan. lib. 1. cap. vlt.* 10. Reges & magnates capti humaniter tractandi ſunt.

Similiter Anno Chriſti 1356. cum in prœlio Pictauienſi Ioannes Gallo Franciæ Rex, ab Anglis caperetur, à primogenito Angliæ Regis honorificentiſſimè, nec aliter vt hoſpes amiciſſimus tractatus. *Froſſard. to. 1. c. 165.* ac inſuper tricies centenis Francorum millibus pro redemptione ſuâ à populo ſolutis, dimiſſus fuit. *Gentillet. aduerſ. Machiauel fol. 421.*

Imo nonnulli, magni nominis captiuos, & raræ virtutis Duces, incolumes ſeruare, eoſq; humaniſſimè ad hunc finem 11.

vt eorum deindè operâ vtantur, tractare ſolent, quemadmodum de Marchione Guaſtio Andream Doriam reſeruante, vt Carolo V. Imperatori operas ſuas locaret, refert *Bellay. lib. 3. fol. 262.*

Hinc non dubitandum eſt, quin potenti & ſtrenuò hoſtium Duci ad nos deficienti, vel etiã â noſtris capto (ſiquidèm ſerium ſe oſtendat, aut nihil in contrarium obſtet) poſſit tutò poteſtas, non tamen tota, ſed aliqua committi: Eſt enim hoſti, â quo iniuriâ affectus eſt, infeſtior, & in eo perſequendo nobis animoſior. Sicuti de Coriolano refert *Liuius lib. 2.*

12. In captiuos non eſt ſæuiendum.

Ex his itaq; facilè colligere licet, quam inhumanum è contra ſit, captos & deuictos hoſtes, præſertim duces, crudeliter tractare, aut omninò trucidare. Vnde Syracuſani merâ crudelitatis notâ audierunt, poſteaquam captos Athenienſes eorumq; ſocios, in lapidicinas protruſerunt, Niciam & Demoſthenem egregios belli Duces contra fidem datam interfecerunt, captoſq; primo tempore, *vt ait Thucyd lib. 7.* duriter tractârunt. Cum enim multi ſimul in loco concauo & anguſto incluſi eſſent, propter Solis & æſtus grauem afflictione, quia in loco non tecto verſabantur, noctéſq; ſequentes, vt autumni tempore, frigidæ erant, præterea quod omnia in eodem, & eo quidem anguſto, ac cadaueribus inter ſe aceruatis, & fœtore intollerabili repleto loco, facere cogerentur, ob ſummam deniq; ſitis moleſtiam, cum per menſes octo ſingulis in diem ſingulæ tantum cotylæ aquæ, & duæ cotylæ frumenti, præberentur, corpora tandem valetudine mutatâ morbis corripiebantur. Sic enim per ſeptuaginta dies, omnes, quorum non pauciores ſeptem millibus erant, eodem in loco tractati ſunt.

Similem etiam inhumanitatem erga captiuos, quos carcerum tetrorum fœtore, ad magnam pecuniæ ſummam exſoluendam coëgerunt, de priſcis Hiſpanis & Germanis refert *Froiſſard. tomo 1. c. 291. & 306.*

13 Crudelitas Thracum.

Sed & aliam, & barbaricam quidem Thracum, Mycaleſſum occupantium, crudelitatem hiſce verbis recenſet Idem *Thucyd d. loc.* Cum itaque Thraces, inquit, in Mycaleſſum portis propter ſecuritatem apertis, irrupiſſent, domos priuatas pariter & loca ſacra diripuerunt, homines item nulli ætati parcẽtes obtruncarunt, verùm omnes obuios pariter occidentes, etiam pueros & mulieres, inſuper iumenta quoque & quicquid viuum videbant, interficiebant. Fuit igitur tunc in hac

ciuitate magna perturbatio, tumultus, & omnis ſpecies exitij. Nam etiam in ludum litterarium irruperunt, vbi pueri docebantur, quorum in eâ ciuitate maximus numerus erat, & jam primum pueri ibi conuenerant, illos omnes jugularũt, & accidit illa calamitas huic toti captiuitati, nullâ aliâ calamitate minor, quæ & præter exſpectationem oppreſſit eos, & atrociſſima fuit. *Hæc vſq; Thucyd.*

Veruntamen huiuſmodi crudelitates plerumque à Deo 14
punitæ, earumq; authores & ſocij, eadem vel maiori pœna affecti fuêre. Vnde Carthaginenſes, quod hoc ſolo meruerint à Romanis vinci, ac omni Imperio ſpoliari, quod Attilium Regulum, virum optimũ interfecerint, ſcribit *Agellius ex Tuberone lib.6 c.4.* In atras enim, inquit, & profundas tenebras eum claudebant, ac diu poſt, vbi erat viſus ſol ardentiſſimus, repentè eductum, & aduerſus ictus Solis oppoſitum intendere in cœlum oculos cogebant, palpebras quoq; eius, ne conniuere poſſet, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant, vnde ſomno diu prohibitum, vitam deniq; exhalaſſe, & vbi Romæ cognitum fuit, nobiliſſimos pœnorum captiuos, liberis Reguli à Senatu deditos, & ab ijs in armario muricibus præfixo deſtitutos, ijſdemq; inſomnijs cruciatos interijſſe, memorat *Caſtell. lib. x. c.79. & ſeq.*

Deus punit crudeles.

Poſt pugnã porrò non ſolum cæſi hoſtes honorificè ad Exemplum Henrici IV. Imperatoris ſepeliendi ſunt, de quo 15
Stumpff lib.4.c.44. his verbis. **Rudolff Hertzog in Schwaben / ward zu Merßburg bey Leipzig gar Fürſtlich beſtattet / auß Befelch vnnd Verordnung Keyſer Heinrichs deß Vierdten / vnnd als etliche Diener daran Verdruß hatten / in Meinung / der Keyſer / hette wol ſolchen Pomp vnd Koſten erſparet an der Begräbnuß ſeines Feindts: Da antwort der Keyſer: Liebe Freundt / laſſet es recht geſchehen. Ich wolte daß alle meine Feindt ſo zierlich begraben weren.**

Hoſtes cæſi ſepeliendi ſunt.

Verum etiam noſtros, qui pro patriâ glorioſè occubuerunt, fuſis prius ad Deum pro ſalute eorum precibus, virtutis 16
præmio condecorare, & honorificâ ſepulturâ exaltare decet. Hinc apud Spartanos, quos non immeritò Magiſtros militaris diſciplinæ *Plutarch. in Pelopidâ* appellat, defunctos neque lugere, neq; lamentis proſequi, neq; monumentorum inſcriptionibus honorare, præter ſolos eos, qui in bello ceciderant, inſtituta patria ſinebant. Et pleni ſunt Hiſtoricorum libri, quãta cum cura, quantaque cum religione Græci in prœlijs, bel-

Noſtri quoq; milites, qui occubuerũt, honorifica ſepultura afficẽdi.

loque interfectorum corpora per caduceatorem repetere, honorificè ſepelire, & oratione inſuper funebri condecorare conſueuerint.

17. Mos Athenienſium in humandi cæſos.

Et Athenienſium quidem ritus in ſepeliendo, recenſet *Thucyd.* Primum oſſa mortuorum, ait, triduo ante facto tabernaculo proponuntur, & quiſq; cadaueri ſui propinqui addit, quod vult. Cumq; funus effertur, tunc plauſtris euehunt arcas ex cupreſſo factas, pro qualibet tribu vnam, in his condita ſunt oſſa eorum, qui ex illa tribu occubuerunt. Vnus autem thorus conſtratus effertur vacuus pro ignotis, quorum oſſa inter colligendum agnoſci non potuerunt. Comitantur pompam funeris, quicunq; volunt ex ciuibus & hoſpitibus. Adſunt etiam mulieres cognatæ mortuos lugentes. Deindè ponunt in publico monumēto, quod in Caliſto ciuitatis ſuburbano eſt. Hoc enim loco ſemper cæſos in bello ſepelire ſolent, exceptis illis, qui in pugna Marathonia occubuerunt. Quorum cum ſingularem & excellentem virtutem fuiſſe iudicarent, in eo ipſo loco, vbi ceciderant, eos ſepelierunt. Poſteaquam itaq; reliquias terra obruerunt, vir conſilio præſtās, qui & authoritate & dignitate præcellit, à ciuitate ad id delectus, orationem habet, qua conuenienti laudatione ſepultos celebrat *lib.2.fol.m.184.*

18. Oratio funebris, à pericle Athenis habita.

Cæterum cum huiuſmodi orationem haberet Pericles, (quæ à Plutarcho in eius vita, ſummoperè laudatur) ea populum, ſumma admiratione ſui, adeò commouit, vt à lugentibus viduis, cæteriſue mulieribus coronis, velut Athleta coronaretur. Quæ cum ſit de genere Encomiaſtico, formā nimirum Reipubl: Athenienſis Democraticam, & ſingularem inſuper doctrinam complectatur, eandem ſubiungete placuit.

Multi, inquit *Pericles*, qui hoc loco dixerunt, laudant hunc morem, quod Lex iubeat addi laudationem funeri, mihi verò ſatis videatur, virorum præſtantium factis honorem facto declarare, videlicet ipſius funeris publici ritu, nec propter vnius viri orationem adducere in periculum multorum virtutes, vt de iis itá iudicent alij, ſicut eas Orator ſeu benè ſeu malè commemorat. Difficile eſt enim conuenienter dicere ea de re, de qua Orator vix impetrare poteſt, vt ſibi credatur. Nam quibus res notæ ſunt, & qui benè volunt mortuis, exiſtimant orationem non eſſe parem magnitudini rerum ge-

ſtarum,

ſtarum,alij ignari,judicant laudes eſſe immodicas; quia inuident excellenti virtuti. Laudes enim eo vſq; tolerabiles ſunt, donec ea dicuntur,quæ auditores ſe quoq; poſſe facere arbitrantur. Si maiora dicuntur,inuident, non credunt.

Poſtquam autem vetuſtas hunc morem judicauit honeſtum eſſe,me quoq; decet obtemperare legi,& conari, vt voluntati veſtræ ac opinioni magna ex parte ſatisfaciam.

Exordiar autem à maioribus noſtris. Iuſtum eſt enim eorum quoq; meminiſſe, & eis partem honoris tribuere in hoc ritu. Quia cum fuerint indigenæ,patriam liberam vſq; ad hoc tempus virtute ſua poſteris,qui ex ipſis nati ſunt, tradiderunt, & cum illi laude digni ſint,tum verò magis patres noſtri, qui cum à maioribus ſolam patriam accepiſſent, magno labore imperium addiderunt,& nobis reliquerunt. Poſtea nos, præſertim ij,quorum eſt ætas grandior,auximus imperium, & vrbem inſtruximus rebus neceſſariis ad bellum,& ad pacem, de quibus non dicam hîc, quantæ res geſtæ ſint, vel aduerſus Barbaros,vel aduerſus Græcos,cum vobis notæ ſint. 19. Propoſitio.

Sed hoc dicam,qualis ſit vrbis diſciplina, per quam creuit. Poſtea de eorum laudibus dicam. Nam hæc oratio de ciuitatis forma & moribus,non aliena eſt ab hac laudatione, & vtilis eſt audientibus ciuibus & hoſpitibus. 20 Forma Reip. Athenienſis.

Nam forma noſtræ Reipub. non accepta eſt à vicinis, ſed potius aliarum ciuitatum exemplar, ac nomen quidem eſt popularis ſtatus,quia multi æquo jure conſociati ſunt. Et quanquam priuatim ciues diſſimiles ſint, alij diuites,alij pauperes,tamen æqualitas legibus conſtituta eſt, vt liberi & aduerſus iniuriam æqualiter tuti ſint omnes. Pro dignitate verò, vt quiſq; probatus eſt, ita ad honores admittitur, non ex certa familia,ſed propter virtutem, nec propter paupertatem arceatur ab honoribus,ſi Reipub. prodeſſe poteſt. Liberum eſt igitur cuiuis ad Rempub. accedere,& ſententias dicere,ac priuata cuiq; vita aduerſus ſuſpitiones tuta eſt,ac ſinim[9] quemq; ſuis rebus,ſtudijs & voluptatibus frui. 21. Deſcriptio Democratiæ.

Nec toruitatem exercemus, quæ etiam cum innoxia eſt, tamen moleſta eſt: priuatim ſine iniuria conuerſamur: in adminiſtratione publica non delinquimus, quia metuimus & magiſtratus & leges,quæ vel ſcriptæ ſunt, vt læſis opem ferant, vel non ſcriptæ metu infamiæ ciues coercent. Habemus & laborum remiſſiones plurimas, ſpectacula & ſacrifi- 22 Anthiteſis Reip. Athenienſis & Lacedæmoniorũ

cia, quæ & legibus quot annis ordinata ſunt, & apparatu priuatorum congruo fiunt, quæ leniunt mæſtitiam. Importantur autem huc propter magnitudinem vrbis, res natæ in omnibus terris. Quare non tantum rebus domi natis, ſed etiam peregrinis fruimur.

23 Differimus autem exercitijs in re militari ab alijs. Nam hoſpites non expelluntur ex vrbe noſtra, quo minus aut diſcant, aut videant ea, quæ ſpectantibus hoſpitibus etiam prodeſſe poſſunt. Confidimus enim non tam apparatibus & fraudibus, quàm virtute. Ac alij quidem iuuentutem certis modis exercent à pueritia ad fortitudinem; nos laxius viuentes tamen pari magnitudine animi pericula adimus. Huius rei ſignum eſt, quod Lacedæmonij non ſoli nobis bellum inferant, ſed adiunctis ad ſocietatem belli alijs; nos verò ſoli inuadentes alienam regionem, plerunque vincimus hoſtes, quanquam pro ſuis rebus pugnantes. Nec verò quiſquam adhuc auſus eſt dimicare cum vniuerſa potentia noſtra; quia & claſſe antecellimus, & magnam multitudinem in terram emittimus. Sicubi autem cum parte aliqua dimicant alij, cum vincunt, gloriantur ſe vniuerſos viciſſe. Victi autem ſe ab vniuerſis ſuperatos eſſe. Ac nos quidem, cum periclitari volumus, non vt Lacedæmonij præparati ſumus, aſſiduitate laborum & legibus, ſed ex ocio & naturæ fortitudine pericula adimus, nec tamen timidiores ſumus in prœliando quàm illi, quanquam non prius defatigati moleſtis exercitijs.

In his & alijs rebus ciuitas noſtra admiratione digna eſt; ſumus ſplendidi cum parſimonia, & tenuiter victitantes, ſine mollicie vtimur diuitijs, cum temporis opportunitas eſt, non ad oſtentationem. Egeſtatem fateri non eſt deforme, ſed deforme eſt non laborare, vt eam effugias. Adeſt iiſdem cura, rerum propriarum & Reipubl. & quanquam domeſticis negotijs plerique occupati ſumus, tamen publica non ignoramus. Soli enim nos ciuem non participem communium laborum, non tranquillitatis ſtudioſum, ſed inutilē cenſemus, & nos, cum rectè iudicamus aut deliberamus, non exiſtimamus rebus nocere orationem, ſed nolle prius doceri diſplicet. Nam & in hac re differimus ab alijs, quod, quanquam pericula proſpicimus, tamen audendo ea aggredimur, cum alijs inſcitia audaciam addat, circumſpectio timiditatem.

Acuta inuerſio.

Conſen;

Conſentaneum eſt autem fortiſſimos eſſe, qui, cum optimè ſciant diſcrimen terribilium rerum & ſuauium, propterea non fugiunt periculum. 24

In communicatione officiorum etiam quædam aliter facimus, quàm multi. Non accipiendis, ſed dandis beneficijs amicos acquirimus. Firmior eſt autem amicus, qui dat beneficium, ſtudens retinere beneuolentiam apud eum, cui benefecerit, ſed qui debet reddere gratiam, ſegnior eſt, quia ſcit debitum non exiſtimari beneficium, cum viciſſim benefacit, nec magis mouemur noſtra vtilitate, quam fide & liberalitate, vt ſine metu alijs benefaciamus.

Ac dicam in ſummà, vt vniuerſa ciuitas Græciæ Magiſtra eſt: ſic ſinguli ciues ad plurimas ſpecies negociorum decenter idonei ſunt. Hæc non vanè prædicari, ſed re ipſa ſic ſe habere vrbis potentia oſtendit, quæ his moribus creuit. Sola hæc vrbs cognoſcitur experiundo præſtantior eſſe, quam celebritate famæ, neq; ſubditis reprehenſionis cauſam præbet, quod ab indignis imperio ſe premi patiantur. Sola non præbet indignandi cauſam hoſtibus, tum à nobis victi malè accipiuntur. Cum igitur extent teſtimonia noſtræ potentiæ, præſentes & poſteri hanc vrbem admirabuntur.

Nec indigemus Homero præcone, aut alio, qui in præſentia deliniat audientes, poſtea tamen veritate rerum refutetur, ſed totum mare & terram noſtra audacia peruiam fecimus, & vbique collocauimus monumenta felicium & infelicium pugnarum ſempiterna.

Talis vrbs ne deleretur, iſti dimicantes interfecti ſunt, & pro tali patria ſeruanda, omnes ſuperſtites laborare debent. 25

Prolixius igitur de vrbis diſciplina dixi, & vt oſtenderē, non de paribus bonis certamē eſſe nobis & alijs, & vt laudis iſtorū teſtimonia monſtrarē, quæ jam magna ex parte recitata eſt. Nā hæc honeſta Reip. forma, virtute eorū conſtituta eſt, nec poteſt ſimilis oratio de multis alijs in Græcia haberi. Vt autem antea virtutē vitæ conſuetudo ſignificat: ſic confirmat exit⁹, Nam in his etiam, qui antea obſcuri fuerunt, laudanda eſt fortitudo, cum pro patria dimicantes mortui ſint. Hac enim virtute priorem negligentiam tegentes plus profuerunt patriæ, quàm & prius nocuerunt. Horum nemo, aut volens frui diuitijs, aut ſperans ſe mutata paupertate diuitem fore, fugit hoc periculum, ſed magis voluerunt hoſtes pro-

Applicatio, pro bono Reip adeundum eſſe periculum.

ſligare,& exiſtimantes hoc certamẽ honeſtiſſimum eſſe, conati ſunt depulſis hoſtibus, poſtea ſuis rebus frui. Ita præſens periculum, quod oculis cernebant, elegerunt ſpe incerta victoriæ,& maluerunt prœliando mori,quam fugiendo vitam retinere. Malum igitur corpore ſuſtinentes, famam malã effugerunt,ac breuiſſimo tempore fortunam experti ſunt magis cum gloria,quàm cum metu.

26 Dulce bonum, hoſtium victoria. Tales hi fuerunt digni hac patria. Vos autem, ſuperſtites optare quidem meliorem fortunam decet; ſed audaciam ſimilem habere aduerſus hoſtes, quod vt faciatis, vtilitas vos moueat,non tantum,quæ oratione commemorari poteſt,cũ quidem vos ipſi ſciatis,quantum boni ſit hoſtes depellere: ſed multò magis,ſi ipſo conſpectu vrbis cernitur.

Huius ſitis amatores,& cogitate, tantam eſſe factam per tales viros, qui & intellexerunt,quid faciendum eſſet, & fortiter auſi ſunt rectè facere, & in perferendis periculis infamiã vitarunt,& ſi quando non reſpondit euentus, non tamen ipſorum virtus patriæ defuit, ſed pulcherrimum munus patriæ tribuerunt,ſua videlicet corpora, pro quibus immortalẽ gloriam receperunt, & honorificam ſepulturam, non ſolum, vt ibi oſſa eorum poſita ſint, ſed vt gloria eorum à prætereuntibus quacunque occaſione perpetuò celebretur. Nam illuſtrium virorum ſepulchrum omnis terra eſt, & monumentum, non tantum inſcriptio in tumulo, ſed etiam non ſcripta memoria,quæ in mentibus,non in tumulis commoratur. Hos imitantes, & exiſtimantes libertatem eſſe beatitudinem, nec ſine fortitudine libertatem retineri, pericula bellica non defugite. Non enim tantum calamitoſi mortem facilè adeant,ſed etiam alij florentes,quorum fortuna, ſi quid aduerſi accidat,facilè in deterius mutari poteſt. Quia viro forti ignominia triſtior eſt morte, quæ cum gloria & ſpe publicæ ſalutis ſine longo cruciatu aditur. Ideo nunc parentes horum nõ deflebo, ſed conſolabor. Cum enim ſciant, ſe expertos eſſe varias fortunæ vices,judicent felices eſſe eos, quorum exitus eſt glorioſus,& vobis parentibus, non ipſis mortuis dolorem afferre, quorum vita pariter honeſtè acta & finita eſt.

27 Conceſſio Scio difficile eſſe lenire dolorem, cum in aliorum rebus ſecundis de veſtra orbitate cogitabitis, & dolorem affert priuatio non eorum bonorum, quæ non habituri eramus, ſed eorum,quæ habuimus. Verumtamen hunc dolorem fortius fe-

rant

mntiſti, quorum ætas adhuc ad gignendum idonea eſt. Nam futura ſoboles affert obliuionem amiſſorum, & Reip. Hæc duo commoda accedent, quod numerus ciuium augetur, & quod tutiora conſilia dantur. Nam qui non habent liberos periculorum ſocios, non perinde juſta conſilia dant Patriæ, Vos verò, qui ætate proceſſiſtis, ducite lucrum eſſe, quod longior pars vitæ feliciter acta ſit, & cogitate reliquum ſpacium breue fore, quod leuius faciet cogitatio, de gloria iſtorum. Nam ſola dulcedo gloriæ non ſeneſcit, nec, vt quidam aiunt, in ſenecta lucrari magis delectat, quàm honore affici.

Filijs autem & fratribus eorum, qui adſunt, magnum certamen propoſitum eſt, in imitatione fortitudinis ſuorum. Nã mortuorum laudi nemo inuidet. Vix igitur hoc aſſequimini, non vt pares veſtris, ſed paulò deteriores videamini. Inuidia enim viuentes exercet, ſed mortuis beneuolentia ſine obtrectatione præſtatur.

Addam & breuiter aliquid de mulierum orbitate, quarũ magna eſt gloria non eſſe imbecilliores ſuo ſexu, & præſtare in hac re decus, in qua non eſt viri laus, ſed mulieris, Nam viri laus eſt in prœliando, mulieris laus in moderatione luctus.

Dixi quæ ad hanc rem pertinent, juxta legem, & jam monumento ornati ſunt hi, quos ſepeliuimus. Natos verò ex ipſis publicè alet ciuitas, vſq; ad tempus pubertatis, vt exemplum oſtendat ſuæ beneficentiæ erga eos, qui pro Rep. mortem oppetunt: Ibi enim ciues optimi fiunt, vbi præmia virtuti maxima propoſita ſunt. Nunc poſtquam luxiſtis ſinguli veſtros, ſicut vnumquemque decuit, abire poteſtis. *Huc vſque Oratio Periclis.* 28. Concluſio.

Victor deniq; Deo ſolennes gratias poſt victoriam acceptam, in publico perſoluere, illique ſoli eam adſcribere debet. *Alex: ab Alexand. lib. 5. c. 30.* Sic, Conſtantinus Magnus poſt victoriam contra Chriſtiani nominis hoſtes, templum Deo gratias acturus, ingreſſus eſt, & inſuper mortuos ſepelire, exules reuocare, captiuos redimere, publicata & adempta bona veris poſſeſſoribus reſtituere, ſubuerſiſq; idolis eorum bona Chriſtianorum Eccleſijs attribuere, mandauit, *Niceph. lib. 7. c. 30.* 29 Victor Deo gratias agere debet.

Hoc quoque Ethnici, & quidem religioſius, quàm ferè Chriſtiani, obſeruarunt; Romani enim cum plurimas victorias conſecuti fuiſſent, immenſi & ponderis, & pretij coronã conficere conſtituerunt: verum cum ærarij vires tunc tempo-

ris attritæ & exhauſtæ eſſent, mulieres Romanæ omnia auri argentiq; ornamēta, quibus hæc corona conficeretur, liberali manu contulerunt, quod illarum factum ampliſſimus & religioſiſſimus Senatus tanti fecit, vt triplici priuilegio quod nempè coronas capite geſtare, curru vehi ad ludos & ſpectacula publica; & Deorum feſtiuitatibus ſine velo adeſſe ipſis liceret, hanc ipſarum pietatē fuerit remuneratus. Tantus enim pudor & verecundia fœminis illius ſæculi erat, vt nullo auro caput exornarent, ad Deorum ſolennitates, non niſi probè obuelatæ proficiſcerentur, ad ludos verò pedeſtri itinere contenderent.

31. Sic & ablegarunt Romani duos Tribunos, Caulium & Sergium, qui ingens illud munus Apollini in Delphum inſulam deferrent, cùm more conſueto quotannis muneris aliquid mittere illi ſolerent, Apollo verò gratitudinis quaſi loco, oraculū aliquod Romā remitteret, dum itaq; naui veherentur, euenit vt in piratarum poteſtatem inciderent, á quibus omni cum Theſauro intercapti ad Liparim vrbem deducti ſunt: ſed cum ijdem prædones res ſacras eſſe, quas Apollini ferrēt, cognoſcerent, non impunè modò Legatos dimiſerunt; & vt res ad iter neceſſariæ reficerentur, juuarunt; ſed Duces inſuper itineris, quo tutius progrederentur, ijſdem adjunxerunt. Romam deindè legatis reuerſis, & expoſita in Senatu humanitate pietateq; piratarum, impensè adeo facto hoc ijdem delectati ſunt, vt omnes nobiles Liparienſes in Patriciorum Romanorum numerum recipiendos decernerent: duos deniq; Liparienſium ſacerdotes in templo Iouis eſſe vellent: quod nulli eius ordinis ante id tempus contigerat. Quippe enim is Romanis in cultu diuino Zelus erat, vt nemini templorum curam committerent, niſi aut Patriciorum veterum ex ordine eſſet, aut ſingulari pietatis atque virtutis teſtimonio gauderet. *Roſæus de Inſt. Princip. c. 15 pag. m. 129.*

32 Victor erga victos ſe comiter præbeat.

Poſtquam igitur omnia feliciter, & ex animi ſententia ceſſerint, ciuilē certè atque amabilem beneuolentiam comiter omnibus exhibere Victorem decet: Et ob id peſſimè illi faciunt, qui incendia & demolitiones pagorum, vrbium, & munitionum, item vaſtationes agrorum, frugum, arborumué, (niſi ſumma vtilitas, aut neceſſitas id ſuadeat. *Molina de Iuſt. & Iur. Tom. 1. tract. 2. diſput. 122.*) procurant. *Gentil. de Iure belli. lib. 2. c. 23.*

33. Vel etiam ſi prædas ex hoſtibus agere, pecora, jumenta,

oueſq;

oueſq; abigere, ſuppellectilem hoſtis conuaſare, eumq; ſpoliare, direptionibus & excurſionibus in hoſtilem agrum factis, totam regionem poſt deditionem, vel etiam primam ſtatim debellationem occupare, atq; hoc modo omnia penitus deuaſtare permittant. *Bocer. de Iure bellic. c. 13.* Quod quidem miſeris hiſce temporibus ſæpius eueniſſe, experientia docuit.

Nec mirum videri debet, ſiquidem ſecundum *Senecam* pleroſq; omnes fortunâ aſpirante felicem rerum ſuarum exitũ nacti, inflentur & inſoleſcant, ac præ ſuperbia humanos & communes parum vſus conſiderent, indeq; non pauci ſecundam fortunam non ſecus ac grauiſſimum onus, minus commodè ſuſtinere, & cum iniurioſè victoria abutantur, ſemetipſos cum alijs perdere, conſpiciantur. *De beata vita. c. 25. Plutarch. in Arato fol. 892.* 34 Fortuna pleroſq; ſui immemores facit.

DISCVRSVS XXVI.

DE PRÆDA ET PROEMIIS MILITARIBUS.

PRæda bellica eſt id, quod bello hoſti eripitur. *l. ſi quid bello. 28. & l. ſi captiuus. 20. §. 1 ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* idque etiam ſpolium dicitur: *l. penult. § ſimili etiam C. de donat.* Verum cum hac ſuper re, nonnullæ difficultates ex vtroque jure decidendæ veniant, eas paucis repetere, operæ prætium erit. 1 Quid ſit præda bellica.

Præda itaq; non tantum res mobiles, inanimatas & animatas, vt jumenta, pecora & perſonas. *l. ſi quis ingenuam 21 ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. penult ff. ad l. Iul. pecul.* ſed etiam immobiles hoſtibus ereptas continet *d. l. ſi captiuus. §. 1. c. dicat aliquis. 23. q. 5.* Vbi præda vocatur, quidquid victis hoſtibus de rebus ipſorum abeſt. 2 Comprehendit res mobiles, & immobiles.

Præda quoq; eſt, ſiuè durante adhuc bello *d. l. ſi quis ingenuam.* ſiuè deuictis hoſtibus capitur. *d. l. 20. § 1.* Sed hæc diſtinctio tunc obſeruari debet, quod id, quod ex hoſtibus nondum deuictis capitur, id fiat ſtatim ſingulorum occupantium, ex jure ſcilicet gentium, poſtquam intra præſidia nimirum fuerit deductum. *§. item ea quæ ex hoſtibus Inſtit. de rer. diuiſ. l. naturalem. l. 5. §. fin. ff de acquir. rer. dom. Couarr. in c. peccatum. p. 2. § 11. Gentilis de Hiſpanica aduocatia lib. 1. c. 2 pag. m. 5.* Vbi contra Anton. Gamam pluribus comprobat, quod res hoſtium captæ, non prius ei quærantur, licet ea diu, per duos vel tres menſes in mari habitas poſſederit, quã & in- 3. Quando fiat capientium.

tra præſidia ſua eaſdem perduxerit. *per text. in l. 5. ff. de Captiuis. & c. in verbis. ceperunt, & intra præſidia perduxerunt.*

4 Et hanc quidem prædam ex regulis militaris diſciplinæ, milites vendere ſolent, ne impedimentis grauibus onerati, ad officium eorum inutiles appareant. *Liuius lib. 11.* tales enim neq; ad pugnandum, neq; ad fugiendum videntur apti, vt loquitur *Plutarch. in Eumene fol. 1166.*

5. Si res capiatur victis jam hoſtibus. Cæterum quod capitur hoſtibus iam deuictis, id omne ſiuè mobile, ſiuè immobile fuerit, in ius & poteſtatem Imperatoris, ſiuè Ducis exercitus, bellum indicentis venit. *l. Diuus 31. ff. de iure fiſci c. dicat. aliquis. 23. quæſt. 5 Ærodius rer. iudic. lib. 2. tit. 3. c. 2.* Ratio eſt, quod tunc eiuſmodi res deſijt eſſe hoſtium, & ſic potius milites id dicantur capere ex Republica, cuius poteſtati & imperio id totum, deuictis hoſtibus, ſubiectum eſt. *Donellus lib. 4. Commentar de iure Ciuili c. 21.*

6. Et ſane de rebus immobilibus, nullum dubium eſt; non enim ita ſunt in præda, vt ſingulis cedere queant: ſiquidem agri non à ſingulis, ſed ab vniuerſis tantum occupari poſſint, ideoq; meritò Reipublicæ aut Principi cedant, cuius auſpicijs vniuerſi militant, quiq; adeò per illos vt adminiſtros, poſſeſſionem occupare cenſentur.

7. Romani ærarium prædis locupletarunt. Atque hoc pacto ſuum Romani mirificè locupletauère ærarium, vt exinde cruentarum prædarum receptaculum fuerit appellatum. *Plinius in Paneg.* Porcius enim Cato Conſul, cum triumpharet ex Hiſpania, tulit in eo triumpho argenti infecti 25000. pondo, bigati 123000. *Liuius l. 24.* Publ. Æmilius deuicto Perſeo ſeſtertium millies & ducenties in ærarium tulit.

8 *Schönborn lib 4 c 32* Et huc pertinet, quod quidam *apud Dionyſ Halicarnaſæum lib. 7 pag. 284* refert. Scitis prædam ex hoſtibus captam, noſtraq; virtute paratam, ad Rempubl legis juſſu pertinere, & non modò nullum priuatum, ſed ne ipſum quidem Imperatorem in iſtam jus habere: ſed Quæſtoris eſſe, hanc acceptam vendere, & pecuniam hinc redactam in ærarium ferre, *Agell. Noct. Atticar. lib. 7 c. 4.* Verum licet principiò apud Romanos, lex illa viguerit, ab eâ tamen paulatim vſu receſſum, vt Imperatori permitteretur, non tantum diuidere prædam jam redactam ex hoſtibus, ſed & diripienda exponere, ac concedere cuncta militibus prædæ, vbi res poſtulare videretur. *Liu. Decad. 1 lib. 5.*

Huc etiam concordat *d. c. dicat aliquis & l. ſi quis pro redemptione. 36. §. ſimili. C. de donat.* Siquidem ius diuinum hoc quoq; præceperit.

Deut. 20. verſ. Omnem prædam exercitui diuites: & *Ioh. 8. verſ.* Iumẽta autem, & prædam Ciuitatis diuiſerunt ſibi filij Iſraël, ſicut præceperat Dominus Ioſuæ. *Ayala de Iure & officiis bellicis lib. 1. c. 5 n. 9* Vnde prædam ſaluâ conſcientiâ poſſideri docet. *Morla in Emporio Iuris. tit vlt. quaſt. 6. Cardin. Tuſchus lit. B. concl. 39. & ſeqq.*

Immobilia etiam, vt prædia, agri, caſtella, pagi, & ſimilia, non ſolum vt ſupradictum fuit, â Quæſtoribus Romanis vendi, ſed militibus etiam pro emerito aſſignari, vel honorarii loco, iiſdem donari ſolebant. *l. in agris. 16. ff. de acquir: rer: dom. l. Lucius 11. ff. de Euiction:* 8. De Immobilibus.

Altera diſtinctio eſt, quod res immobiles, â nobis primum profectæ, & ab hoſtibus captæ, ſi recuperentur ex hoſtium poteſtate, ad priores dominos dominia eorum redeant. *ſæpè d. l. 20. §. 1.* Sicuti ex communi tradit *Couar: d: §. 11. Valentia: quæſt: 3: pag: 3: R: P: Layman: Theol: moral lib: 2: trac: 3: c: 12: n: 14:* Item ſerui ex hoſtium captiuitate quoquo modo liberati, priſtinâ libertatem & jura conſequuntur, quaſi nunquam capti fuiſſent. *l. adeo. 7: ff. de acquir rer dom l. 16. & 19 ff. de capt & poſtlim. reuerſ.* Loca itidem ſacra & religioſa quaſi quodam poſtliminio reuerſa, priſtino ſtatui reſtituuntur. *l. cum loca 36. ff. de religios.* 9. Res noſtræ immobiles, quid ſi ab hoſtibus recuperentur.

Cæteræ verò res priuatæ mobiles in prędâ permanent, nec poſtliminio ad priores dominos redeunt. *l. ſi quid bello. 28. vbi gloſſ. ff. de capt & poſtlim. d. l. 20 eod. tit. l. Diuus. in verbo captiuorum ff de Iure fiſci. Cuiac. lib. 19. obſ. c. 7. Ayala d. c 5. n. 40* Ita etiam docuit *Innocent. in c ſicut. 3 de Iure iur: Becanus 2. 2. cap. 25: q: 14 § quæres ſecundo:* Puta ſi hoſtes iniquum bellum gerentes, ſpolia â noſtris abegerunt, eaque poſtea â militibus noſtræ partis recuperantur, cum primum ad locum tutum ſpolia deportata pacificè poſſidere incipiunt, eorum domini efficiuntur. Ratio eſt, quia id ad ſimilitudinem juris Romani *tit: l: ſi quid bello.* per conſuetudinem introduci potuit, boni communis causâ, tum ad militum animos excitandos, tum ad innumeras lites tollendas, quæ alioquin oriri poſſent. 10 Res mobiles ſi ab hoſte recuperentur?

Ex æquitate tamen fieri ſolet, vbi priuatus huiuſmodi rem mobilem, ſuam fuiſſe docere poſſit, quod Tertius bonæ fidei poſſeſſor, datâ tamen ei aliquâ honeſtâ recompenſatione, vel reddito pretio, quod pro tali re mobili, militi vel alteri ſoluit, per officium judicis ad reſtitutionem compellatur. Videatur *Molina de Iuſt. & Iure to. 1. tract 2 diſp. 118. n. 15. Tuſch. lit. B. concl. 42. D. Beſold. de arte belli: c. 5 n. 9. & c. 8. n. 3: Bocerus de bello: & duello c: 15:*

Re verò feliciter geſtâ, extra ordinem militibus con- 11.

Milites prœmio afficiendos eſſe.

cedenda prœmia ſunt, vt ad eoſdem labores iterum ſuſcipiendos, alacriores emergant. *Liu.lib.2.* Apud quos enim maxima proponuntur virtutis prœmia, in eorum Republica viros ait eſſe præſtantiſſimos *Thucyd.lib.2.* Excitatur quippè prœmio virtus, non ſolum in ijs, qui eo ornantur, ſed & in alijs æmulatione obiectâ: Nam honos alit artes, & omnes gloriâ accêdimur (*ut Veteres dixerunt*) ad ſtudia. *Cic.Tuſcul.qq.lib.7.* Et ſanè duabus hiſcé rebus, prœmio nimirum & pœna ciuitates continentur; Et *Vegetius lib 3.cap.vlt inquit.* Milites pœna & timor in ſedibus corrigunt, in expeditione verò ſpes & prœmia faciunt meliores. Hinc ſumma cum ratione in omnibus, quæ vnquā ferè magnæ laudatæq; extiterunt, Rebuſpublicis magni honores, magnaq; prœmia & emolumenta militaribus hominibus propoſita fuerunt. *l Veteranis 9.* ibi remunerantes fidam deuotionē militum noſtrorū *C.quando prouocare non eſt neceſſe.* Nam vbi nullū diſcrimen inter ignauum & ſtrenuum, inter bonum & malū fit, ibi certè prorſus virtutes algebunt. *Cicero ad Brutum. Epiſt.15.*

12. Romanorum liberalitas.

Romæ, qua ciuitate nulla vnquam fuit, nec virorum fortiū numero, nec bonis exemplis ditior, rari fuiſſe perhibentur dominantibus Regibus, viri militari gloriâ inſignes: Quod nimirum, cum Imperium illud regium in ſuperbiam, dominationemq; ſe conuertiſſet, improbi reges, bonos quam malos ſuſpectiores haberent, alienamq; virtutē ſibi ducerent eſſe formidoloſam. Poſtea verò quam illi exacti ſunt, & bini Conſules facti, qui annua Imperia haberēt, tunc cœpêre, vt ait Saluſtius, ſe quiſq; magis extollere, magiſq; ingenium in promptu habere. *Caſtel.lib 2 c.14.* Hinc apud eoſdem originem ſumpſerūt coronæ triumphales, ouales, ciuicæ, murales. *Plutarch.in Coriol.* Hinc phaleræ, haſtæ, torques, & armillæ, ſtrenuè ſe gerentib⁹ ab Impp. diſtribui ſolitæ. *Plin.lib.7.c.28.* Idcircò Auguſtum in bellica virtute honoranda maximè liberalem fuiſſe, ac amplius triginta ducibus juſtos triumphos, & aliquando pluribꝰ triumphalia ornamenta, decernenda curauiſſe, deprædicat. *Suetonius cap.38.* Scipionem quoque Æmilianum munera ſibi ab Antiocho rege miſſa, inter milites ſtrenuos diſtribuiſſe, author eſt *Liuius lib 57.*

Kayſer Alexander Seuerus, ſo im Jahr Chriſti 224. zu regieren angefangen / hat den Hertzogen vnd andern Obriſten in den Frontier: Stätten / was ſie von den Feinden erobert / eins theils Eygenthumblich geſchencket / angeſehen / daß ſie ſolche Güter / als die jhre /

deſto

deſto mehr zu ſchützen/ zu erhalten/ vnd zu haben/ jhnen würden an-gelegen ſeyn laſſen. Doch wann jhre Kinder vnd Erben ſich nicht wolten zu Kriegsleüthen laſſen gebrauchen/ ſeyndt jhnen dieſelbige Gütter nicht blieben/ ſonder andern/ die darzu qualificirt, einge-raumbt worden. Es hat auch gedachter Kayſer zu Erbawung der Feldtgütter/ ſeinen Hertzogen vil Knecht vnd Viech verordnet/ damit ſie in Mangel ſolcher Nothwendigkeit/ weder im Alter armuth leiden/ noch dieſelbe in Vnbaw/ vnd Abgang gerathen mögen. *Lamprid. in Alexand.* Darumb ſeynd die Præſidenten/ vnnd Hertzogen/ ſo das Kriegsweſen/ vnd die Juſtitz verwaltetten/ nicht leichtlich verderbt/ oder abgewechßlet worden: Hingegen die Jenige/ ſo die Gefäll vnnd Einkommen verwaltet/ ſelten ein gantz Jahr beſtendig an ſolchem Ampt geblieben. Welches dann ebenmäſſig von Conſtantino Magno Anno Chriſti 306. obſeruirt worden. *referente Pompleto in eius uita.* Die gemeine Soldaten aber/ hat man alle von Zöll vnd Schatzung befreyet/ vnd vnderhalten. *Vide Chriſtoph Lehman in Chron. Spirenſ.*

Eodem modo potentiſſimam Venetorum Rempublicam, poſt pugnam cum Carolo VIII. Franciæ Rege feliciter peractam, non ſolum ſtipendia ijs auxiſſe, qui fortiter egerant, ſed & complurium, qui in acie ceciderant, filijs ſtipendia atq; prœmia, filiabus verò dotem contuliſſe, memoriæ reliquit *Guiccardinus* Idque anno poſt Chriſtum natum 1571. poſtquã Selemi Turcarum Tyranni claſſem ad Naupactum æterna cũ gloria repreſſiſſent, denuò feciſſe, refert *Euenckel de priuil. milit. lib. 2. priuil. 31. n. 2.* 13. Venetorum remuneratio erga milites.

Huiuſmodi verò prœmiorum militarium apud varias gentes, variæ quoq; ſpecies eſſe ſolebant; Non enim laudes tantũ & encomia, quibus mirificè milites ad virtutis & famæ conſeruationem incenduntur, habebantur: ſed etiam ſtatuæ, monumenta, imagines & ſepulchra ſumptuoſa, in locis publicis erigebantur: maximè verò pecunijs, ſiuè ſtipendij duplicatione, annulis, catenis, gladijs, armillis, equis, caſtris, & ſimilib⁹ honorarijs generoſiores condecorabantur. *Bodin. de Repub. lib. 5. c. 4.* 14 Species prœmiorum militarium.

Milites præterea ob membrorum mutilationem, inutiles ad militiam in bello redditi, in locis â Magiſtratu inſtitutis, ſumptibus Reipublicæ (quemadmodum adhuc hodie in Gallijs moris eſt) alebantur; hac enim liberalitate milites mirificè fortes, animoſi & ad quæuis pericula promptiores reddi ſolebãt: eleganter *Boter. de mod. opt. adminiſt. Imperii. lib. 9. c. 11. circa fin. p. m. 337.* 15. Mutilati membris milites alebantur.

Plurimum tamen profuit conſuetudo Romanorum, vbi 16

Romani etiam ad altiores dignitates, illos promouebant.

hominesvirtuoſos & bellico vigore ſtrenuos, ad altiores ordines & imperia euehebant, atque vnica hac ratione ad excitandam militum virtutem egregiè vſi ſunt, ſiquidem omnia militaria munera, quibus tàm dignitas, quàm emolumenta annexa erant, nõ niſi optimè meritis demandabantur. *Boter. d. lo* Quapropter Legionum etiam virtutem euanuiſſe, poſtquam ambitio virtutis prœmia, & gratia honores virtuti debitos occupauit, memorat *Vegetius*.

17 Hoc quãdoq; his temporibus negligi ſolet.

Vnde maximũ quoque hodiernis temporibus hac in re depræhendunt belli ſolœciſmum politici, dum in militaribꝰ muneribus deferendis, ſola ſæpè nobilitas, non æque virtus bellica ſpectatur. *Amirat. lib. 17. diſc 3. Caſtel. lib. 2. c 15.* Nec deſunt inter Chriſtianos Principes, qui milites ſuos bellicis virtutibus excellẽtiores, cingulo, periſcelide, & honore auratorum, quos vocant, equitum ornare ſolent. *de quibus diſc. ſeq.*

18 Qualibet Reſp. duobus innititur pedibus.

Sed de huiuſmodi remunerationibus, videatur *Amirat. lib. 2, diſc. 1. Vbi in princ.* Omnes Reſpub. *eleganter inquit,* duobus quaſi pedibꝰ innixæ vidẽtur, bonorum operum prœmio, & malorum pœna. *Plin. lib. 2. c. 7.* Si alteruter deſit, claudicat mundus, ſi vterque, vt reptilium more procedat, neceſſe eſt: & quamquam vſu venit, vt vtroque aliquando Principes claudicent, nulla tamen dubitatio eſt, quin deformior ex dextro pede, in quo eſt prœmium, claudicatio ſit, quam ex ſiniſtro, in quo pœna conſtituitur, propterea quod in hoc, Principes nihil de ſuo ponant, imò potius pœnas irrogando aliena occupent, ſed in prœmijs largiendis, quia marſupia exenterari ægrè ferunt, ſuſpenſo animo procedunt, & nihilominus ſi totam attentius rem diſcuterent, non adeò magnum, vt ſuſpicantur, in erogationibus damnum paterentur, cum poſſint minimis rebus maxima beneficia, virtute illuſtribus viris retribuere. *Hæc ille.*

DISCVRSVS. XXVII.

DE PRIVILEGIIS MILITVM.

1 Priuilegia à militũ ſunt duplicia.

INter prœmia militaria meritò quoque referuntur priuilegia, perſonis, vel rebus militum, ad remunerandam egregiam eorum operam, quam Reipublicæ nauarunt, conceſſa. *Schönborner. polit. lib. 6 cap. 31.* Quorum omniũ collator atque author, vnus maximè videtur Iuſtinianus Imperator, qui vt omnia ju-

ra tàm ſingularia, quàm communia collegit, & in vnum corpus redegit, ita his quoque ex ſe ſolo omnem impertiuit authoritatem. Facit *l.1.§ ſed neq. ex multitudine. C. de veteri iure enucl.* Hunc conſequuntur ſtudia ſubſequentium Auguſtorum, qui omnes ad noſtram vſque ætatem jura hæc eadem, vel expreſſis legibus, vel tacito aſſenſu approbârunt, rataque eſſe & firma juſſerunt. Baro *Euenckel. de priuil. milit. lib.1. c.8. n 2.*

Et hæc quidem Priuilegia vel commodum perſonis militum adferunt: vel in liberâ quâdam, non communibus juris 2
ciuilis regulis ſubiectâ actione & diſpoſitione, tàm inter viuos, quàm vltimarum voluntatũ, conſiſtunt. *Bocer. de bello c 16 n.2.*

Prioris generis hæc ſunt. I. Quod pro debito in caſtris 3.
contracto, non conjiciantur in carcerem. *gl. in l. miles in princ. in verbo armata. ff. de re iudic. Menoch. de arbitrar. Iud. lib.2. q. 88. n. 9. Weſſenb. conſ. 59. n. 20. p. 1* Sequuntur priuilegia, per ſonis militũ conceſſa.

II. Quod condemnati, vltra, quam facere poſſunt, non teneantur. *d. l. miles 6 in princ & l.18. ff. de re iudic.*

III. Quod regulariter non torqueantur, nec pœnis plebeiorum ſubijciantur. *l. milites.8. in princ. C. de queſtion. Sed videatur Farinac. Tract. de indiciis, & tortura lib.1. tit.5. q 39. n. 31. & ſeqq.* Nec enim in metallum aut opus publicum damnantur, nec etiam fuſtibus ceduntur. *l.1. & 2 ff de Veteran.*

IV. Quod veterani immunitatem â muneribus perſonali- 4.
bus habeant. *l.1. & ibi Cuiac. C. de Veteran.* vg. â munere tutelæ. Quibus autem, & quamdiu hæc imunitas competat. *vid. Bocer. d. c 16. n.10. & ſeqq.* Vectigalia tamen, & patrimoniorum onera ſolennia, omnes ſuſtinere oportet. *l.2. & 4. ff. de Veteran.*

V. Quod filijfam: Caſtrenſis peculij dominium ſuum fa- 5.
ciant, nec patri acquirant. *§. igitur liberi veſtri Inſt. per quas perſon. cuiq. acquir. l 3 C de Caſtrenſi pecul.*

VI. Quod Caſtrenſe peculium fratribus ſuis conferre non teneantur. *l.1 §. nec Caſtrenſe ff de collat.*

VII. Quod arrogati, idem peculium arrogatoris non faciant. *l. miles. 4. §. ſi paterfam. ff. de caſtr. pecul.*

VIII. Quod ipſis militibus tempora præſcriptionum, & petendæ reſtitutionis in integrum non currant, dum in Caſtris 6.
ſunt. *l. vlt. C quib. non obiic. longi temp. præſcript. l. vlt. C. de reſtit. milit.*

Secundi generis priuilegia, quæ ad actiones & diſpoſitiones inter viuos pertinent, recenſentur hæc. De priuilegiis circa diſpoſitiones militum inter viuos.

I. Quod filiusfam. abſque patris ſui arbitrio caſtrenſe pecu-

 lium

lium inter viuos alicui donare, & ſeruos Caſtrenſes manumittere poſſit, *l. filiusfam. 7. §. 1. ff. de donat l. ſi milites. 6 ff. de caſtr pecul.*

II. Quod eiuſdem peculij nomine actionem & perſecutionem habeat, etiam inuito patre. *l. miles. 4 l. 10 ff. de caſtr pecul.*

III. Quod commilitonis hæreditatem iniuſſu patris adire poſſit. *l. miles. 5 ff de caſtr. pecul.*

7. De priuilegiis teſtamétorum militarium.

Tertij deniq; generis priuilegia, quæ nempè ad diſpoſitiones vltimarum voluntatum ſpectant, hæc ſunt, quibus milites in expeditionibus occupati, in Teſtamenti & Codicillorum factione, item mortis cauſa donatione, propter imperitiam iuris & ſuam ſimplicitatem gaudent. Et primo ſunt aliqua, quæ concernunt perſonas militum. vg.

8. Priuilegia quo ad perſonas militum teſtantium

I. Filiusfam. de eo peculio, quod in Caſtris acquiſiuit, vt & de quaſi caſtrenſi, cum in ijs vice patris fungatur. *l. 2. ff. ad S. C. Maced.* teſtamentum facere poteſt, non tantum in militia, ſed etiã domi. *l. 2 ff. de caſtr. pecul. §. vlt. Inſt. de milit. teſtam.* quod etiam ad aduentitia bona extendit. *Bocer de bello. c. 18. n. 11.*

II. Miles ſurdus vel mutus ita factus, teſtari poteſt. *l. 4 ff de teſtam. milit. Iaſon. in l. iubemus 29 n. 1. C. de teſtam.* igitur miles ſolo nutu hæreditatem alicui dare poteſt. *Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ. priuileg. 8. Bocer. d. lo. n 14. vbi n. 15.* dicit ſecus eſſe in muto & ſurdo ſimul â natura, quia cum talis beſtiæ ſimilis eſſet, nec miles eſſe, neq; illorum priuilegiis gaudere poſſet. Secus vbi ex aliquo caſu in ipſa militia hoc vtroq; incommodo affectus, ſiue literarum peritus, vel ignarus eſſet, tamen adhuc ſine ſolennitate, ſolo nutu teſtari poſſet, per *l. 4. ff de teſtam. milit.*

9. III. Miles de ſtatu ſuo dubius ſuprema ordinare poteſt. *l. ex militari, 11. §. ſi miles incertus, & §. ſeq ff de teſtam milit.*

IV. Miles deportatus, aut aliter capite damnatus de bonis Caſtrenſibus jus teſtamenti actiuum habet, modo ex militari delicto damnatus fuerit, & ſacramenti fides rupta non ſit. *d. l. 11. in princ.*

Denegatum tamen eſt impuberi militi, ob judicii infirmitatem priuilegium teſtandi. *l. vlt. C. de teſtam: milit:* Sicut etiam capto ab hoſtibus. *l. facere. 10: ff. eod. tit.*

10 Priuilegia hæredum alicuius militis.

Secundò, ſunt alia priuilegia, quæ ſpectant perſonas hæredum.

I. Miles ſi liberos habet, & ſcit ſe habere, impunè eos præterit, ea namq; præteritio pro exhæredatione eſt, & exhæredatio quæuis pro juſta habetur. *§. ſed ſi in exhæredatione. Inſt. de exhæred.*

liber 9. & l. ſeq. C. de teſtam. milit: Vid: Couar. in c. quia nos. in fine. Ext: de teſtam. Boer. c 19 n. 6. Vbi quaſdam controuerſias ſuper hoc priuilegio reſoluit, nimirum ſi prętericus ſit filius, qui idem ſit miles, vel ſit pater ab ipſo præteritus vel exhæredatus, an non detur quærela inofficioſi?

II. Quod miles deportatum, aliumué peregrinum inſtituere poſſit. *l. 13. § & deportati. ff. de teſtam. milit.* excepta muliere in contubernio à milite teſtatore ſtupro cognita, quæ ex eius teſtamẽto nil capere poteſt, ſed ad Fiſcum pertinet. *l. miles ita 41. §. mulier ff. de teſtamen. milit.*

III. Militis teſtamento hæres etiam notis ſcribi poteſt. *l. Lucius 4 in princ ff. de teſt. mil Vaſq. tract. de ſucceſſ. lib. 2. de ſucceſſ. progreſſu. §. 20. n. 8.*

Tertiò ſunt alia priuilegia, quæ pertinent ad res, in quibus hæredes inſtituuntur. 11. Priuilegia rerũ, in quibus hæredes inſtituũtur.

I. Miles pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poteſt. *§ non autem. ibi niſi ſit miles. Inſtit. de hæred. inſtit. l. 6. l. 13. §. neq. enim. ff. de teſtam. milit.* Vnde ſi miles vnum ex certo fundo hæredem ſcripſerit, creditur quantum ad reſiduum patrimonium inteſtatus deceſſiſſe. *d. l. 6.* Et ſi duobus à milite ſcriptis hæredibus, alter omiſerit hæreditatem, eius pars non accreſcit alteri hæredi, ſed pro ea parte inteſtatus videtur defunctus deceſſiſſe. *l. ſi duobus. 37. ff. de teſtam milit.* Pars autem, prò qua miles inteſtatus deceſſit, ad legitimos militis hæredes pertinet. *l. 1. & 2. C. de teſtam. milit.* Sed hic alias difficultates, vide apud *Boter. d. lo. c. 20. n. 3. & ſeq.*

II. Militi plura teſtamenta facere licet; & ſiuè ſimul ea fecerit, ſiuè ſeparatim, vtrumq; valebit. *l. ſi miles. ff ad legem Falcid. l. ſi certarum. 17. §. 1 ff. de teſtam milit.* Si tamen vtrumq; de tota & vniuerſa hæreditate fecerit, ſuperius tollitur per inferius, niſi expreſsè cauerit, vt vtrumq; valeat. *l. quærebatur. 19. ff. de teſtam. milit. Vaſq: lib. 3: de ſucceſſ. creat: §: 24: limit. 24:*

III. Miles vltra dodrantem militiæ tempore legare, atque ita legem Falcidiam impunè contemnere poteſt. *l. vlt: ff. ad legem Falcid: Duaren. ad tit. de leg Falcid: c. vlt.*

Quartò veniunt Priuilegia, quæ modum & formam inſtituendi hæredes attingunt. 12. Priuilegia circa formam inſtituẽdi hæredes.

I. Miles nutu hæredem facere poteſt. *l. in fraudem: 15. §. 1. ibi miles nuda voluntate ff. de teſtam. milit. §. quin imò Inſtit. de milit. teſtam. Angel. conſ. 267.*

II. Miles ex certo tempore inſtituere hæredem poteſt, vt ante, quam tempus venerit, pro parte eius temporis inteſtatus ſit, pertineatq; hæreditas ad hæredes legitimos. Item ad certum tempus, aut conditio extiterit, teſtatus eſſe deſinat, ſi-

atque

atque inteſtatus. *l.infraudem.15.§.miles, l. miles ita hæredem. 41.ff. de teſtam. milit.l.8.C.eod.tit.* vg. Si dicat, duobus annis poſt mortem meam incipias hæres eſſe. Vel ſis hæres vſque ad tres annos, aut vſq; dum nauis ex Aſia venerit,

13. III. Milites his etiam, qui hæredes extiterunt, quamuis extraneis, aut liberis ſuis puberibus poſſunt ſubſtituere. Et ex ea ſubſtitutione ipſi ſubſtituti conſequuntur tantum militum teſtatorum bona, non etiam primi inſtituti hæredis propria bona. *l miles etiam.5 ff de teſtam.milit. Bocer d.lo.c.21.n 4.* Vbi etiam ſingularem difficultatem mouet.

IV. Miles impuberibus ſuis liberis directè ſubſtituere poteſt, non tantum ſi prius ſibi teſtamentum faciat, ſed etiam ſi teſtamentum ſibi nullum fecerit. *d l.infraudem.15 §.item tam ſibi.l.2.§. quisquis ff de vulg. & pupil.ſubſtit.*

14 Priuilegia circa teſtes teſtamenti miliaris.

Quintò, ſequuntur priuilegia, quæ pertinent ad teſtes diſpoſitioni teſtamentariæ adhibendos.

I. Miles cum ſuprema ſua ordinat, nullos omninò ſpecialiter rogare teſtes tenetur, multò minus cæteras circa teſtes ſolennitates, (vg. vt ſint ſeptem numero, ſint idonei, in conſpectu teſtatoris, ſe ſubſcribant; ſubſignent, &c.) obſeruare, modo duos etiam non ſpecialiter rogatos adhibeat teſtes. *l.1.ff.de teſtam.milit.l 14 l.penul C.eod.tit & Inſtit eod.tit in princ.Vaſq lib.3.de ſucceſ. creat. §. 24.n.15. Weſſenb in §.planè.n.1.Inſt.de milit.teſtam.*

II. Certum eſt quod, legitimis probationibus oſtendi debeat, militem teſtamentum feciſſe. *l.Lucius 40 in princ.ff.de teſtam.mil.* quod fieri poteſt idoneis teſtibus, quos miles cum teſtari vellet, conuocauit. Quo in caſu duo teſtes vt dixi, ſufficiunt. *l.vbi numerus teſtium. 12 ff.de teſtib.* Vnde ſi alio modo legitimo, teſtamentum militis probaretur, veluti ſcripto militis qualicunque, quod conſtet ab eo profectum, certè teſtamentum eius valeret. *l.licet.19.C.de pactis.*

III. Si miles per nuncupationem teſtetur, non opus eſt, vt teſtes totius teſtamenti tenorem perceperint, vt ſcribit *Vaſq.d.l. 2 de ſucceſ.progreſſu.§ 20.n.6.* Vnde licet teſtes non aſſequantur per omnia militem teſtantem, tamen id non vitiabit eius totum teſtamentum, ſed relicta in eo, de quibus deponunt teſtes, præſtanda ſunt. *l.3.ff.de milit.teſtam Bocer.d lo.c 22.n.20.*

15. Priuilegia circa actus teſtamentarios.

Sexto ſuccedunt priuilegia ad diſpoſitionis & actus teſtamentarij continuationem pertinentia.

I. Militis teſtamentum valet, licet illud non vnico contex-

tu fuerit factum, ſed alij actus intermixti, nec omnes teſtes vſque dum perfectum ſit, ſimul permanſerint. *Inſtit. de milit. teſt. in princ.* eò quod omnes ſolennitates militibus ſint remiſſæ. *l. 1. ff. de teſt. milit. l. penult. C. eod.*

Septimò, ſunt etiam priuilegia, quæ ad teſtamenti infirmationem ſpectant. 16

16 Priuilegia de infirmatione teſtamenti militaris.

I. Militis teſtamentum nuda ipſius voluntate infirmatur, *l. in fraudem 15. §. 1. ff. de teſtam. milit.* Nec opus eſt reſciſſione, reſignatione, deletione, reuocatione coram tribus teſtibus, vel judice, ſub tempore decennali, nec alio teſtamento jure perfecto, quemadmodũ apud paganos. *tot. tit. Inſt. quib. mod. teſt. infir, vbi Snedwei.*

II. Militis teſtamentum neq; rumpitur agnatione poſthumi, ſi ſciuerit vxorem prægnantem. *l. 10. C. de teſtam. milit.* Vel ignorauerit, hoc tamen animo fuerit, vt vellet, quiſquis ſibi naſceretur, exhæredem eſſe. *l. 7. ff. eod.* Neq; rumpitur arrogatione, veluti ſi miles arrogauerit filium, neposúe ſucceſſerit in locum filij. *l. 9. ff. de tit.*

Neq; capitis diminutione militis minima; vg. ſi miles filiusfam. in adoptionem datus ſit à patre, aut paterfam. cum eſſet, ſe arrogandum dederit. *l. 22. & ſeq. ff. d. t.* Diuerſum eſſet, ſi maximam aut mediam capitis diminutionẽ paſſus ſit miles. Niſi ex militari delicto damnatus fuerit, & velit de nouo teſtamẽtum ſuum valere. Nam ita recenti voluntate reſtauratur teſtamentum *l. 6. §. ſed et ſi quis ff. de iniuſto rupto irrit. fact. teſtam.* 17

III. Querela inofficioſi non conceditur contra militis teſtamentũ. *l. 27. §. de inofficioſo. l. 8. § ſi quis in militia ff. de inoffic. teſtam.*

IV. Neq; datur contra tabulas militares bonorum poſſeſſio contra tabulas. *l. nam in bona 30. ff. de teſtam. milit.*

18\. Quatenus vires teſtamenti militis, poſt eius miſſionẽ exſpirẽt.

Notandum tamen, licet inuito milite eius teſtamentum nõ infirmetur, tamen poſt honeſtam & cauſariam ipſius miſſionem, elapſo anno, ejus teſtamentum valere deſinit, etiam ipſo diſſentiente. *§. ſed hactenus Inſt. de teſtam. milit.* Quod ſi tamẽ conditio hæredi adſcripta poſt annum extiterit, valebit adhuc teſtamẽtum. *l. quod dicitur 38 ff. de teſt. milit. § ſed hactenus. verſ. quid ergo: Inſt. eod. tit.*

19\. Priuilegia Codicilli, & donationis mortis cauſa, item pacti à milite futuræ ſucceſſionis reciprocæ cauſa celebrati

Octauò deniq; ſequuntur priuilegia, quæ ad Codicillorum jus, & donationem mortis cauſa, tum etiam pactum de futura ſucceſſione reciprocum, pertinent.

I. Miles codicillis ſuis, etiam abſq; vllis ſolennitatibus erectis, directò inſtituere atq; ſubſtituere, & hæreditatẽ adimere poteſt. *l. militis codicillis. 36. in princ. ff. de iure codicil.*

II. Miles filiusfam. de caſtrenſi peculio mortis cauſa etiam abſque patris conſenſu, abſque vllis ſolennitatibus donare poteſt *Bocer. d lo. c. 25. n 6.*

III. Pactum de futura ſucceſſione reciprocum in vim vltimæ voluntatis valet inter milites. *l. 19. vbi Dd C. de pactis.* Imo licet non ſit reciprocum, valere tamen putat *Hart. Piſtoris. lib. 4. quæſt. 1. n 26*

20 Noſtri hodierni milites omnibus hiſcè priuilegiis, æque ac veteres, gaudent.

His itaque prædictis omnibus veterum quidem militum priuilegiis, gaudent & noſtri temporis milites, vt qui Imperatori Romano, Principibus, Dominis, & Ciuitatibus ad honeſta & licita bella, æque ſe ac priſcorum milites obſtringunt, publica merent ſtipendia, ad ſigna jurant, ſtatuta, leges, conſuetudines, & vſus militares obſeruant. *gl Bart & Dd in l filiusfam. 8. §. veterani. ff de procurat. Weſſenb. conſ 17 n 32 p 1. Mynſ. reſp. 46 n. 8 decad. 5. Gail. 2. obſ 118 n. 2.*

21. Militibus cur ſupra dicta priuilegia conceſſa fuerint.

Cum enim hæc, & ſimilia omnia priuilegia, jure ciuili introducta, militibus partim ob neceſſitatem militiæ, diſciplinæ, expeditionis, partim beneficij, præmij, & incitamenti cauſa, data, atque conceſſa ſint: Igitur quandoquidem eadem ratio æque in noſtris hodie, ac olim in Romanis militibus, duret, merito etiam idem jus remanere debebit. *18 ff. de publ Iudic.*

22 Vnde hujuſmodi priuilegia ad Stationarios quoque, & limitaneos milites, contra *Gail d obſ. 115. n. 3.* extendit *Bocer. d. lo. c. 26 n 9. & ſeqq.*

23 Quinam milites iis non gaudeat.

Excipiuntur tamen, qui injuſta bella propter nummos tantum ſequuntur *Zaſ de ſubſtitut. cap. 5. verſ. hæc quæ diximus de militibus. Mynſ d lo. n. 11* Item ocioſi milites, nulli domino ſeruientes, in plateis, vijs, & pagis, ruſticorum potius anſeres & gallinas, quam bella inſectantes, qui proinde in Imperio nullo modo ferendi ſunt. *l 52 § eos tamen. C. de Epiſc. & Cleric.* Reichs Abschied zu Augspurg *de Anno 1555 §. vnd dennoch an etc.*

Verum de hujuſmodi militum priuilegijs, plura videri poſſunt, præter *Bocer. de bello* apud *Baronem Enenckel in tract. de priuilegiis militum & militiæ.*

DISCVRSVS. XXVIII.

DE GLORIA BELLICA, ITEM DE POPVLIS, ac viris illuſtribus & bellicoſis.

IPſam victoriam ſequitur pax, & gloria bellica; ſiquidem rei militaris virtus præſtet cæteris virtutibus, cum omnia noſtra ſtudia in tutelâ ac præſidio bellicæ virtutis poſita ſint. *Cicer. in Orat. pro Murenâ.* 1. Victoriæ conſequentia.

Nam licet plurima & laudata exercitia mortalium hominum adinuenerit induſtria, inter illa tamen, nihil armatâ militiâ excellentius, nihilque glorioſius eſſe, inquit *Rodericus Epiſcopus Zamorenſis in Speculo omnium Statuum. lib. 1. cap 9 pag m. 32.* Ea enim exercitatio, vtilitate, ac honore cæteris præſtat. Per militiam quippè & armorum exercitium, Reipublicæ quies atq; ſalus quæritur ac conſeruatur, & ab omni hoſtili vaſtitate liberatur. 2. Nihil armata militia excellentius.

Vnde Valerius de neceſſitate ac profectu militiæ ait, diſciplinam militarem acriter retentam, principatum Italiæ Romano Imperio peperiſſe, multarum item vrbium, multorum regnorum, validiſſimarumque gentium regimen largitam fuiſſe. Hinc Iſocrates quoq; in Panegyrico ſuo: Quæ inquit, facinora, quos labores, quæ pericula detrectaſſent, vt viuētes gloria florerent, quæ famæ gratia poſt obitū conſequendæ, tam alacriter mortem oppetere voluerunt? Equidem Deorum alique id quoq; bellū arbitror concitaſſe, virtutis eorum admiratione: ne tā generoſis animis prædìti, in obſcuro deliteſcerēt, aut vitā inglorīā exigerent, ſed vt pari cum filiis deorū honore, quos Semideos vocant, afficerentur: Nā illi quoq; corpora naturæ neceſſitati reddiderūt, ſic virtutis ſuæ memoriam immortalem reliquerunt. *Bocer. de bello c. 14. n. 3.* 3.

Plato etiam in his, quos de Repub. ſcripſit, libris, cum cæteros ſtatus in ciuitate inſtituiſſet, vnum neceſſarium genus hominum longè cæteris antepoſuit, qui arma teneret, ciueſq; alios ab hoſtibus defenderent: quibus mirifica priuilegia tribuit, honoreque & dignitate cæteros voluit antecellere. videatur *Oſorius lib. 7. de Regis inſtitutione. Gentilis de Iure belli lib. 1. c. 5.* 4.

Hæc igitur belli gloria omnes penè populos eò perduxit, vt non ſolū defenſionē regnorū ſuorū impigrè ſuſceperint, ſed 5. Gloria bellica omnes penè gētes excitauit.

etiam poſthabito corporis vitæq; ſuæ diſcrimine, eorundem amplificationem totis viribus quæſiuerint.

Atq; vt miſſos faciam Aſſyrios, Chaldæos, Medos, Perſas, Macedones, Græcos, vetereſq; Romanos, per quos quatuor ſcilicet mundi Monarchiæ, non ſine multorum cæde & ſanguinis profuſione conſtitutæ ſunt; vt videre eſt apud *D. Wurffbain in relat. hiſtorica Habſpurgico-Auſtriaca fol. m. 1. 12. & ſeqq. & in Synopſi Hiſtorica D. Beſoldi.*

6. Chriſtiani præ omnibus bello celebres erant.

Singulariter tamen de Chriſtianis legitur, quantâ nimirum generoſitate ex diuino, religionis propagandæ vel defendendæ Zelo, belli ſtudium inſecuti, multifaria ſibi imperia, quæ nullæ aliæ gentes ſubjugare poterant, ſuis armis ſubjecerint, vt hac parte cunctis populis exiſtant celebriores.

7. Geſta Cõſtantini Magni.

Sic Conſtantinus adhuc catechumenus, cum Britanniã, Galliaſq; ſolus bello poſt obitum patris ſui aſſecutus eſſet, Romam verò cum reliquo Imperio Occidentali Maxentius Romanis Ciuibus inuiſus teneret, ter cum Maxentio conflixit, & demum Romæ ad pontem Miluium Anno 307. illum deuicit, Romamque occupauit. *Euſeb. lib. 1. de vita Conſtantini.*

8. Geſta Norhtmannorum.

Northmanni ex Noruegia & Dania profecti, non modo in Anglia & Gallia, ex quo Chriſto ſe adiunxerunt, latè diuq; ſunt dominati, ſed è Sicilia, Regnoque Neapolitano depulſis Græcis ac Saracenis, Tuneterſes in Africa Reges, plurimaſque in Græcia vrbes ſibi ſubjecerunt, multo tempore præclariſſima geſſerunt, nobiliſſimumq; in Italia Regnum Neapolis ac Siciliæ conſtituerunt. Videatur *poſt alios Sigonius in libro de regno Italiæ.*

9. Laus veterum Germanorum.

Similiter Germani, veluti à Iapeto filio Noë, ejuſq; nepotibus Gomero & Tuiſcone originem ſuam trahentes, cunctis anteà ſæculis indomiti, exſtitêre; licet enim multi Romanorũ Imperatores plurimis Germanos prœlijs attriuerint, nunquã tamen ſub Imperium ſuum omninò mittere potuerunt. Atq; hoc eſt, quod maximè *Tacitus libro de moribus Germanorum* demiratur, à Romanis Imperio coërcitos Britannos toto orbe diuiſos, extremos ſimiliter Hiſpanos, ac longiſſimè poſitas ad Orientẽ Auſtrumq; gentes, ipſos Thracas, Dacos, Pannonaſque ad Aquilonem, Germanos verò in ipſis Italiæ confinib⁹ poſitos, ab ipſis domari vnquam haud potuiſſe. Et hos tamen vnus Carolus Magnus multis prœlijs domitos ſubjecit, regnumq; inter eos nobiliſſimum fundauit, quod ad Nepotes ac poſteros ſuos & demum ad Sereniſſimam domum Habſpurgico-

Auſtria-

Auſtriacam, pietate & bellicâ gloriâ inſignẽ tranſmiſit, apud quam ex ſingulari diuinâ prouidentiâ hactenus continuatũ, & ſumma cum prudentia, tàm pacis, quàm belli tempore, gubernatum fuit.

Vnde *D. Wurffbain in d. relat. ſua hiſtor. part. 1. fol. mihi 4. & ſeqq.* ſic ait: Ob woll Caius Iulius Cæſar vngefehrlich innerhalb 3. Jahr gantz Galliam, vnd ein theil deren daran noch auff den heütigen Tag/ über den Rhein/ Neckar/ vnd über die Donaw gelegene Provincias, als Coblentz/ Maintz/ Trier/ Straßburg/ Speir/ Wormbß/ vnd andere mehr/ vnder der Römer Pottmeſſigkeit gebracht: So hat doch weder er ſelbſten/ noch andere Römiſche Kayſer/ das rechte Teutſchland/ das iſt Franckenlandt/ Ober vnd Nider Sachſen/ vnnd die darinnen gelegene Landtſchafft/ Meiſſen/ Thüringen/ Weſtphalen/ Heſſen/ Mechelnburg/ Pommern/ Preüſſen/ Holſtein/ Braunſchweig/ vnnd andere mehr/ der Römer Gewalt völligklich vnderwerffen können. *Et paulò infra.* Sonder da die Römer ſich der Teütſchen zu bemächtigen vermeint haben/ daß ſie endelich den Teütſchen zu theil worden ſeyn: Vnnd daß die Teütſche mit verwendtem Glück/ die bey den Römern beſtandene vierdte Monarchiam von ihnen genommen/ vnd vermittels Caroli Magni, als eines gebornen Teütſchen Francken de Anno Chriſti 801. auff ſich gebracht/ vnd nun mehr in die 834. Jahr/ durch die Gnade Gottes/ wo nicht an Landt vnd Leüten/ jedoch an der Kayſerlichen Hocheit bey ſich erhalten haben.

Davon vor vngefährlich 108. Jahren/ ein berümbter Mann geſchriben hat: Fortunâ in melius mutatâ, nobis Germanis potius Romanum Imperium D. Caroli Magni auſpicijs (qui Germano-Francus natione erat) ſubiectum eſt: vt ab eo tẽpore nos Germani dederimus Imperatores Auguſtos Imperio Romano: Romani verò nullos nobis dederint: Et nos Imperio Auguſti hactenꝰ imperaſſe & leges dediſſe. *Altham. in Taciti German. fol. 439.*

Taceo innumeros Scythiæ Europeæ, à nullis vnquam Regibus ac gentibus deuictos populos, vt ſunt Hungari, Sarmatæ, Poloni, Dani, Cimbri, Pruſſiæ, Liuoniæ, ac deniq; totius Septẽtrionis mortales, & ex omni antiquitate inuictos, quos tandem Chriſtiani Principes domuerunt, eorumque Reges tributarios ſibi reddiderunt. *Otto Friſingenſis lib. 6. c. 28.*

11. Chriſtiani multas gentes indomitas ſibi ſubiecerunt.

Hiſpani quoq; eximia ſua virtute bellica, & præ cæteris magnanimitate & perſequerantia illuſtres, Regna ſua ex infidelium & barbarorum terris, ſingulari opera Chriſtophori

12. Hiſpanorum ſtrenuitas.

Columbi Viri Heroici, & maximè bellicoſi, adeo propagarunt, vt Orbis terrarum etiam partem conficiant, ne huic Imperio nihil vnquam ex omni antiquitate par, ſi latitudinem terrarum metiri velimus, memorari poſſit. fusè *Campanella de Monarchia Hiſpanica cap. 2. fol. m. 8 & ſeq.*

13. Gallorũ laus. Gallicanum Imperium, cum viris ſanctis abundauit, & inter infideles religionem Catholicã propagauit, ad amplitudinem magnam ſic peruenit, vt primas teneret, eiuſque Rex Chriſtianiſſimus appellaretur. *Bozius de Imperio virtutis. lib. 2: cap. 14: pag. m 195* Hodie etiam, non ſolum viris fortibus & bellicoſis abundare, ſed etiam Rege, pietate, & militari arte, ac felicitate inſigniter claro, florere experimur. Qui (*vt Camillus Borellus in dedicatione Deciſionum ſuarum in principio refert*) in adoleſcentiæ flore à ſuæ natiuitatis exortu, Galliæ regna ab immanium hæreticorum monſtris pacata & tranquilla gubernat, & priſtino Chriſtianæ fidei candori errantes aliquos reſtituit, & ad verum diuinum cultum adduxit.

Vnd iſt allhie wunderlich zu mercken / daß gleich wie der jetzige König in Franckreich Ludouicus XIII. vnderſchiedliche Krieg in Hiſpanien / Welſch: vnd Teutſchlanden zu gleich führen thut / Alſo auch Franciſcus I. Valeſius Anno 1542. damahliger König in Franckreich / an vilen Orthen Krieg zu gleich auff einmahl angeſtellt habe / dann der König ſelbſt kriegte in Gaſconien, ſein Sohn aber den Delphin, Hertzog Carlen von Orliens / ſchickete er in das Hertzogthumb Lutzenburg dasſelbe mit Krieg anzugreiffen. Wilhelm von Langay war auff Ordinantz deß Königs / als Obriſter Feldtherr in Piemont eingefallen. Neben diſen / bekriegte der Hertzog von Vendome / die in Artois / welche Kayſer Carolo V. vnderworffen waren / vnd der von Longeuill würde in Teutſchlandt geſchickt / mit Gülchiſchem vnd Cleuiſchem Volck / vnd griffen ſchon Antorff an. *Heluicus in Cæſare Victorioſo lib 2. f. m. 42.* Videãtur hac de re *Quæſtiones M. Beſiani Arroyi P. Theol. Doct: Facultatis Pariſienſis Earumq́ refutationes Alexandri Amarcani Patricii, quæ intitulantur Mars Gallicus &c.*

14 Venetorũ & Genuenſiũ progreſſus. Venetorum quoq; & Genuenſium Reſpublicæ, ex tanto tempore, tanta incrementa non cœpiſſent, niſi valentiſſimis; & bellicarum rerũ peritiſſimis viris abundaſſent; videmus enim imperium iſtorum maius, quam Romanorum foret anno quingenteſimo, neq; vnquam fuêre, aut Venetiæ, aut Genua ab vllis hoſtibus exciſæ, ſicuti Roma à Gallis euerſa fuit. Vtraq; igitur Reſpublica huiuſmodi permanſit, vt neq; in Italia, neque vllibi extiterit vlla, quæ tam latũ ſimul, ac tam diu-

turnum

turnum poſſederit in libertate imperium. Nec verò hæc fieri potuerunt abſq; ſingulari in arte militari excellentia, cuius quanta ſit, præſertim in maritima ad vſus bellicos, præſtantia, ex antiquiſſimo Nauali, cui nunquam fuit, aut ſimile eſt in terris, vel etiam ex varijs nauium formis, ad pugnas aptè conſerendas inuentis, facilè perſpici poteſt. *Boz. d. lib. 2. c. 7 pag. m. 294.*

15. Chriſtiani paruo ſæpe exercitu, multitudinem infidelium ſubegerunt.

Ex quibus omnibus eluceſcit, nullam ferè apud Chriſtianos extitiſſe gentem, quæ non belli ſtudio inſigniter celebris, atq; in prœlijs, tam pugnax, conſtans, ac victorioſa fuerit, vt etiam paucorum ſuorum iacturâ, multa infidelium millia vnico prœlio deleuerint. Sic enim Carolus Martellus Gallorum Rex, Abidiranum Viſigothorum Regem ad Burdegalam adeo domuit, vt trecenta quinquaginta hoſtium millia, cum jactura decem millium ſuorum, ceciderit. *Sabellic. in exempl.*

16 Studii bellici cauſa Chriſtiani ordines Equeſtres inſtituerūt.

Verum vt huiuſmodi bellicę virtutis ſtudiū, Chriſtianę religionis ergo ſuſceptū, in Chriſtiano populo præ cæteris gentib⁹ feruentius, adeoq; incorruptius permaneret, religioſi virorū fortium cœtus, ac egregiorum militum Ordines, qui toti ſecūdum diuina rite procurata, in bellicis expeditionibus permānerent, inſtituti fuere. Quorum alij Principi auctoriq; ſuo, à quo in ordines referuntur, quoties ipſius poſtulat neceſſitas ac periculum, ſe adfuturos, proque ipſo armis propugnatūros, dignitatem eius, honorem atque jura per omnem vitam defenſuros, jurant. Alij verò aduerſus ſolos fidei hoſtes, perpetuum ſe bellum geſturos, fide ſacramenti ſpondent. Vniuerſi autem, pro miſerabilibus, quas vocamus, perſonis, veluti viduis, pupillis, orphanis, pauperibus, captiuis, & ſimilibus, quotieſcunque opus fuerit, dimicaturos, religioſè promittunt.

17. Tria ſunt Equitum genera.

Et licet hodie equeſtrium hujuſmodi Ordinū, varijs in regionibus variæ reperiantur ſpecies, in tria tamen vulgò genera diſtingui ſolent. *Baro Enenckel lib. 1. De priuileg. milit. c. 6 n. 15 pag. m. 32.*

18 Equites aurei Velleris.

Vnum eorum eſt, quos Aurei Velleris vocant, quorum Ordo à Philippo Duce Burgundiæ, cognomento Bono, Caroli Audacis ſeu Bellatoris, Burgundiæ Ducis potentiſſimi patre, in memoriam Iaſonis fortiſſimi Ducis, ſociorumque ejus, vt eorum exemplo, ad ſimilem militaris ſcientiæ & virtutis Zelum, quotquot Ordinis membra eſſe cuperent, excitarentur, Anno 1429. inſtitutus fuit. Vulgo **Gulden Flüß** / *Gallicè l' ordre du Thiſon d'or. Iacob Meier lib. 6. annal. Flandr.* de quo vulgares rythmi gallici.

Pour maintenir l' egliſe, qui eſt de Dieu maiſon,
I'ay mis ſur le noble ordre, qu'on nomme la toiſon.

Ac propterea Auſtriaci, non reſpectu domus Auſtriacæ, ſed Burgundiæ hunc Ordinem ſibi vendicant. Quæ ratio eſt, quod Rex Hiſpaniæ, qui ex diuiſione Caroli V. Archiducatũ Auſtriæ fratri ſuo Ferdinando cedens Burgundiam poſſedit, huius Ordinis Princeps, magiſter & caput eſſe voluerit, referente *Nolden. de ſtatu Nobilium c. 6 n. 36.*

19 Quinam in hunc Ordinem recipiantur.

Ideoq; nulli ferè in hoc Collegium, quàm Imperatores, Reges, Principes, Comites, & Barones recipi ſolent; quemadmodum pateſcit ex Catalogo Equitum, jam inde à primis tẽporibus vſq; ad annum 1559. allectorum, quem refert *Guicciar. in deſcript. Belgii: fol. 52. & ſeqq.* Vbi etiam recenſet. 36. articulos & cõditiones renouatas & auctas huius Ordinis. *Bodin. de Repub. 5. c. 4.*

Wie dann gleichmäſſig Heluicus in ſeiner Hiſtoriſchen Beſchreibung/von diſem vornemmen Ritter Orden/ meldung gethan: daß nemblich Kayſer Carolus V. in Betrachtung ſeiner durch vilfältige/ mit Raiſen/ Kriegen/ vnd anderer Regiments verſehung/ gehabter Mühe vnd Arbeit/ zugefallener Leibs Blödigkeit/ die Stände aller ſeiner Burgundiſchen Erblande/ zu ſich gehn Brüſſel im Jahr M. D. LVI. beſchriben/ vnd ſeinem Sohn König Philipſen von Burgund/ zu einem forthin Oberſten Haupt deß Burgundiſchen Ritter Ordens vom Guldenen Felle erkläret/ auch zugleich verordnet/ daß jhrer in Anzahl nicht über ein vnd dreyſſig/ vnd gleichwol dieſelbe von hoher Geburt/ fürtrefflichen redlichen Thaten/ vnd ohn alle verweißliche Laſter/ darzu auch jhr Oberhaupt allwegen/ der jenig dem das Hertzogthumb Burgund/ ſambt andern Erbländern in Braband vnd Flandern/ erblicher weiſe zukäme/ ſeyn ſolte. Jedoch als hernach durch abſterben König Ferdinands von Aragon vnd Sicilia, die Königreich von Hiſpania vnd Sicilia, dem Hertzogthumb von Burgund zufielen/ vnd alſo die Erweiterung Burgundiſcher Macht/ auß erhöblichen Vrſachen erforderte/ daß mit ſolchen Ritterlichen Orden/ auch andere Außländiſche Perſonen verehret/ vnd ſo vil deſto mehr dem Hauß von Burgund möchten verpflicht werden/ iſt die Anzahl der in diſen Orden gehöriger Ritter Brüder zu Brüſſel/ biß auff Ein vnd Fünfftzig weiter gemehrt worden. *In Cæſare Victor. lib. 3. fol. 64.* Plura de hoc Ordine vide apud *Simon. Maiol. in dieb. Canicular. tom. 5. Colloquio de dignitate different. fol. 177.*

20 Quibus annumerari poſſunt Equites de la Banda, quem

Ordi-

Ordinem Anno 1368. Alphonſus Hiſpaniæ Rex inſtituiſſe
dicitur, teſte *Franc. Taraſa. De regib. Hiſpan. in Alphonſo II.*
Sunt præterea in Gallia duo Ordines Equitum Nobiles. Pri- 21. Equites S. Michaelis.
mus eſt Ordo S. Michaëlis, *l'ordre des cheualliers de Sainct Michael:* quē
Ludouicus XI. Rex, aliquamdiu in aula Philippi Burgundio-
rum Ducis educatus, ſecundum leges Ordinis Aurei Velleris,
paucis immutatis Anno 1469. inſtituit. *Chaſſane. in Cathalogo Gloriæ
mundi. part. x. conſiderat. 10.*

Secundus eſt Ordo S. Spiritus *l'ordre des Cheualiers de Sainct Eſprit.* 22. Equites S. Spiritus.
ab Henrico Franciæ & Poloniæ Rege, Anno 1579. inſtitutus:
quia cum in die Pentecoſtes, Anno 1573. Rex Poloniæ eſſet
electus, & eodem die poſt mortem fratris Caroli IX, Regnum
Galliæ iure hæreditario acquiſiuiſſet, in huius rei memoriam
hunc Ordinem Equitum auratorum, in laudē Spiritus Sancti
inſtituit. *Eſtienne Paſquier. lib. 6. Epiſt. 4.*

In Anglia eſt Ordo Periſcelidis, ab Eduardo III. Anglo-
rum Rege inceptus. Cuius Ordinis Equites vocantur Garnet- 23. Equites Garneterii.
terij, **Ritter deß Hoſenbandts**/ ob id quod ſiniſtri cruris ſuram
fibulato baltheolo, vel cærulea periſcelide ſubſtringant: cui
aureis litteris Eduardi ſymbolum, ceu bellica teſſera in bello
Gallico inſcriptum eſt. *Honi ſoit qui mal y penſe.* hoc eſt ignominia af-
ficiatur, qui malè cogitat. Fuit enim inſtitutus in memoriam
caligariæ faſciculæ, quæ Illuſtri fœminæ ab Eduardo III. fla-
granter adamatæ, dum ea choream ſaltaret, ſoluto fortè nodo
deciderat, quam ſubitò cum tolleret, ſimul eius tunicam ita
diſcoperuit, vt crura conſpicerentur ab omnibus aulicis: Co-
mitiſſam igitur ſic pudefactam vt placaret, faſciam, in hono-
rem eius, inſignium procerum tibiis dicauit. *Mich. Caſpar. Lundorp.
in continuat. Sleidani. lib. 22. tom 2.*

Alterum genus Auratorum eſt, qui ſic à calcaribus, qui- 24. Equites Aurati.
bus inſigniuntur auratis appellantur, **Die Ritter vom guldenen
Sporen** gladio & ſolo Principis, vel eius legati amplexu do-
nantur, diſtrictoque gladio leniter eorum humeri percutiun-
tur. Et horum magnus vbique reperitur numerus. Vide *Aubert.
Mira. de Ordine Equeſtrium. Gerhard. diſp. 21. De teſtamento militari. theſ. 19.* Cau-
ſam verò huius rei ridiculam perſtingit. *Nolden. de ſtatu Nobil. c. 6. n.
66. & ſeqq.*

Et hi tam primi, quam ſecundi generis Equites, merè 25. Huiuſmodi Equites merè Laici ſunt.
Laici ſunt. *Petr. Calefat. in tract. de equeſtri dignitat. n. 43.* Qui ſi hoſtes
principum conferentium ſe profiteri volunt, per internunciū

torquem vel ſignum Ordinis remittunt, vt omni ſacramenti religione ſoluti, alteri principi operam nauare poſſint. *Nordermā. de Iure Princ. Concluſ. 86. lit. a.*

26 Equites Crucigeri. Tertium genus eſt eorum, qui Crucigeri, à crucis inſigni, & ſpirituales ſiuè Eccleſiaſtici appellantur.

Equites S. Lazari & S. Mauritii. In quorum ordine habentur S. Lazari, & S. Mauritij Equites, à Sabaudo inſtituti.

27 Equites S. Stephani Papæ & ma. Eſt præterea Ordo S. Stephani Papæ & Mart: ſub regula S. Benedicti à Coſmo Medices II. Duce Florentiæ & Senarum An. 1561. inceptus, & dotatus, ac poſtea à Pio Papa IV. eodem anno ſtabilitus, & tam ab vtroq;, quam à ſubſequentibus etiā Pontificibus, & poſtremum à Ferdinando Medices III. Magno Duce Hertruriæ, & Magno Magiſtro eiuſdem Ordinis, multis priuilegijs, facultatibus, & indultis, donatus fuit. Atq; inter huiuſmodi priuilegia, quæ Pius IV. Pont. Max. 9. Iulij An. 1562. & Sixtus Papa V. 23. Maij. An. 1590. huic conuentui motu proprio conceſſerunt, hæc præcipuè recenſentur: quod tales Equites gaudeāt Eccleſiaſtica immunitate, & frui poſſint beneficijs & reditibus Eccleſiaſticis, vſq; ad ſummam aureorum 400. de Camera, non obſtante quod duxiſſent vxores, vel ad ſecundas nuptias tranſijſſent, modo habitum militiæ ſuæ; id eſt ſignum S. Crucis rubræ deferant. *Videantur Statuta huius Ord. renouata Florentiæ, typis Petri Cecconcelli Anno 1620.*

28 Equites Hieroſolomitani S. Ioānis. Quibus annumerantur Equites Hieroſolomitani S. Ioannis, die Johanniter Herren/ olim Rhodi, hodie in Melite inſula ſedem habentes. Nam ſub annum 1095. cum primum Vrbanus II. Pont. Max. milites cruce ſignaſſet, atq; ad Hieroſolymas recuperandas miſiſſet, Amalphitani quidam ijs in locis ex voto hoſpitales ædes in honorem S. Ioannis conſtrui curabant, qui permoti exemplo aduentantium in ea loca militum, crucis & ipſi ſuſcepto inſigni, bellis pro commodo publico gerendis ſeſe deuouerunt. Italorum dein exemplum ſecuti Galli, qui in eas oras innumeri ad expeditionem ſactam confluxerant, & ipſi ordinem ſuum ad templi honorem & defenſionem, viaſq; ab hoſtilibus incurſationibus tutandas, vt ſecuri omnes Hieroſolymas peruenire poſſent, conſtituerūt, & ob id Templarij dicti; ſed poſtmodum à Philippo Pulchro Galliarum Rege, vno die ſublati & interfecti ſunt, eorumque Magiſter cum quibuſdam præcipuis Pariſios adductus, igni concrematus eſt.

Sed

Sed de his varij varia. *videatur Guilhelmus Tyrius, illorum temporum ſcriptor, lib 4. cap. 18.*

Germani deniq; cum poſt Italos & Gallos, Duce Conrado & Friderico, maximas in Orientem copias, impulſu Pontificum Romanorum, trajeciſſent, ædem S. Mariæ conſtruentes Ordinem Theutonicorum, proprijs legibus informârunt, & à Cæleſtino Papa priuilegia multa obtinuerunt. 29 Equites Theutonici.

Hos longè poſt in Hiſpania Caſtellani ſunt imitati, ordinemque S. Iacobi An. 1176. inſtituentes, quem Alexander III. Pontifex poſtea ſtabiliuit, 30 Equites S. Iacobi.

Vltimi demum fuêre Luſitani, qui fundârunt Ordinem Chriſti. 31. Equites Chriſti.

Atq; ita quatuor hiſce nationibus Ordines militares præcipuè floruerũt, Italis nempè, Gallis, Theutonicis, & Hiſpanis, in quos qui admittebantur, plerumq; tria vota Deo nuncupabant, obedientiæ, ſcilicet paupertatis, & caſtimoniæ: quò liberi ab omni cura terrenarum rerum, conjugumq; effœminatis amplexibus, & caritate liberorum, bellicis rebus ſtudioſius operam dare poſſent. 32 Vota horũ Equitum.

Quanta porrò fuerit horum militum robur, quãti olim in vtilitatem publicam progreſſus, paſſim hiſtoriæ demonſtrãt. 33. Virtus & gloria bellica eorum. Illud in vniuerſum de ijs aſſeri poteſt, eos quibuslibet ſuæ nationis bellica fortitudine præſtitiſſe. Speciatim verò opera Theutonicorum, non modo Pruſſiam, Liuoniamq; ampliſſimas regiones adiectas Chriſtianæ Reipubl. ingenti Germaniæ decore, Imperijq; Germanici augmento: ſed etiam Tartarorũ, Schytarum aliorumq; conatus & irruptiones in Europam repreſſas eſſe.

Hiſpanicorum etiam ope Arabas ac Mauros, è patrijs locis, quæ ſupra ſeptingentos annos occupârunt depulſos, ac Luſitanicorum deniq; armis plurimas in Affrica oras apertas, belloq; acquiſitas fuiſſe. Vnde bellica eorũ fortitudo ſemper extitit admiranda ac diuina, nonnullaq; ipſorum penè incredibilia geſta leguntur. *in Chronic. Chronicon Eccleſ. lib. 2. à fol. 1. uſq. ad fol. 241.* Et plura quidẽ de Templarijs videri poſſunt. *apud Ioach. Stephan. de Iuriſdic. lib. 4. c. 10 per tot.* 34

Et ſanè Itali, niſi expeditiones annuas Hieroſolymitanorũ, quibus adiunguntur aliæ militum S. Stephani copiæ, aſſiduè promouerẽt, multò, quam ſunt, durioribus Mahometanorũ pyratarum incurſationibus moleſtarentur. *Bozius de Imperio virtutis lib. 2 c. 1. pag. m. 237.* 35.

Hæc Ordinum militarium materia cum latiſſima ſit, latè etiam hic tractari, & multa ſingulariter notanda produci poſſent, ſed quia temporis ratio mihi nunc ineunda eſt, Lectorem remitto *ad Auberti Miræi Origines Equeſtrium*, vbi ex profeſſo de omnis generis Equitibus agit, eorumq; origines, dignitates, priuilegia, ſymbola, ac alia ibidem recenſet. Nonnulla etiam habet *Limnæ. tom. 6. Iurispubl. c. 2. per tot. Chaſſane. in Catalogo Gloriæ mundi p. 9. per tot. Tuſch. pract. concluſ. lit. F. verbo Fratres Cruciferi. Paurmeiſter de Iurisd. l. 2. c. 8. Nolden de ſtatu Nobilium c. 6. n. 33. & ſeqq.* De potentiſſimis item prioris ſæculi Imperatoribus, Regibus, ac Heroibus, qui aut ipſi cum Imperio bellorum Duces fuerunt, aut in iiſdem præfecturis inſignioribus laudabiliter functi ſunt, videatur inſigne Theatrum Heroum, Prænobilis Viri Iacobi Schrenckij à Nozingen: quod Oenoponti Anno 1601. cum Priuilegio Cæſareo impreſſum extat.

36 Laus Comitis de Bucquoy. Bellicoſiſſimi præterea & toti vniuerſo ob præclariſſima & Heroica eorum geſta, admirationi fuêre, nonnulli Sacræ Cæſa. Maieſt. quondam Generales, qui pro gloriâ & ſalute patriæ ſanguinem ſuum feliciſſimè profundere, non dubitauerunt.

Inter quos præcipuè exſtitit, Generoſiſ. Carolus Longouallius, Comes Buquoius, quem vnum rebus omninò in Imperio nutantibus, quaſi Xantippum Albertus Belgarum Princeps Ferdinando II. patrueli ſuo ſubmiſerat: hic enim Morauos ſæpius, Hungariæ, Imperijq; hoſtes victorioſè debellans, tandem Neoſolium obſidens, audacius in erumpentes prouect⁹, ſedecim acceptis vulnerib⁹, & equo, cui inſederat, trucidato, lanceâ confoſſus, perpetuâ ſui nominis famâ, 10. Iulij Anno 1621. generoſè occubuit.

37 Virtus bellica Comitis de Dampier. Similiter quoq; tunc temporis gloriâ celebris fuit, Generoſus Dampetræ Comes, apud Lotharingos genere Nobilis, ſed virtute nobilior, vt quem victorem ſæpius, fortem ſemper, ſuo rebelles damno ſenſerant: hic denique cum Poſonium, vrbem illam Hungariæ famoſiſſimam, minimè de ſufficiente præſidio proſpectam cognouiſſet, admotis ſex millium copijs, propugnacula ſuburbium feliciter quidem occupauit: ſed diſſipato jam nauali ponte, cũ ſclopetarijs arcis montem, machinas portis applicaturus aſcendiſſet, euaginatoq; gladio ſignum ſuis dediſſet, à Morauicis in arce præſidiarijs agnitus globo percuſſ⁹. 9. Octob. An. 1620. generoſam vitã exhalauit

Nec ſilentio prætereunda eſt Herculea illa, & toto Orbe prædicabilis, Godefridi Henrici Comitis Papenhemij, militaris virtus, fortitudo, & felicitas. Hic enim inter ſaucios in prœlio Pragenſi ita mutilatus, vt interroganti vix nomen ſuum dicere potuerit, in ruinam Suecorum & Haſſiæ, de cadaueribꝰ quaſi reſurrexit, curatiſq; vulneribus tot rebellia oppida, munitiſſimaſq; vrbes expugnauit, toties cum hoſtibus etiam validiſſimis, victorioſè conflixit, tot regiones & prouincias Cæſari aduerſarias ſubjugauit, vſque tandem in feruenti illo ad Lutzam, cum bellicoſiſſimo Guſtauo Adolpho Suecorum & Vandalorum Rege, audaciſſimè commiſſo prœlio, priuſquā & ipſe ſempiterna nominis ſui gloriâ extremum ſpiritum reddidiſſet, Guſtauum quoque, vulnere lethaliter accepto occubuiſſe, lætus intelligere potuerit. 38 Fortitudo Comitis Papéhemij.

Laudandus etiam eſt Generoſi Ambroſij Spinolæ in hoſtes Imperij feruor, & in arte militari ſtupendus progreſſus, poſtquam enim Patrimonium Frederici Palatini aggreſſus fuit, fortunatus illas ad Rhenum terras vno velut diluuio occupauit, adeoq; fruſtrà obnitentibus fœderatis Principibus, quinquaginta amplius oppida, paucis menſibus in poteſtatē ſuam glorioſè redegit, nec prius arma victricia depoſuit, quā vniti Principes, æquis pacem conditionibus amplecterentur. 39 Mirabilis belli progreſſus Spinolæ

Sempiternâ præterea nominis & famæ ſuæ gloriâ deprædicandus eſt, Generoſiſ: Ioannes Tzerclaſius Comes Tyllius, feliciſſimus tredecim annorum bellator, & ſummus militiæ Dux, ſummæ (quod rarum quandoq; eſt) pietatis & continētiæ miles, quippè qui inſtar Africani Scipionis, pueros puellaſque captiuas præcipuæ pulchritudinis, hoſtibus reſtituerit, ne in conſpectum quidem paſſus adduci: ne quid de virginitatis integritate, delibaſſe ſaltem vel oculis videretur. Qui horas quotidie canonicas, vt Sacerdos legerit, & præcipuas Prouincias ſanctitate priuſquam armis profligârit. Ille inquam ad extremum factus nouercantis fortunæ ludibrium, volubilitatis eius exemplum, poſteritati caſu ſuo conſignauit. Poſt partas enim nobiliſſimas de Bohemiâ, Palatinatu, Daniâ, Saxoniâ, virtute victorias: par tandem debitum flagitante fortunâ, triumphatas ſæpius à ſe terras, iterum fugâ emenſus, bis cæſus, bis caſtris exutus, vulnere ad Licum fluuium lethaliter acceptо, ſummis cruciatus doloribus, Ingolſtadij poſtremam humanæ miſeriæ diem clauſit. *Waſſenberg. de bello Suec. pag. 287.* 40 Encomium Comitis Tyllii.

41. Laus Comitis Hatzfeldii.

Non abſimili bellicæ virtutis & felicitatis laude, hodie deprædicatur Generoſiſ. Comes Melchior Hatzfeldius, Generalis Cæſareæ Maieſt: qui non ſolum in prœlio ad Nordlingã præclaras ſui animi, & artis militaris doces, egregiè & magno hoſtium ſtupore, oſtendit: ſed etiam Aulam Regiam, Telonij Magdeburgenſis propugnaculum, aliaq; quam plurima, arte & natura munita loca, glorioſè expugnauit, Bannerum quoque ſæpius in fugam vertit, ad prœlium coëgit & cecidit, vt tandem ob præclariſſimas Heroici pectoris ſui virtutes, maiori cum Imperio copijs præeſſe juſſus, Cæſaris & Electoris exercitus Generalis Anno 1636. creatus fuerit, qui nulli niſi Electori, Hungariæ, Bohemiæq; Regi (tunc temporis) immediatè ſubeſſet: cuius igitur felices adhuc ſucceſſus, Deus Omnipotens ad incrementum Imperij, gratiâ ſuâ ſecundare dignetur.

42. Heroica Virtus Ioannis de Werthio.

Singulari denique militaris animi encomio omnium ore extollitur, fortiſſimus ille Heros, & Baro Ioannes de Werthio, gregarius olim in Belgio ſub Hiſpaniarũ Rege miles, per omnia deinde ſub Cæſare belli munia, ad equitum magiſtrum euectus. Hic poſteaquam vnâ ſuâ equitum turmâ, integræ legionis inſtar, hoſtibus terrori fuiſſet, dignus legione cenſebatur: quam aſſecutus, adeò omni armorum genere, miraque celeritate terribilis fuit, vt ad viri nomen & ad aduentum, millia trepidarent: Sub Sereniſ: itaq; Bauariæ Duce & Electore, Tribunus viginti equitum ſignis, Bernardi Vinarienſis, copias aggreſſus, mille octingẽtos ſtatim occidit. Vbi ad Bruntrudium in Alſatia, Francica caſtra aduertit, per inuios collium montiumq; tumulos, longum iter emenſus, in Gallos eò loci, vnde nemo poſſe venire homines judicaret, irruit, omnes in fugam Mompelgardiam vſq: vertit, caſtris expugnatis, tormentis ac vexillis quibuſdam raptis, duo millia cecidit. Mox Ligiſticarũ copiarum Generalis, in Lotharingia pedites mille equitibus à tergo jungens, & Gallico exercitui ſe oſtendens, in ſe Gallos elicuit: Ipſe verò fugam ſimulando, mox ad ſyluam Ligiſticis quoq; copiis infeſtam, verſa repentè facie, magno animo hoſtes inuaſit, & mille quingentos trucidauit.

43 Alia dein vice quatuor deſultoriorũ equitum millibus, Sueſſionenſem Comitem & Breſeũ, agglomeratis paſſibus terrarum quædam ſpatia emenſus, ad Hionem de repentè inuaſit, & millibus aliquot in fugam actis, octo militaria ſigna, & opi-

ma ſpolia ad Picolominium in caſtra retulit. Inde iterum in hoſtes & tam inopinatus, tamq; feliciter, vt latiſſimè omnia populatus, oculos Pariſiorũ vrbis, puluere fumoq; impleret, & cum gloria magnaq; prædâ in caſtra tamen tutus, nemine à ſuis amiſſo, victor reuerteretur.

Iterum Galliæ Rege cum Cardinale Richelio, ad Ambianum caſtra habente, tribus ſelectiſſimorum militum millib9, de more ſuo multa terrarum ſpatia emenſus, antè in Francica caſtra ruit, quam venire nunciaretur, & tribus millibus trucidatis, quinq; integras legiones diſſipauit, octodecim vexilla abſtulit, mille ducentos equos abduxit, & ſaluus ad Atrebatum in caſtra rediji. 44

Dein quoq; in Vbios mouens, famoſum toto Orbe Hermonium lapidem, ſecundo jam anno obſeſſum, arctius obſidione ita clauſit, vt ad nefandos paulatim cibos eſurientes cõpelleret, & tandem locus, ille ferro omnique violentiâ inexpugnabilis, penuriæ cedẽs, æquis deditionis legibus acceptis, in Generoſiſ: Iohannis de Werthio poteſtatem perueniret. 45

Hoc munitiſſimo Germaniæ propugnaculo recuperato, expeditis iterum legionibus in Imperium magno Gallorum incomodo aſcendit, Nam quinq; duntaxat legionib9 vniuerſas Vinarienſis copias aggreſſ9, cum ſuo Duce in fugam vertit, & militaribus quibuſdam ſignis potitus, mille equos abduxit. 46

Adeò grauiter Vinarienſis hoc damnum tulit, vt ad Generoſiſ. de Werthio mitteret, qui expoſtularet. Cur ita ferociter ageret, non minus verè ſe Germanum eſſe, nec in patriam iter ſibi præcludendum. Quid ille? Amico ſe nulli patriam inuidere: ſed Imperij Germaniæq; deſertorẽ, ipſius patriæ ſuæ hoſtem, pro viribus ſuis, Germaniâ, Imperij, Patriæque commodo arcere, reſpondit. 47

Cæterum cum imminente hyemis aſperitate in hiberna feſtinaret, Imperium & Germaniam â Gallicâ prius inuaſione liberare conſtituit: Itaque primo impetu, felicitate quâdam infortunatus, Gallis munitionibus tribus ejectis, quadringentis trucidatis, & grandibus machinis lacerato ponte, ad firmius quoddam fortalitium ſauciatur: ſed honeſtiſſimo vulnere in ipsâ facie: adeò vt ſclopeti globulus ad auriculam hærens, carne & cute tegeretur. 48

Sed vulnere corporis animi generoſitas accendebatur! Sic vt crudâ adhuc cicatrice & honeſtâ formoſus, in vltionẽ ex- 49

candeſ-

candeſceret, Nec vno quidem modo, ſed partitis in vtramque Rheni ripam copijs, vno impetu munitiones omnes aggreſſ⁹, non ante quieuit, quam omnes occupaſſet. Adeoq; duorum dierum ſpatio, fortalitia minora noue, grandia propugnacula duo, continuis aſſultibus expugnauit, vltra mille Gallos jugulauit, vltra mille captiuos abduxit, viginti quatuor tormenta ſui juris fecit, toto Rheno hoſtes pepulit, Gallicumq; pontem cum bellico apparatu omni vendicauit, & ſic inimicos vltus in hyberna conceſſit, ac eorum molitiones tamdiu paucis legionibus euertit, vſq; tandem aduerſa ad Buquenum fortunâ An. 1638. pugnando, totis viribus exãtlatus Duci Saxo-Vinarienſi captiuus traditus, cum alijs Cæſariani Exercitus captiuis Generalibus, & Chiliarchis Pariſios abductus, ibiq; tã diu detentus, vſq; dum nuperrimè ad liberationem Perilluſt: Comitis Guſtaui Hornij, & Marſchalli Sueciæ, cum alijs quoq; dimiſſus, libertati reſtitutus, & in Bauariam, ac dein ad Exercitũ (vbi iterum heroica priſtini vigoris ſui ſpecimina edere, glorioſè incepit,) feliciſſimè reuerſus fuerit.

Quem ſimiliter Deus Ter Opt: Max: in terrorẽ Imperij hoſtium diutius ſoſpitem ac fortunatum gratioſè conſeruare velit. Vid: *Waſſenberg: de bello Suec. & Francico* per tot.

50. Admonitio. Cæterum, priuſquam primo huic libro (qui de bello agit) finem imponam, cum Molinâ vltimam hanc, & compendioſam quidem admonitionem adijcere placuit: Vt ſcilicet meminerit victor, ſe velut judicem, non tanquam actorem, ſedere pro tribunali, ad ſententiam in hoſtes, deuictamq; Rempublicam ferendam: neq; pœnam vlla ratione excedere debere culpam, miſericordiamq; & clementiam ſæuitiæ & crudelitati eſſe anteponendam: præſertim cum victi proximi ſint, ac Chriſti ſanguine redempti; ſemperq; præter commune bonũ, Dei gloriam & honorem, ante mentis oculos habere, adeoque erga deuictos, vt Chriſtianum decet, benignè ſe, ac comiter præbere oporteat.

CONCLVSIO.

Qvid tantos iuuat excitare motus,
Et propriâ fatum ſollicitare manu?
Si mortem petitis, propinquat ipſa,
Sponte ſuâ, volucres nec remoratur equos.
Quos ſerpens, leo, tigris, vrſus, aper,
Dente petunt, iidem ſe tamen enſe petunt.
An, diſtant quia, diſſidentq; mores,
Iniuſtas acies, & fera bella mouent,
Alternisq; volunt perire telis?
Non eſt iuſta ſatis ſæuitia ratio
Vis aptam meritis vicem referre?
Dilige iure bonos, & miſereſcere malis.

Finis libri Primi.

AO1 142050